FUNDACIÓ NOGUERA

Diplomataris, 50

Els pergamins de l'Arxiu Comtal de Barcelona, de Ramon Berenguer II a Ramon Berenguer IV

Volum III

Estudi i edició a cura de

Ignasi J. Baiges, Gaspar Feliu i Josep M. Salrach (dirs.)
Pere Benito, Rafael Conde, Víctor Farías, Pere Galceran,
Margot Pons, Núria Sadurní, Alberto Torra

BARCELONA, 2010

textos medievals catalans

www.tmcat.net

© Ignasi J. Baiges, Gaspar Feliu, Josep M. Salrach, Pere Benito, Rafael Conde, Víctor Farías, Pere Galceran, Margot Pons, Núria Sadurní i Alberto Torra

Edita: Pagès Editors, SL
Sant Salvador, 8 - 25005 Lleida
editorial@pageseditors.cat
www.pageseditors.cat
Primera edició: maig de 2010
ISBN obra completa: 978-84-9779-958-4
ISBN volum III: 978-84-9779-961-4
Dipòsit legal: L-538-2010
Impressió: Arts Gràfiques Bobalà, SL
Enquadernació: Fontanet

FUNDACIÓ NOGUERA

SUMARI

Pàgina

Gratulatòria 9
Aspectes paleogràfics i diplomàtics, per Ignasi J. Baiges . 11
Estudi històric i documental, per Josep M. Salrach . . . 67
Documents. 101
Normes de transcripció i edició 103
Abreviatures 107
Bibliografia. 109
Taula d'equivalències 123
Transcripció dels documents 159
Índex d'antropònims i topònims, per Gaspar Feliu . . . 1821

FUNDACIÓ NOGUERA

FUNDACIÓ
NOGUERA

598

1127, novembre, 28

Pacte. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i les autoritats del comú de Gènova pacten les condicions en què podran navegar, entre Niça i el cap de Tortosa, les naus d'aquella ciutat que vagin cap a Hispània. Si aquestes naus transporten mercaders o mercaderies alienes, tindran un tractament fiscal específic entre Niça i el cap de Salou.*

A [Original no localitzat.]
A' ACA, Cancelleria, perg. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 293 (*olim* arm. Girona, sac E, núm. 390), 190 × 275 mm. Carta partida traçant A,B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.
a CAPMANY Y DE MONPALAU, *Memorias históricas,* II, núm. 2 (IV, I).
b BOFARULL SANS, *Antigua marina*, doc. 4.
c RUIZ-DOMÈNEC, *Tratado comercial*, doc. 2.
d MARTÍ BONET, *Oleguer*, doc. 75.
e FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 43.

Cit. BALARI, *Orígenes*, pp. 444, 690. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 34.

Universitati hominum significare curamus qualiter fuit mota discordia inter Raimundum, Barchinonensem comitem et[1] Bisullunensem ac Provincie ducem et marchionem, et populum Ianuensem de negociacione navium contra voluntatem iamdicti comitis Yspaniam euncium. Tandem ne aliqua inter eos ex hoc de cetero sit disceptacio, presenti edicto ad determinacionem diffinicionis veniunt, presente venerabili archiepiscopo[2] O[llegario] Terrachonensi, et Ianuensi marchione. Et hoc postulacione Ianuensis populi legatos suos mitentis iamdicto comiti, scilicet Chafarum, consulem Ianuensem, et Ansallum Crispini. Concordia siquidem facta talis est inter eos: Convenit namque Sigifredus, Ianuensis episcopus, et consules ac populus predicto comiti et uxori suę Dulcie comitisse ac filio eorum Raimundo quod de unaquaque navi Ispaniam eunte donent illis aut hominibus Barchinone per eos censum scilicet X mohabatinos in Barchinona vel in Sancto Felice de Gixals, de illis videlicet navibus que ceperint terram a Nicia usque caput Tortuose, et sint secure in potestate comitis. Que vero tenuerint profunda pelagi si non dederint X mohabatinos in constitutis locis non sint in hac securitate. Et si naves ianuensium negociatores extraneos aut pecuniam alienam portaverint in Yspaniam a Nicia usque Salod, donent censum hominibus Barchinonę, sicut homines Montis Pessulani per consuetudinem iamdicti comitis donant. Et quod dubium inde fuerit, duo homines de navi sacramento de-

monstrent. Et iamdictus comes et uxor eius et filii eorum faciunt securos ianuenses personas, pecuniam, naves et iam fractas et non fractas, ubique in eorum potestate cum consuetudine debita et in maritimis eorum et locis omnibus securas faciunt. Et Sigifredus, Ianuensis episcopus,[3] et consules ac populus Ianuensis faciunt securum comitem et comitissam et filios eorum et eorum homines, personas, pecuniam, naves fractas et non fractas, ubique in eorum potencia et maritimis ac locis omnibus eorum cum consuetudine debita. Si quis ex parte ianuensium vel prephati comitis huius diffinicionis placitum forte fregerit, infra XL dies quibus inde fuerit ammonitus[4] emendet alteri cui hoc fregerit secundum hanc determinacionem prescriptam. Et insuper placitum presens maneat firmum sine fraude et malo ingenio. Et quod comes vel filii eius de predicto placito Ianuensibus dimiserit gratis sit dimissum.

Actum est hoc IIII kalendas decembris, anno Dominice incarnacionis C XX VII post millesimum.

1. et *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix* o *sense cancel·lar* 3. Episcopus *afegit a la interlínia*. 4. *Segueix* cui, *ratllat*.

599

[c. 1127]

Jurament de fidelitat. *Ponç II Hug, comte d'Empúries, jura fidelitat a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 26 (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 670), 110 × 342. Bon estat de conservació.

B Trasllat del 13 de desembre de 1274. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 26 dupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac G, núm. 445), 160 × 240 mm. Bon estat de conservació.

a *CODOIN*, IV, doc. CLVIII.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 244.

Malgrat que aquest document està catalogat com de Ramon Berenguer IV, els fets i la titulació del comte sembla que corresponen a la primera pau, de 1127, entre Ramon Berenguer III i Ponç II Hug d'Empúries.

Iuro[1] ego Poncius Ugonis, comes Impuritanensis, quod de ista ora in antea fidelis ero tibi domino meo Raimundo, comiti Barchinonensi, de vita tua et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent, et de ipsa conveniencia quam tibi feci super Gerundensi ęcclesia et sibi omnibus pertinentibus, et de ipsa conveniencia quam tibi feci de tenenda pace et facienda iusticia, et de ipsis camins qui intrant vel exeunt tam per terram

quam per mare in terram tuam, et de ipsa conveniencia quam tibi feci de castellis et fortitudinibus non faciendis in episcopatu Gerundensi vel Rossilionensi, et de omni honore tuo quem hodie habes vel in antea Deo iuvante habueris, quod non tibi tollam partem vel totum nec aliqua[2] utriusque sexus persona per me vel per meum consilium vel ingenium. Et si quis tibi aliquid inde tulerit, ero tibi fidelis adiutor per fidem, sine engan, tenere, habere et[3] defendere omnem tuum honorem contra omnes homines vel feminas, per fidem, sine engan. Sicut superius scriptum est, sic tenebo et atendam. Per Deum et hec sancta.[4]

1. B *comença:* Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius series sic se habet. 2. e *afegida a la interlínia, corregeix* [o]. 3. et *afegit a la interlínia*. 4. B *acaba:* Signum *(signe)* Bernardi Veheyani, Barchinone notarii, pro teste subscribentis. Sig*(signe)*num Bernardi de Caderita, notarii. Sig*(signe)*num Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Signum *(signe)* Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter transcribi fecit et clausit et cum originali instrumento de verbo ad verbum fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in eo quam in originali invenit, idus decembris, anno Domini MºCCºLXXº quarto.

600

[1117-1127]

Convinença. *Lanfranco, advocat del poble de Gènova, promet a Ramon Berenguer III i Dolça, comtes de Barcelona, que els genovesos pagaran les lleudes i els usatges acostumats en els territoris dels comtes i que si van cap a Hispània faran port a Barcelona per pagar aquests usatges. Concorden pau perpètua entre Gènova i els dominis dels comtes i que els genovesos puguin romandre als dominis dels comtes i els homes dels comtes en els territoris de Gènova. Com a penyora de la convinença es prometen mútuament que l'infractor pagarà cent mil sous melgoresos.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari núm. 2402 (*olim* arm. 8 Sardenya, sac F, núm. 627), 200 × 245 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

a VALLE, *Di due documenti*, pp. 3-4.

b RUIZ-DOMÉNEC, *Tratado comercial*, doc. 1 (amb data de [1116-1117?]).

c FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 41.

Datem per l'any d'accés d'Alfons I Jordà al regiment del comtat de Tolosa i pel del tractat amb Gènova el 1127.

Hec est concordacionis scriptura que facta est inter Raimundum, Barchinonensem comitem, et uxorem eius Dulciam co-

mitissam et Lanfranchum, Ianuensem advocatum, et socios eius de discordia et querimoniis quas predictus comes et comitissa super Ianuensi populo faciebat. Pacti sunt namque inter se quod amicabiliter semper Ianuensis populus persolvat Barchinonensi comiti ipsas leudas et usaticos omnes, quas vel quos moraliter dare consueverant civitatis Barchinone comitibus, id est, de illis navibus que in Ianua fuerint honerate, X uncias auri; de ceteris vero navibus, sicut mos urbis Barchinone existit. Hoc adiciendo quod comunitas Ianuensis populi hanc concordiam, insimul cum consulibus congregata, patenter asserrat et affirmet. Item fecerunt concordiam inter se ut perpetua pax sit inter Ianuensem populum et consules qui modo sunt vel erunt et predictum comitem et comitissam et eorum filios et terram et homines. Et quod Ianuensis populus quiete habeat transitum et stare per comitis et comitisse terram ad faciendam pacem et guerram cum voluerit sarracenis. Et similiter homines comitis et comitisse habeant transitum quiete et stare quando voluerint in Ianuensi terra, salva tamen in omnibus utriusque partis iusticia, sicut suprascriptum est. Si vero, quod absit, Ianuensis populorum comunitas de predictis omnibus totum vel partem infregerit et infra dies centum amonitis subscriptis fideiiussoribus recte non emendaverint, quinquaginta milia solidorum denariorum Melguriensium monete sumam predictis comiti et comitisse persolvant, quos Illefonsus, comes Tolosanus, et homines Sancti Egidii sub vere fidei pollitacione firmant; similiter Eimericus Narbonensis cum hominibus Montispessulani alios L milia persolvant. Si vero, quod absit, predictus comes et comitissa de predictis omnibus totum vel partem infregerint, C milia solidorum denariorum Melguriensium monete sumam Ianuensi populo persolvant, quos per G[uillelmum] Porcelet et R[aimundum] sacristam et G[uillelmum] et R[aimundum] Gaucefredi de Massilia, et Foro Iuliensem et Antipolitanum episcopos et homines de Ariis et Raimundum et fratres eius[1] et Fulconem de Grassa et G[uillelmum] fratrem eius firmant; hac condicione servata ut infra C dies quo predicti fideiiussores fuerint amoniti universa malefacta recte restituantur, et ut omnes naves Ianuensium populorum in Ispaniam intrare volencium veniant in civitatem Barchinone et ibi supradictos usaticos reddant et leudas sine utriusque partis engan.[2]

1. mundum et fratres eius *afegit a la interlínia*. 2. et ut omnes naves ... utriusque partis engan *escrit per la mateixa mà sobre raspat*.

601

[1117-1127]

Jurament de fidelitat. *Dalmau Bernat, fill de Ledgarda, jura fidelitat als comtes Ramon Berenguer III i Dolça de Barcelona i als seus fills, especialment pels castells de Madrona, Casserres i Montfalcó el Gros*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 23 (*olim* arm. 10 Manresa, sac P, núm. 283), 285 × 110 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 73.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 560.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 224.

Datem per l'any d'accés de Ramon Berenguer III al regiment del comtat de Cerdanya i pel de la mort de Dolça de Provença.

Iuro ego Dalmatius Bernardi, filius qui fui Leggardis femine, quod fidelis ero ad te Raimundum Beringarii comitem, filius qui fuisti Mahaltis femine, atque coniugi tue Dulcie et filiis et filiabus[1] vestris, sine fraude et ullo malo ingenio. Et de ista ora in antea non vos dezebré neque de vestra vita neque de membris que in corporibus vestris se te[ne]nt,[2] neque de vestris comitatis vel comitatu neque vestris castris aut[3] castellos, rochas vel puios, condirectos vel eremos, terram et onorem, alodes vel fevos, qui vos predicti hodie abetis vel abere debetis et in antea adquisieritis.[4] Et nominatim vobis iuro ipsum kastrum de Madrona et ipsum de Catserras et ipsum de Mont Falcho et omnes fortedas qui in eo vel in eis modo sunt aut in antea erunt. No vos en tolré ne us en engan[a]ré,[5] ne us en dezebré ni us[6] en vedaré ni us[7] en contendré, ni consents alicui non siré ad ullum vestrum ingenium. Sed si homo est aut omines vel feminas[8] qui tibi tollent vel vetent predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego predictus Dalmatius adiutor vos seré contra omnes omines, sine vestro engan, per quantes vegades me'n rechereds o me'n comonreds per vos ipsi vel per vestros missos vel missum. Et de ipso adiutorio no·s enganaré[9] ne comonir no me'n vedaré per ullum ingenium ad ullam vicem sive cum forfactura quam sine forsfactura, per quantes vegades me'n requereds o me'n comonreds[10] per vos ipsi vel per vestros missos vel missum. Et ero vobis adiutor a tener et a aver[11] et a defendre et a geregar, sine vestro engan, cum vobis et sine vobis. Consilium aut consilia non descubriré aut ullum vestrum damnum, me sciente. Iusticia ne dret no·t vederé neque de me ipso neque de meis ominibus.

Sicut predictum est de vos prefati, si o tenré et o atendré ad vos predicti aut cui vel quibus dimiseritis vestrum honorem et hoc infra primos XXX dies quibus mortui fueritis et ego sciero, sine malo contentione et ullo lucro.

1. *La segona* i *afegida a la interlínia.* 2. *Manca*. 3. t *afegida a la interlínia.* 4. is *final afegit a la interlínia.* 5. *Manca;* en *afegit a la interlínia.* 6. us *afegit a la interlínia.* 7. us *afegit a la interlínia.* 8. s *afegida a la interlínia.* 9. *La primera* n *afegida a la interlínia.* 10. *La segona* o *corregeix* e. 11. a *afegida a la interlínia.*

602

[1117-1127]

Jurament de fidelitat. *Galceran de Pinós, fill d'Adelaida, jura fidelitat als comtes Ramon Berenguer III i Dolça i als seus fills, especialment pels castells de Pinós, Espà, Gósol, Saldes, el Quer Foradat i Vallmanya.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 17 dupl. (*olim* 10 arm. Manresa, sac P, núm. 281), 220 × 135 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 17 (*olim* 10 arm. Manresa, sac P, núm. 276), 170 × 315 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 59.]

D Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum Ceritaniae, f. 5b-d.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 541.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 226.

Datem per l'any d'accés de Ramon Berenguer III al regiment del comtat de Cerdanya i el de la mort de Dolça de Provença.

Iuro ego Gauceran, qui fui filius Adalaidis femine, tibi domno Raimundo Berengarii comiti atque Dultie[1] comitisse et filiis et filiabus vestris,[2] [quod][3] fidelis ero vobis per fidem rectam, sine enganno, de omni vita vestra et de membris vestris. Quod[4] de ista ora in antea no·t[5] vos[6] dezebré vos[7] prephatos[8] de vestra[9] vita nec de vestris[10] membris que in corporibus[11] vestris[12] se tenent, neque de vestros[13] castros aut castellos, rochas vel puios, condirectos vel eremos, terram et honorem, alaudes vel fevos, comitatos vel comitatum. Et de ipsis castellis quos teneo de vobis[14] et per[15] vos, scilicet Pinos et Espasens[16] et Gosal et Salices et Cher Foradad[17] et Valle Magna et de fortedis que in eo vel in eis sunt aut in antea erunt et de omnibus que hodie habetis[18] vel habere debetis[19] et in antea adquisieritis[20] quocumque modo. No vos[21] tolré[22] ni no[23] te'n[24] tolrré,[25] ne vos[26] vedaré, ne te'n[27] vedaré, ne vos[28] en-

gannaré, ne vos[29] dezebré, ne vos[30] contendré ne vos[31] contendré, nec ego iamdictus Gaucerandus[32] nec homo[33] nec homines, femina nec femine, per meum consilium nec per meum ingenium. Et si homo[34] est aut homines,[35] femina nec femine, qui vobis[36] tollat vel tollant, vetet nec[37] vetent, predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego predictus Gaucerandus de illa ora[38] in antea finem nec societatem non auré ne tenré cum illo vel cum illis, cum illa nec cum illis, donec vos[39] prephatos[40] recuperatum habeatis[41] hoc totum quod perdideritis[42] de iamdictis omnibus, sine vestro[43] engan. Et predictos castellos et fortedas omnes quas per vos[44] teneo vel tenere debeo et tenuero no·t vedaré ne[45] desvedar no·ls vos[46] faré ne les vos[47] faré et potentes[48] vos[49] faré,[50] et vos[51] en[52] faré, et deliure los vos[53] liuraré e les vos[54] liuraré et vobis[55] et ad omnes illos quos vel quibus predicta omnia mihi iusseritis,[56] poderós ne faré sine vestro[57] engan per quantes vegades[58] me'n recheratis[59] o me'n comonrratis[60] per vos[61] ipsos[62] vel per vestros[63] missos vel missum sine vestra[64] forfactura et cum forfactura. Et adiutor vos[65] seré a tener et ad aver et a defendre contra omnes homines vel feminas sine vestro[66] engan per quantes vegades me'n rrecherrads[67] o me'n comonrrads[68] per vos[69] ipsos[70] vel per vestros[71] missos aut[72] missum. Et de ipso adiutorio no·t vos[73] enganaré nec comunir no me'n vedaré ullo ingenio per quantes vegades me'n recherrads[74] o me'n comonrrads[75] per vos[76] ipsos[77] vel per vestros[78] missos vel missum. Et insuper potencialiter tibi[79] adiutor ero contra omnes homines vel feminas sine vestro[80] engan. Societatem non auré ne tenré cum vestris[81] inimicis aut inimico, inimicas vel inimica, infidelibus vel infidele, ad ullum vestrum[82] dampnum, me sciente. Iusticiam neque directum no us[83] vedaré nec[84] contendré per ullum ingenium. Seniorem nec seniores no faré ne tenré ne afidaré, et si fet l'e, no·l tenré sine vestro[85] solvimento[86] et consilio. Vestrum[87] conssilium[88] aut conssilia[89] no descubriré ad ullum vestrum[90] dampnum, me sciente.

Sicut superius scriptum est de vobis,[91] si o tenrré ad vestrum[92] filium vel filiam si habueritis[93] sive ad illum vel ad illam cui vel quibus dictis vel testamento dimiseritis[94] vestrum[95] onorem,[96] et per suam vel eorum manum o prendré et manibus ad illum vel ad illam vel illos me'n comannaré et tale sacramentum li'n juraré quale hodie iuro ad vos.[97] Et hoc faciam infra primos LX dies quibus mortuus fueris et ego hoc sciero, sine mala contencione et sine alio lucro.

Sicut superius scriptum est si o tenrré et o atendré ad te, prefatum comitem, et ad predictum filium tuum vel ad predictos sicut predictum est totum, sine tuo vel eorum engan, exceptus quantum vel de quantum comes et comitissa vel predicti successores post vos me'n absolreds tuo vel eorum gradiente animo, sine ulla forcia, sine tuo vel eorum engan. Per Deum et hec sancta.

1. Dulcie B. 2. tibi domno ... filiabus vestris *escrit a sobre d'una raspadura*. 3. *Manca;* quod B *i* D. 4. et B *i* D. 5. no B *i* D. 6. vos *afegit a la interlínia;* vos *omet* B. 7. vos *corregeix* te. 8. os *corregeix* um*; segueix* comitem, *ratllat;* prephatos B *i* D. 9. vestra *corregeix* tua. 10. vestris *corregeix* tuis. 11. oribus *afegit a la interlínia*. 12. corporibus vestris *corregeix* corpus tuus. 13. vestros *corregeix* tuos. 14. vobis *corregeix* tibi*;* tibi B. 15. *Segueix* te, *ratllat, i* vos, *afegit a la interlínia*. 16. ens *corregeix altres lletres anteriors*. 17. ad *final afegit a la interlínia*. 18. ti *afegit a la interlínia*. 19. ti *afegit a la interlínia*. 20. ti *afegit a la interlínia*. 21. vos *corregeix* to. 22. no t'o tolré B; no tolré D. 23. no *afegit a la interlínia*. 24. te'n *corregeix* to. 25. tolré B. 26. vos *corregeix* to*;* ne to B *i* D. 27. te'n *corregeix* to*;* ne to B *i* D. 28. vos *corregeix* te'n*;* ne te'n B *i* D. 29. vos *corregeix* te'n*;* ne te'n B *i* D. 30. vos *corregeix* to; ne to B; no'ls D. 31. vos *afegit a la interlínia, corregeix* te'n, *sense cancel·lar;* ne us en B; non D. 32. Gauzerandus B. 33. *La darrera* o *afegida a la interlínia*. 34. *Les dues* o *afegides a la interlínia*. 35. *La primera* o *afegida a la interlínia*. 36. vobis *corregeix* tibi*;* tibi D. 37. vel D. 38. hora B. 39. vos *corregeix* tu. 40. *Segueix* comes, *ratllat*. 41. ti *afegit a la interlínia*. 42. ti *afegit a la interlínia*. 43. vestro *corregeix* tuo. 44. vos *corregeix* [tu]. 45. et B. 46. v *corregeix* te. 47. vos *corregeix* [te]. 48. *L'escrivà havia escrit* potentem *amb la* m *abreviada i indicada amb una ratlleta volada; finalment afegeix una* s *final i deixa la ratlleta d'abreviació de la* m *sense cancel·lar*. 49. vos *corregeix* te. 50. et potentes vos faré *omet* D. 51. vos *corregeix* te. 52. en *afegit a la interlínia*. 53. vos *corregeix* te. 54. vos *corregeix* te. 55. vobis *corregeix* te*; segueix* comes, *ratllat*. 56. ti *afegit a la interlínia*. 57. vestro *corregeix* tuo. 58. vices D. 59. ti *afegit a la interlínia*. 60. ti *afegit a la interlínia;* comonratis B. 61. vos *corregeix* te. 62. os *corregeix* um. 63. vestros *corregeix* tuos. 64. vestra *corregeix* tua. 65. vos *corregeix* te. 66. vestro *corregeix* tuo. 67. d *corregeix* r*;* recherras D. 68. d *corregeix* s*;* comonrreds B; comonras D. 69. vos *corregeix* te. 70. os *corregeix* um. 71. vestros *corregeix* tuos. 72. vel B. 73. vos *afegit a la interlínia;* no us B. 74. ds *corregeix* s*;* recherreds B*;* recherras D. 75. ds *corregeix* s; comonrreds B; comonrez D. 76. vos *corregeix* te. 77. os *corregeix* um. 78. vestros *corregeix* tuos. 79. vobis B. 80. vestro *corregeix* tuo. 81. vestris *corregeix* tuis*;* tuis B. 82. vestrum *corregeix* tuum*;* tuum B. 83. no us *corregeix* [no·t]. 84. ne us B. 85. vestro *corregeix* tuo. 86. *La primera* o *corregeix* a*;* i *corregeix* a*;* salvamento B. 87. Vestrum *corregeix* tuum. 88. consilium B. 89. consilia B. 90. vestrum *corregeix* tuum*;* tuum B. 91. vobis *corregeix* te; *segueix* comes, *ratllat;* de te B*;* de vobis *o* de te *omet* D. 92. vestrum *corregeix* tuum*;* tuum B. 93. ti *afegit a la interlínia*. 94. ti *afegit a la interlínia*; dimiseris B. 95. vestrum *corregeix* tuum*;* tuum B. 96. honorem B. 97. vos *corregeix* te*;* iuro vobis B.

603

[1112-1127]

Jurament de fidelitat. *Guillem Bertran, fill d'Ermengarda, jura fidelitat als comtes de Barcelona Ramon Berenguer III i Dolça.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 19 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 408), 305 × 170 mm. Bon estat de conservació.
B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 130.]
C Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum Ceritaniae, f. 32b-d.
a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 657.

Datem pels anys de matrimoni de Ramon Berenguer III i Dolça.

Iuro ego Guillelmus Bertrandi, filius qui fui Ermengardis femine, tibi domno Raimundo[1] Beringarii comiti, filius Mahaltis femine condam,[2] atque Dulcie comitisse et filiis et filiabus vestris quod de ista ora in antea fidelis ero vobis, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan, per directam fidem. Et de ista ora in antea ego prefatus Guillelmus Bertrandi non te dezebré prephatum comitem vel comitissam sive filiis vestris et filiabus vestris[3] de vestra[4] vita neque de vestris[5] membris que in corporibus vestris[6] se tenent neque de vestros[7] comitatibus[8] vel comitatu neque de vestris[9] kastris[10] aut castellis,[11] rochas vel puios, condirectos vel eremos, terram et honorem, alodes vel fevos, quos vos[12] predicti[13] hodie habetis[14] vel habere debetis[15] vel habueritis[16] et in antea adquisieritis.[17] No·l vos[18] toleré ni te'n tolré, ni no[19] vos[20] o devedaré[21] ni no vos[22] vedaré, ni no vos[23] enga[na]ré[24] ni no vos[25] en dezebré, nec ego Guillelmus prephatus nec homo nec homines, femina nec femine, per meum consilium nec per meum ingenium. Et adiutor vos[26] seré a tener et ad aver contra omnes homines vel feminas qui tibi tollat vel tollant, vetet vel vetent, predicta omnia aut de predictis omnibus. Ego prephatus Guillelmus de ista ora in antea finem nec societatem non auré ne tenré cum illo vel cum illis, cum illa vel cum illas, donec vos[27] predicti[28] recuperatum habeatis[29] hoc totum quod perdideritis[30] de iamdictis omnibus sine vestro[31] engan. Et de predicto adiutorio vel adiutoriis no[32] vos engannaré ne comonir no[33] me'n vedaré per quantes vegades me'n recherratis[34] o me'n commorras[35] per vos[36] ipsos[37] vel per vestros[38] missos aut missum. Iustitiam ni dret no[39] vos en vedaré ne·t contendré de me ipso neque de ullo homo[40] vivente sub celo. Seniorem nec seniores no faré ni tenré, ne afidaré ni auré, et si fait l'e, no·l tenré sine vestro[41] solvimento et de quanto me absolveratis[42] vestris[43] gradientis[44] animis,[45] sine forcia. Societatem non auré ni tenré cum vestris[46] inimicis aut inimico,[47] fidelibus vel infidelibus,[48] vel amiciciam per ullum ingenium aut ullum vestrum[49] damnum, me sciente. Vestrum[50] consilium aud consilia non descubriré ad ullum vestrum[51] dampnum, me sciente.

Sicut superius scriptum est de vobis,[52] Raimunde prephatis[53] comiti[54] vel comitisse, filiis et filiabus,[55] si o tenré et o atendré ad[56] vos[57] ipsos,[58] sine vestro[59] engan, totum; et post mortem[60] vestram,[61] infra primos XL dies quod tu[62] mortuus fueris et ego hoc sciero, veniam in potestate de tuis[63] filiis[64] vel filiabus[65] sive de illo vel illa cui dimiseritis[66] prephatum[67] honorem dictis vel testamento, quod habeas post mortem tuam factum,[68] et per suam manum aprenhendam[69] et manibus ad illum vel ad illam me'n comanaré et tale sacramentum le'n juraré quale hodie iuro ad vos,[70] sine mala contentione et sine ullo alio lucro.

Et propter hoc quod superius scriptum est, mitto in pignora ad vos[71] predictos[72] comes omnem honorem et fevum vel alodium quod habeo vel habuero vel habere debeo in tuam totam terram ut tibi hoc totum teneam et attendam sicut superius scriptum est, sine tuo[73] engan. Quod si non fecero et ita non attendero sicut predictum est, incurrat predicta omnia pignora in vestra potestate faciendi quod volueritis.[74] Et post mortem tuam simili modo, sicut de te dictum est, mitto in pignora omnia predicta ad tuos filios vel filias predictos sive ad illum vel illam cui dimiseris dictis vel testamento predictum honorem tuum ut hoc ei vel eis teneam et attendam totum sicut superius scriptum est. Quod si non fecero et ita non attendero, predicta omnia pignora incurrant in eius vel eorum potestate, sine tuo vel eorum engan, ad faciendum quod voluerint.

Sicut superius scriptum est, ego predictus Guillelmus si t'o tenrré e t'o atendré ad vos[75] predictos[76] totum sine vestro[77] engan, exceptus quantum vos[78] predicti[79] me'n absolveratis[80] vestris[81] gradientis[82] animis,[83] sine ulla forcia. Et post mortem vestra[84] quantum vel de quantum me absolv[e]ran[85] vestri[86] filii[87] vel filie[88] predicti vel successor predictus, suo vel eorum gradiente animo, sine ulla forcia vel eorum engan. Per Deum et hec sancta.

1. tibi Raimundo C. 2. filius Mahaltis femine condam *afegit a la interlínia.* 3. sive filiis vestris et filiabus vestris *afegit a la interlínia*. 4. vestra *corregeix* tua. 5. vestris *corregeix* tuis. 6. oribus vestris *corregeix* corpus tuus. 7. vestros *corregeix* tuos. 8. *La darrera* i *corregeix* o. 9. vestris *corregeix* tuis. 10. i *corregeix* o. 11. i *corregeix* o. 12. vos *corregeix* tu. 13. *La darrera* i *corregeix* e. *Segueix* comes, *ratllat.* 14. tis *corregeix* s. 15. tis *corregeix* s. 16. tis *corregeix* s. 17. ti *afegit a la interlínia*. C *afegeix* terram et honorem et rochas et puigs heremos et condirectos quos Wilelmus habeo et habere. 18. no·l vos *corregeix* no t'o. 19. no *corregeix* to. 20. vos *afegit a la interlínia*. 21. o de *afegit a la interlínia*. 22. no vos *afegit a la interlínia, volat a* te'n, *sense calcel·lar*. 23. no vos *afegit a la interlínia, volat a* te'n, *sense cancel·lar*. 24. *Manca.* 25. no vos *afegit a la interlínia, volat a* te'n, *sense cancel·lar*. 26. vos *corregeix* te. 27. vos *corregeix* tu. 28. i *corregeix* e. *Segueix* comes, *ratllat*. 29. ti *afegit a la interlínia*. 30. ti *afegit a la interlínia*.

31. vestro *corregeix* tuo. 32. *Segueix* te'n, *ratllat, i* vos, *afegit a la interlínia*. 33. no *afegit a la interlínia.* 34. ti *afegit a la interlínia*. 35. ti *afegit a la interlínia*. 36. vos *corregeix* tu. 37. s *corregeix* m. 38. vestros *corregeix* tuos. 39. *Segueix* t, *expuntuada, i* vos, *afegit a la interlínia*. 40. homo *afegit a la interlínia*. 41. vestro *corregeix* tuo. 42. ti *afegit a la interlínia*. 43. vestris *corregeix* tuis. 44. *La darrera* i *corregeix* e. 45. is *corregeix* o. 46. vestris *corregeix* tuis. 47. *Segueix* in, *ratllat*. 48. us *corregeix* e. 49. vestrum *corregeix* tuum. 50. Vestrum *corregeix* tuum. 51. vestrum *corregeix* tuum. 52. vobis *corregeix* te. 53. i *corregeix* o. 54. i *corregeix* e. 55. filiis et filiabus *afegit a la interlínia*. 56. d *corregeix* te. 57. vos *afegit a la interlínia*. 58. os *corregeix* sum. 59. vestro *corregeix* tuo. 60. r *corregeix* n. 61. vestram *corregeix* tuam. 62. tu *omet* C. 63. i *corregeix* o. 64. i *corregeix* o. 65. b *corregeix* s. 66. ti *afegit a la interlínia*. 67. *segueix* tuum, *ratllat*. 68. factum *afegit a la interlínia*. 69. *La primera* a *corregeix* [e]*;* hen *afegit a la interlínia;* a *de la darrera síl·laba corregeix* ere. 70. vos *corregeix* te. 71. o *corregeix* te. 72. os *corregeix* e. 73. vestro C. 74. ti *afegit a la interlínia*. 75. vos *corregeix* te. 76. o *corregeix* e; *segueix* comes, *ratllat*. 77. vestro *corregeix* tuo. 78. vos *afegit a la interlínia.* 79. i *corregeix* e; *segueix* comes, *ratllat*. 80. ti *afegit a la interlínia*. 81. vestris *corregeix* tuo. 82. i *corregeix* e. 83. i *corregeix* o. 84. vestra *corregeix* tua. 85. *Manca*. 86. vestri, *afegit a la interlínia, corregeix* tuis, *sense cancel·lar.* 87. *Segueix* is, *ratllat;* filiis C. 88. e *corregeix* a.

604

[1117-1127]

Jurament de fidelitat. *Guillem Ramon de Berga, fill de Sicarda, jura fidelitat al comte Ramon Berenguer III de Barcelona, especialment pels castells de Peguera, Fígols i Vallmanya i el palau de Berga.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 27 (*olim* arm. 10 Manresa, sac A, núm. 203), 465 × 145. Bon estat de conservació.
B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 78.]
a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 569.

Datem d'acord amb el document relacionat (vegeu el document núm. 605), del qual, aquest, sembla que és la primera versió, on s'hauria omès la menció de la comtessa Dolça.

Iuro ego Guillelmus, filius qui sum Sikards femine, quod fidelis ero ad te Raimundu comiti, filius qui fuisti Maaltis comitisse, sine fra[u]de[1] et ullo malo ingenio et sine ulla deceptione et sine engan, per directam fidem. Et de ista hora in antea no dezebré te prefatum comitem de tua vita neque de tuis membris que in corpus tuum se tenent, neque de tuis[2] comitatibus vel comitatu neque de tuis kastris aut kastellis, rochas vel puis, condirectis et ermis, terra et honore, alaudiis vel fevis, quos hodie habes et abere debes et in antea adquisieris. Nominatim ergo[3] tibi iuro ipsum kastellum de Pegera et de Figols et de Val Magna et domum de Berga et omnes fortedas que in eo vel in eis sunt modo aut in

antea erunt; quod predictis omnibus rem tibi no tolré ni te'n tolré ni te n'engannaré ni te'n dezebré ni t'o vederé ni te'n vedaré ni t'o contendré ni te'n contendré, nec ego Guillelmus Reimundi nec homo nec homines, femina nec femine, per meum consilium nec per meum ingenium. Et si homo est aut homines, femina vel femine, qui tibi tollat vel tollant, vetet vel vetent predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego predictus Guillelmus finem nec societatem nec amiciciam de illa ora et deincebs non abebo nec tenebo ad ullum bonum de eis neque ad ullum tuum dampnum. Et adiutor te seré a tener et ad aver et a defendre contra omnes homines vel feminas sine tuo engan semper. Et de ipso adiutorio no t'engannaré[4] ne comonir no me'n vedaré per quantes vegades me'n recherras o me'n comonras, per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et de omnibus predictis fortedis et kastellis, sicut modo sunt aut in antea erunt, ego prefatus Guillelmus potestatem deliberam tibi et tuis quos volueris vel iusseris dabo sine[5] tuo engan, tam cum forsfactura quam sine forsfactura, per quantes vegades me'n recherras o me'n comonras, per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Similiter tibi iuro omnes ecclesias et eis omnia pertinentia sicut scriptum est inter me et te et omnia sanctuaria et definiciones et amissiones quas tibi abeo factas, ut ab hac hora et deincebs eas tibi non querelem[6] nec ullus per me vivens nec meo assensum vel voluntate neque tuis cui vel quibus ea vel de eis dabis, nisi quantum cum tua mercede[7] de eis adquirere tecum possim, tuo gradiente animo, sine ulla forcia. Societatem non auré nec amiciciam non auré ne tenré cum tuis inimicis aut inimicho vel inimicas vel inimica et infidelibus vel infedele aut ullum tuum dampnum, me sciente. Iusticiam neque directum no·t vedaré ne·t contendré de me ipso neque de ullis meis. Tuum consilium aut consiliam non descubriré ad ullum tuum dampnum, me sciente. Seniorem nec seniores no faré ni tenré ni afidaré sine tuo solvimento et quem vel quos volueris. Sicut superius scriptum est de te predicto comite, si o tenré et o atendré post te ad tuum filium vel filiam sive ad ipsum vel ipsam cui vel quibus dabis vel dimiseris honorem Bergitani sive de sacramentis quam de omnibus rebus predictis; et hoc faciam infra primos LX dies quibus mortuus fueris et ego hoc sciero, sine mala contencione et sine alio lucro. Et propter hoc quod superius scriptum est ut hoc tibi et tuis teneam et atendam totum sine tuo vel eorum engan, mitto tibi et tuis post te omnem fevum vel alodium quod abeo vel abere debeo in pignus in omni honore tuo sine tuo vel eorum engan. Quod

si non fecero et ita non atendero sicut prescriptum est, incurrat predictum pignus in potestate tua et tuorum ad faciendum quod volueris liberamente.

Sicut superius scriptum est et melius dici et cogitari potest ad tuum bonum et tuorum, si t'o tenré e t'o atendré ego prefatus Guillelmus et tuis predictis de ista hora et deincebs, exceptus quantum vel quanto tu me absolv[e]ras[8] vel absolverint tuo vel eorum gridiente animo, sine ulla forcia. Per Deum et hec sancta sanctorum.[9]

1. *Manca*. 2. u *corregeix* o. 3. *Tot i que la forma* ergo *és correcta, en altres documents similars consta* ego. 4. *Segueix* ne, *ratllat*. 5. *Segueix* ne, *sense cancel·lar*. 6. *La darrera* e *corregeix* [a]. 7. e *final afegida a la interlínia*. 8. *Manca*. 9. *Al peu del document, a la part central, apareix la nota* Sunt sagramentalis V de Bergitano *escrita per una altra mà [de la segona meitat del segle* XII*]*.

605

[1117-1127]

Jurament de fidelitat. *Guillem Ramon de Berga, fill de Sicarda, jura fidelitat als comtes Ramon Berenguer III i Dolça de Barcelona, especialment pels castells de Peguera, Fígols, Vallmanya i el palau de Berga*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 30 (*olim* arm. 10 Manresa, sac Santa Anna, núm. 246), 303 × 125 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'any d'accés de Ramon Berenguer III al regiment del comtat de Cerdanya i el de la mort de Dolça de Provença. Aquest text sembla que és la versió definitiva de l'esborrany de la mateixa data. Vegeu el document núm. 604.

Iuro ego Guillelmus Raimundi, filius Sicardis femine, tibi domno Raimundo Berengarii, filius Mahaltis femine, atque Dulcie coniugi tue, comitisse, et filiis et filiabus vestris quod ab hac ora et deincebs fidelis ero vobis per rectam fidem, sine enganno, de omni vita vestra et de omnibus [membris][1] vestris que in corporibus vestris se tenent. Et de omni honore vestro quem hodie qualicumque modo ubicumque habetis vel habere debetis; et ullo ingenio no vos decebré de vestris comitatibus vel comitatu neque de vestris castellis aut castris, rochas vel pugos, condirectos et heremos, terram et honorem, alodiis vel fevis, quos hodie habetis vel habere debetis et in antea adquisieritis. Nominatim insuper vobis iuro ipsum castellum de Pegera et de Figols et de Valle Maia et ipsum palatium de Berga et omnes fortedas que in eo vel in eis modo sunt aut in antea melius erunt, quod de predictis

omnibus ullam rem no us en tolré,[2] ne tolré no us en faré, ne no us ne enganaré,[3] ne us ne dezebré ne no us lo us vedaré ne lo us contenré, nec ego Guillelmus Reimundi[4] predictus nec homo nec homines, femina nec feminas, per meum consilium vel ingenium. Et si homo est aut homines, femina vel feminas, qui vobis tollat aut tollant, vetet vel vetent predicta omnia vel de predictis omnibus, ego prefatus Guillelmus Raimundi finem nec societatem[5] de illa ora in antea et deincebs non habebo nec tenebo ad ullum bonum de eis neque ad ullum vestrum dampnum; et adiutor vos seré a tener et ad aver et a defendre contra omnes homines vel feminas, sine vestro engan, semper. Et de ipso adiutorio no vos engannaré ne commonir no me'n vedare per quantes vegades me'n recherreds o me'n comonreds per vos medipsos vel per vestros missos vel missum. Et de omnibus predictis fortedis et castellis, sicut modo sunt aut in antea erunt, ego predictus Guillelmus potestatem deliberam vobis et vestris quos volueritis vel iusseritis dabo, sine vestro enganno, tam cum forsfactura quam sine forsfactura, per quantes vegades me'n recherreds o me'n[6] comonreds per vos medipsos vel per vestros missos vel missum. Similiter iuro vobis omnes ęcclesias et omnia illorum pertinentia et omnia sanctuaria. Societatem non auré nec amiticiam ne tenré cum tuis inimicis vel inimico, inimica vel inimicas,[7] fidelibus vel infidelibus, ad ullum vestrum dampnum, me sciente. Iusticia ne dret no us vedaré ne us contendré de me ipso neque de ullis meis. Vestrum consilium aut consilia no descubriré ad ullum vestrum dampnum, me sciente. Seniorem nec seniores no faré ne tenré ni afidaré si[ne][8] vestro solvimento et quem et quos volueris.

Sicut superius scriptum est de vobis predictus, si o tenré et o atendré post vos ad filios vel filias, ad illum vel[9] ad illam cui vos dimiseritis hoc, vel ad alium vel ad[10] alios, ad illum vel ad illas cui vel quibus dimiseritis prephata omnia vel dabitis honorem Berrichitani sive de sacramentis quam de omnibus rebus predictis; et hoc fatiam infra primos LX dies quibus mortui fueritis et ego hoc sciero sine mala contentione et sine alio lucro. Et propter quod superius scriptum est ut hoc vobis teneam et atendam, totum, sine vestro vel eorum engan, mitto vobis et suprascriptis post vos omne fevum vel alodium quod habeo vel habere debeo in pignus in omni honore vestro sine vestro vel eorum engan. Quod si non fecero et ita non atendero sicut prescriptum est, incurrat predictum pignus in potestate vestra ad faciendum quod volueritis liberamente.

Sicut superius scriptum est et melius dici et cogitari potest ad vestrum bonum et vestrorum, si o tenré et o atendré[11] ego prephatus Guillelmus et vestris predictis, de ista ora et deincebs, exceptus quantum vel quanto vos me'n absolv[e]reds[12] vestro vel eorum gradiente animo, sine ulla fortia. Per Deum et hec sancta sanctorum.

1. *Manca.* 2. r *corregeix* l. 3. na *afegit a la interlínia.* 4. R *corregeix* p. 5. *Segueix* non, *ratllat.* 6. n *afegida a la interlínia.* 7. *Segueix* in, *ratllat.* 8. *Manca.* 9. vel *afegit a la interlínia.* 10. ad *afegit a la interlínia.* 11. d *corregeix* r. 12. *Manca.*

606

[c. 1127]

Jurament. *Centrago i Càfaro, cònsols de Gènova, juren a Ramon Berenguer III i Dolça, comtes de Barcelona, que donen per acabat el conflicte per la captura dels seus homes i els danys que els han causat.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3137 (*olim* arm. 20 Negocis entre reis, sac D, núm. 177), 104 × 150 mm. Bon estat de conservació.

a FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 42.

Cit. RUIZ DOMÈNEC, *Génova y Barcelona*, p. 39.

Datem pel tractat entre Ramon Berenguer III i Dolça i el comú de Gènova (vegeu document núm. 598), del qual aquest document és el jurament de la part genovesa.

Iuro ego Centragus, pro precepto consulum et populi Ianuensis, vobis R[aimundo], Barchinonensi comiti, et D[ulcie], comitisse, ac filiis vestris, quod consules et Ianuensis[1] populus, de capcione L advocati et hominum Ianuę et de pecunia et de dampno[2] atque iniuria illis facta, hab ista hora in antea finem faciunt et tenebunt sine malo ingenio et fraude, et malum meritum non reddent ex hoc vobis vel hominibus vestris vel terrę vestrę. Et sicut superius scriptum est, sic vobis tenebunt. Per Deum et hec IIII evangelia.

Iuro ego Chafarius, consul Ianuensis, vobis R[aimundo], Barchinonensi comiti, et D[ulcie], comitisse, et filiis vestries, quod de capcione filii mei Bonefacii et hominum Ianuę et de dampno et pecunia atque iniuria illis facta, finem vobis facio et tinebo sine malo ingenio et malum meritum non reddam ex hoc vobis vel hominibus vestris vel terre vestre. Et sicut superius scriptum est, sic tenebo vobis. Per Deum et hec IIII evangelia.

1. is *afegit a la interlínia.* 2. et de dampno *afegit a la interlínia.*

607

1128, febrer, 13

Donació. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, concedeix a l'abat Berenguer de Sant Joan de les Abadesses que la vila de Sant Pau de Segúries pugui celebrar mercat el dia de la setmana que li plagui. Li dóna, a més, totes les pastures que posseeix a les honors del monestir i a la seva pròpia honor, situades al comtat de Cerdanya, a canvi de dos muls.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 295, 120 × 290 mm. Bon estat de conservació.

B Trasllat del 3 de juliol de 1236. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 296, 160 × 240 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 356-357 (text B).

b *Catalunya romànica*, X, p. 61 (text A).

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 681 (text A).

El trasllat del 3 de juliol de 1236 està ampliat i esmenat per l'escrivà Pere de Devesà, així ho fa constar a la clausura. A l'aparat crític hi fem constar les parts ampliades i esmenades.

Sit notum cunctis presentibus et futuris quoniam ego Raimundus Berengarii, Barchinonensium atque Cerritaniensium comes et marchio, dono domino Deo[1] et ęcclesię Sancti Iohannis et Berengario abbati suisque successoribus merchad in villa que dicitur Securies in quacumque die sibi placuerit in ebdomada. Insuper dono eidem ęcclesię omnes paschers quos habeo in honore Sancti Iohannis et mei honoris in comitatu Cerritanie, videlicet de Port de Torcuil[2] usque ad Port de Podes et usque ad Portoles.[3] De his omnibus accipio a Berengario[4] abbate II[os] mulos obtimos ut habeat prephata[5] ecclesia sine enganno hec omnia superius scripta cuncta[6] per tempora. Si quis hoc infringere te[m]ptaverit,[7] nil valeat vendicare quod requisierit, sed in dupplo complo[8] componat predicte ęcclesię cum sua melioratione.

Quod est factum idus februarii, anno XX regnante Leudovico rege.

Signum+ Raimundi comes.[9]

Sig+num Guilelmi Gaucfredi[10] de Cervia. Sig+num Bernardi Raimundi de Cort Savi. Sig+num Ugonis de Mata Plana.[11] Sig+num Guilelmi Ugonis.[12] Sig+num Raimundi Bernardi de Olost. Sig+num Petri Raimundi de Matha.[13]

Bernardus presbiter, quis est script*(senyal)*tor.[14]

1. Deo *manca* B. 2. Tercovil B. 3. Portulos B. *Segueix* B: Item laudo et concedo atque confirmo eidem ecclesie et abbati iamdicto suisque successoribus in perpetuum illos ports de Coma de Vaccha et de Coma de Frezer cum suis finibus et adgacensiis, montes et colles, pasturas et planos, boschis, garricis et aquis, cum omnibus aliis in se habentibus et continentibus que dici, nominari et excogitari possunt, [sicut] terminantur et affontant a podio de Turrinebub[s] et collo de Peraads usque ad collum de Tresfits et a serra de Moreni usque ad Colomera, per bonum et franchum alodium ad omnes suis (*sic*) voluntates ibi et inde perpetuo faciendiam (*sic*), sicut comes Bisuldunensis dicte ecclesie donavit sine omni contradimento tocius persone. 4. B *segueix* iamdicto. 5. ut hanc prefata B. 6. ecclesia B. 7. *Manca*; temptaverit B. 8. complo *manca* B. 9. B *segueix* Signum+ Raimundus Comes. 10. Gaufredi B. 11. Uguonis de Mathaplana B. 12. Uguonis B. 13. Mata B. 14. B *segueix*: Sig+num Raimundi, vicecomitis de Urgell. Sig+num Bernardi de Hacceo subdiachoni. Sig+num Berenger de Sancto Stephano subdiachoni. Sig+num Guilelmi de Tornerice subdiachoni. Petrus de Devesa, que coram testibus prevocatis hoc translatum fideliter translatavit ac etiam emendavit anno Domini M CC XXX sexto, quinto nonas iulii.

608

1128, febrer, 15. Palerm

Pacte. *Roger II, príncep i duc de Pulla i comte de Sicília i de Calàbria, promet col·laborar amb cinquanta galeres en la campanya d'Hispània que prepara Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, per al proper estiu.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 258a, 180 × 215 mm. Bon estat de conservació.
B Còpia del segle XVII. Palermo, Biblioteca Comunale, Qq. E. 165, ff. 7-8v.
C Còpia del segle XVIII. Palermo, Biblioteca Comunale, Qq. G. 1, ff. 6-6v.
D Còpia del segle XVIII. Palermo, Biblioteca Comunale, Qq. G. 2, ff. 2-2v.
E Còpia del segle XVIII. Agrigento, Biblioteca Lucchesiana, Cod. II. 1.12 B.41, ff. 4-4v.
a AMARI, *Storia dei Musulmani*, III, doc. 1; III/2, doc. 1.
b UDINA, *Documents cabdals*, I, pp. 91-94 (edició parcial).
c BRÜHL (ed.), *Rogerii II*, doc. 9.
d FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 44-1.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Tratado comercial*, p. 155.

Aquest document està copiat, juntament amb un altre, en el mateix pergamí. Vegeu el document núm. 609. Sobre els problemes que comporta la datació d'aquest document vegeu les consideracions que fa Brühl.

Ego Rogerius,[1] Dei gratia princeps et dux Apulię, Sicilię et Calabrię comes, concedo tibi domino Raimundo, eadem gratia comiti Barchinonensi, per honestissimos legatos tuos, videlicet Petrus archidiaconus et Raimundus, venientes ad nos Panormus gratia requirendi[2] auxilium et consilium propter guerras et multiplices incursus sarracenorum in partibus Hispanię, hanc subscriptam pactionem. Concedo tibi per securitatem baronum meorum, vide-

licet Roberti de Terona et Roberti de Miliaco, quia si[3] in presentia legatorum meorum, videlicet Guilelmi de Pincinniaco et Sansonis de Surda Valle, ad presentiam tuam profiscentium, iuraveris infra octo dies eorum adventus ad te cartulas presentes mearum pactionum legatis tuis vel legato pro hoc negotio ad me venturis vel venturo, iurabo quia in futura estatę septimę indictionis, in kalendas iulii vel ante, galeas quinquaginta in servicium Dei et auxilium exercitus ad exercitum in Hispaniam excepta occasione que propter hoc non sit reperta mittam.

Facta Panormi in palatio domini ducis anno Dominicę incarnationis Mº Cº XXº VII,[4] mense marcii,[5] XV kalendas februarii,[6] indictione VI.[7]

1. Rogerius *escrit al text mitjançant la sigla* R*, però una mà d'època moderna va escriure el nom sencer volat a l'abreviatura original.* 2. d *corregeix* t. 3. quasi *en lloc de* quia si *en la còpia* C. 4. *Entre* X *i* V*,* X *raspada.* 5. ianuarii *corregeix* marcii *en la còpia* C. 6. *Probablement en lloc de* mense februarii, XV kalendas marcii. 7. sexta C.

609

1128, febrer, 15. Palerm

Pacte. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, promet a Roger II, príncep i duc de Pulla i comte de Sicília i de Calàbria, que l'1 de juliol, o abans, anirà amb el seu ajut en campanya a Hispània i li garanteix la meitat de totes les conquestes.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 258b, 180 × 215 mm. Bon estat de conservació.
B Còpia del segle XVII. Palermo, Biblioteca Comunale, Qq. E. 165, ff. 7r-8v.
C Còpia del segle XVIII. Palermo, Biblioteca Comunale, Qq. G. 1, f. 6r-v.
D Còpia del segle XVIII. Palermo, Biblioteca Comunale, Qq. G. 2, f. 2r-v.
E Còpia del segle XVIII. Agrigento, Biblioteca Lucchesiana, Cod. II. 1.12 B.41, f. 4r-v.
a AMARI, *Storia dei Musulmani*, III, doc. 1; III/2, doc. 1.
b UDINA, *Documents cabdals*, I, pp. 91-94 (edició parcial).
c BRÜHL (ed.), *Rogerii II*, doc. 9.
d FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 44-2.

Aquest document està copiat, juntament amb un altre, en el mateix pergamí. Vegeu el document núm. 608. Sobre els problemes que comporta la datació d'aquest document vegeu les consideracions que fa Brühl.

Ego Raimundus, Dei gratia Barchinonensis comes, iuro et asecuro tibi domino Rogerio, eadem gratia duci, quod ibo in kalendas iulii, septima indictione, vel ante, cum exercitu meo in Hispania in servicium Dei et auxilium tuum; et adiuvabo homines tuos terra et

mari per fidem; et in auxilio tuo et hominum tuorum permanebo quamdiu classis tua que historia dicitur terra et mari Hispanię fuerit. Et galeis tuis et aliis navibus tuis et hominibus istorie tuę et rebus eorum secura receptacula in mari et in terra in civitatibus, castellis et villis dabo ad posse meum et liberam victual[i]um[1] et stipendiorum emptionem; et asecuro tibi de universa adquisitione nostra tempore exercitus tui terra et mari in partibus Hispanię, scilicet civitatum, castellorum, castrorum, burgorum, casalium, villarum omnium denique terrarum, hominum, auri, argenti et rerum omnium, tam mobilium quam et stabilium, integram medietatem habendam tibi et hominibus tuis super hanc causam tua iussione ordinatis, sine contrarietate vel contradictione vel vi eis illata, et non queram neque querere faciam neque consentiam quomodo eam perdas. Et adiuvabo tibi eam tenere, defendere et hominibus et baiulis tuis per fidem, sine fraude et ingenio, contra omnes homines et feminas qui predictam partem tibi vel hominibus tuis ad tollendum invaserint. Quod si forte de his predictis pactionibus aliquod minusfactum in exercitu tuo factum fuerit, infra octo dies emendabo vel emendari faciam per iuisticiam, si inde requisitus fuero vel per concordiam quę sit grata illi vel ille, cui vel quibus minusfactum fuerit factum, si ex eo vel ex eis qui recipere debet non remanserit. Hec attendam et observabo per fidem, sine fraude et ingenio, tibi et baiulis tuis et hominibus tuis sicut suprascriptum est in presenti cartula.

Facta Panormi, in palacio domini ducis, anno Dominicę incarnationis Mº Cº XXº VII mense marcii,[2] XV kalendas februarii,[3] indictione VI.[4]

1. *Manca*. 2. ianuarii *corregeix* marcii *en la còpia* C. 3. *Probablement en lloc de* mense februarii, XV kalendas marcii. 4. sexta C.

610

1128, abril, 11

Establiment. *Berenguer Arnau, abat de Sant Joan de les Abadesses, confirma a Dalmau l'honor de la Rodonella i rep a canvi cent sous de moneda de Besalú. Uns anys més tard l'abat Pere Guillem, que anava al concili de Pisa (1135), amplia la donació i rep de Dalmau vint-i-vuit sous, a més dels dos sous que aquest ja pagava anualment pels molins.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de [1135]. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 297, 160 × 270 mm. Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment del pergamí.

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 357-359.

Notum sit cunctis quod ego Berengarius, abbas ecclesie Sancti Iohannis, cum comuni consensu kanonichorum fratrum dono tibi Dalmatio omnem illum honorem de Redonela sicut melius eum tenuit Bernardus Adaberti per eandem ecclesiam, qui etiam honor pertinet tibi iure propinquitatis per successionem omnium parentorum tuorum, tam avorum quam bisavorum, et per donum quod Bernardus Adalberti avunchulus tuus te accipente in locum filii fecerat. Sane donacio hec omni tempore valitura consistat que tibi est facta, tam de honoribus qua[m][1] etiam de baiuliis atque nemoribus et molendinis ceterisque omnibus aliis rebus ad eundem honorem pertinentibus. Non est enim preteri nitendum sed presenti scriptura hostendendum quas melioraciones quos census quosque usus eidem ecclesie presens descr[...][2] conferat medietatem scilicet de vino ubicumque sit et tascham de pane statutis temporibus persolves, extra hoc quod dono tibi per barcheram ab oriente a capite de conamina de area senioral usque ad aliam aream que vocatur subiranam, et a meridie de ipsa area descendit contra solis occasum usque ad campum qui dicitur Roure, abhinc de circi parte usque ad iamdictam aream senioralem. Verumtamen aliis censibus universis ablatis pro refeccione dabis porc I et sestarium I de forment, sestarios V de civa[da],[3] de vi mihi VI. Et hec donacio sit tibi firma omnique tue posteritati,[4] pro qua dimisisti[5] honorem illum pat[er]num[6] cum baiulia quem tenebas et possidebas sine ulla contradiccione, fratri tuo Raimundo, eo tamen promitente vera fidelitate et bonum servic[i]um[7] in villa Subripensis. Et insuper accepi a te solidos C optime monete Bisildunensis. Si quis hoc dis[rum]pere[8] voluerit, in duplo componat. Et in antea permaneat.

Quod est factum III idus aprilis, anno XX° regnante Leudovico rege.

Sig+num Berengarii abbatis, qui hoc donum feci, firmavi firmarique precepi.

Sig+num Arnalli Lucenensis. Sig+num Bertrandi de Malanno. Sig+num Guilelmi Adalberti. Sig+num Raimundi kapellani. Sig+num Berna[r]di[9] Iohannis.[10] Sig+num Bernardi Arnalli. Sig+num Arnalli Guifredi.

Sig+num Petri[11] abbatis, qui hoc superius et subterius scriptum laudavi et propriis manibus firmavi, eunte ad[12] Pisanum Concilium, et ini[un]xi[13] ad barcheram predicti Dalmacii, cum consilio fratrum predicte ecclesie, hoc totum quod est de Gradel usque ad aream de Plana, accipiente ab eodem Dalmacio[14] XXVIII solidos denariorum optime monete extra II solidos quod de molendinis dabit per omnes annos, qui sunt infra hoc.

Arnallus sacerdos scripsit hoc rogatus sub die *(senyal)* et anno quo supra.

1. *Manca*. 2. *Espai de quatre lletres, aproximadament, il·legible a causa de l'enfosquiment del pergamí.* 3. *Manca*. 4. *Segueix* poste, *sense cancel·lar*. 5. *La segona* i *afegida a la interlínia*. 6. *Manca*. 7. *Manca*. 8. *Manca*. 9. *Manca*. 10. Iohannis *afegit a la interlínia* 11. Petri *monograma*. 12. d *corregeix* p. 13. *Manca*. 14. *La segona* a *afegida a la interlínia.*

611

[1128], juny, 23 a juliol, 25. Sahagún, Carrión, Frómista, Palència i Burgos

Jurament. *Alfons VII, rei de Castella, jura la promesa de casament a Berenguera, filla de Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i fa jurar l'acord als seus magnats.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 28 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac B, núm. 260), 263 × 160 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'any del casament de Berenguera amb Alfons VII de Castella.

Nono kalendas iulii, in ęcclesia Sancti Facundi, super altare Sancti Iohanis Babtiste, fecit hoc sacramentum Illefonsus, Legionis, Kastelle et Yspanie imperator, de coniugio filie Raimundi, Barchinonensis comitis, in manu Petri, Barchinonensis archidiaconi.

Iuro ego Aldefonsus, Legionis, Kastelle et Yspanie imperator, tibi Raimundo, Barchinonensi, Bisuldunensi comiti et Provincie duci ac marchioni, quod Berengariam filiam tuam michi in uxorem accipiam cum benediccione ęcclesiastica; et me vivente eam ullo modo non dimittam. Per Deum et hec sancta.

Cum imperatore iuravit super idem altare Rodrig Martiniz, princeb Legionis.

Iuro ego Rodrigus Martiniz tibi Raimundo, Barchinonensi comiti et Provincię duci ac marchioni, quod Aldefonsus dominus

meus, imperator Legionis, Kastelle et Ispanie, Berengariam filiam tuam sibi in uxorem accipiet cum benediccione ęcclesiastica et dum vixerit eam ullo modo non dimittet. Per Deum et hęc sancta.

Charrioni, die festo Sancti Petri, in ęcclesia Sancti Zoili, super altare Sancte Marie, iuravit comes Suerius et Petrus Lobicz et Latron et Ranmirus Frolezc.

Iuro ego comes Suerius tibi Raimundo, Barchinonensi comiti, Provincie duci et marchioni, quod Aldefonsus dominus meus, imperator Legionis, Kastelle et Ispanie, Berengariam filiam tuam sibi in uxorem accipiet cum benediccione ęcclesiastica et dum vixerit eam ullo modo non dimittet. Per Deum et hec sancta.

Iuro ego Petrus Lobiz tibi Raimundo, Barchinonensi comiti, Provincie duci et marchioni, quod Aldefonsus dominus meus, imperator Legionis, Kastelle et Ispanie, Berengariam filiam tuam sibi in uxorem accipiet cum benediccione ecclesiastica et dum vixerit eam ullo modo non dimittet. Per Deum et hęc sancta.

Iuro ego Ladron tibi Raimundo, Barchinonensi comiti, Provincię duci et marchioni, quod Aldefonsus dominus meus, imperator Legionis, Kastelle et Ispanie, Berengariam filiam tuam sibi in uxorem accipiet cum benediccione ęcclesiastica et dum vixerit eam ullo modo non dimittet. Per Deum et hec sancta.

Iuro ego Ranmirus Frolez tibi Raimundo, Barchinonensi comiti, Provincie duci et marchioni, quod Aldefonsus dominus meus, imperator Legionis, Kastelle et[1] Ispanie, Berengariam filiam tuam sibi in uxorem accipiet cum benediccione ęcclesiastica et dum vixerit eam ullo modo non dimittet. Per Deum et hec sancta.

Sabbato post festum Sancti Petri, Fromeste, Petrus, comes de Lara, iuravit super altare Sancti Martini.

Iuro ego Petrus, comes de Lara, tibi Raimundo, Barchinonensi comiti, Provincie duci et marchioni, quod Aldefonsus dominus meus, imperator Legionis, Kastelle et Ispanie, Berengariam filiam tuam sibi in uxorem accipiet cum benediccione ęcclesiastica et dum vixerit eam ullo modo non dimittet. Per Deum et hec sancta.

Quarto nonas iulii, Palencie Comitis, iuravit super altare Sancte Eulalie Lub Diaz de Alava et Garzia Garcez de Nagera.

Iuro ego Lub Diaz tibi Raimundo, Barchinonensi comiti, Provincie duci et marchioni,[2] quod Aldefonsus dominus meus, imperator Legionis, Kastelle et Ispaniaę, Berengariam filiam tuam sibi in uxorem accipiet cum benediccione ęcclesiastica et dum vixerit eam ullo modo non dimittet. Per Deum et hec sancta.

Iuro ego Garczia Garcez tibi Raimundo, Barchinonensi comiti, Provincie duci et marchioni, quod Aldefonsus dominus meus, imperator Legionis, Kastelle et Ispanie, Berengariam filiam tuam sibi in uxorem accipiet cum benediccione ęcclesiastica et dum vixerit eam ullo modo non dimittet. Per Deum et hęc sancta.

Septimo idus iulii, Burgis, super altare Sancti Stephani, iuravit comes Rudrigus de Esturiis[3] et comes Bertrandus eiusdem loci.

Iuro ego Rodrigus, comes de Esturiis, tibi Raimundo, Barchinonensi comiti, Provincie duci et marchioni, quod Aldefonsus dominus meus, imperator Legionis, Kastelle et Ispanie, Berengariam filiam tuam sibi in uxorem accipiet cum benediccione ęcclesiastica et dum vixerit eam ullo modo non dimittet. Per Deum et hęc sancta.

Iuro ego Bertrandus, comes de Burgis,[4] tibi Raimundo, Barchinonensi comiti, Provincie duci et marchioni, quod Aldefonsus dominus meus, imperator Legionis, Kastelle et Ispanie, Berengariam filiam tuam sibi in uxorem accipiet cum benediccione ęcclesiastica et dum vixerit eam ullo modo non dimittet. Per Deum et hec sancta.

Octavo kalendas augusti, Burgis, Rudrichus, filius comitis Gomiz, iuravit super altare Sancti Iacobi.

Iuro ego Rudrichus Gomiz tibi Raimundo, Barchinonensi comitis, Provincie duci et marchioni, quod Aldefonsus dominus meus, imperator Legionis, Kastelle et Ispanie, Berengariam filiam tuam sibi in uxorem accipiet cum benediccione ęcclesiastica et dum vixerit eam ullo modo non dimittet. Per Deum et hec sancta.

Presencium principum sacramenta prescripto modo celebrata, vice domini sui comitis Barchinonensis, Petrus, Barchinonensis archidiachonus, suscepit.

1. et *afegit a la interlínia.* 2. r *afegida a la interlínia.* 3. *La darrera* i *corregeix* e. 4. u *corregeix* i.

612

1128, juliol, 15

Empenyorament. *Ramon Bernat, clergue, empenyora a Pere Samuel i a la seva muller Vilana un camp, dues vinyes i un hort, tot situat al territori de Barcelona, sobre la Cort Comtal i davant la porta del Castell Nou, per raó d'un deute de tres-cents sous.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 298 (*olim* arm. Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 666), 235 × 360 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, p. 56.

In Dei nomine. Ego Raimundus Bernardi, clericus, inpignoro tibi Petro Samuelis uxorique tue Villane campum unum et duas pecias vinearum separatim positas et ortum unum. Et est campum et duas pecias vinearum in territorio Barchinone, super Curtum Comitale, et ortum ante portam civitatis Barchinone Castri Novi. Advenit mihi campus et due pecie vinearum voce ienitorum meorum sive aliis quibuslibet modis ac vocibus, et predictus ortus voce sororis męę et filirorum suorum. Terminatur autem ipse campus ab oriente in via que pergit ad Sanctum Cucufatem, a meridie in alodio de me inpignoratore, ab occiduo in via, a circio in alodio Petri Ricardi. Quarum una minor pecia vinearum, que tenet Anfossim, afrontat ab oriente in torrente, a meridie in alodio Arnalli Petri, ab occiduo in alodio de me inpignoratore et Arnalli Petri, a circio in ipsa pecia vinęę quam ego mitto vobis in pignore. Alia vero pecia vinęę quam tenet Ermeniardis Escafida afrontat ab oriente in torrente, a meridie in alodio Arnalli Petri et de me inpignoratore, ab occiduo in alodio iudaico, a circio in vineis Ermengaudi Guilelmi. Et ortus afrontat ab oriente in via, a meridie in via, ab occiduo in orto Mathei, a circio in orto Sancte Marie Pinus et in orto uxoris Raimundi Renardi. Quantum iste afrontaciones includunt sive terminant sic inpignoro vobis iamdictis Petro Samuelis et uxori tue Villane hec omnia suprascripta integriter usque ad festum sancte Marie prima veniente mediante augusto et usque ad festum sancti Michaelis prima veniente, propter CCC solidos denariorum quod a vobis mutuo accepi, cum ingressibus et regressibus earum, et de meo iure in vestrum trado dominium et potestatem. Et in die quod erit festum sancte Marie mediante augusto prima veniente reddam vobis de prefato debito centum solidos denariorum; ducenti vero que remanent reddam vobis ad festum sancti Michaelis prima veniente sine ulla diminucione. Si vero ego non reddidero vobis prefatum debitum ad iamdictos terminos, sit vobis licitum inparare predictum pignus et tenere et possidere donec ex hoc pignore duo expleta pleniter colligatis. His quoque collectis expletis, si tunc hos CCC solidos denariorum vobis non reddidero, teneatis hoc pignus de festo in festum sancti Michaelis et sic sit semper donec vobis reddam vestrum avere. Et si vobis necesse est inpignorare hoc pignus quod vobis mitto,

ut inpignoretis per tantum quantum vestrum debitum est et non per amplius. Ex his nempe pignoribus supradictis convenio vobis in simul redimere non separatim, si vestrum libitum non est. Et quando reddidero vobis CCC solidos denariorum, si moabetini camiabant plus quod tunc non faciebant, darem moabetinos ad racionem de quinque solidis et quatuor denariis, et reddatis vos mihi hanc scripturam sine mora. Quisquis autem contra hanc inpignoracionem venerit sive venero ad inrumpendum, nil valeat, set componat ceu[1] vobis componamus predicta omnia in duplum. Et insuper hoc semper maneat firmum.

Actum est hoc idus iulii, anno XX regnante Leodico rege.

Sig+num Raimundi Bernardi clericus, qui hanc inpignoracionem feci, firmavi testibusque firmari rogavi. Sig+num Ermensendis, qui hanc inpignoracionem laudo et firmo.

Sig+num Petri Bernard clerici*. Sig+num Guilelmi Huci. Sig+num[2] Martini Urusa. Signum+ Guilelmus Bernardi*. Sig+num Petri Bonefilii. Signum+ Raimundi comes. Sig+num Gaucerandi.

Sig+num Petri Geralli subdiaconus, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *En lloc de* seu. 2. *Manca la puntuació a la subscripció.*

613

[Abans de 1128, agost, 17]

Convinença. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, accepta sota la seva protecció el monestir de Sant Pau de Fontclara. A canvi, el monestir el considera un dels seus membres i li concedeix un cens anual de sis sesters entre blat i ordi i dotze sesters de vi.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del darrer quart del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3276 (*olim* arm. 9 Vic, sac F, núm. 249), 107 × 130 mm. Bon estat de conservació.

Datem el document segons MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum maior*, doc. 525, on consta que el 17 d'agost de 1128 Ponç Guillem de Torroella ja havia esmenat les malifetes esmentades en el text.

In nomine Domini. Ego Ramundus comes, sicut rogavit me amicus noster Froterius episcopus de vobis Petrus abbas et de congregacione Sancti Benedicti, accipio sub defensione nostra ecclesiam quam habet Sanctus Benedictus vel Sanctus Vincencius, que vocant Sancto Paulo de Fonte Clara, sicut dedit Saborellus

cum XII mansos et cultores eorum, et villam que vocant Pantaleu, cum VIII mansos et cultores eorum, quem comes Sungnarius donavit Sancto Benedicto, et alias terras vineas quas habetis in comitatu Gerundense. Omnia hec accipio sub emparancia nostra et defensione et omnia hec defendam et violenciam et invasiones restaurare faciam et salvitatem sicut firmaverunt episcopi sedis Gerunde manuteneam.

Et ego Petrus abbas, voluntate et consensu congregacioni nostre, quia malefacta quas fecerunt nobis mali homines et Poncius Guillelmus de Torrodella nobis fecistis emendare et facies, suscipimus te in nostris oracionibus quasi unum fratrem monasterii nostri et dabimus tibi de redditibus monasterii nostri in perpetuum VI sextarios inter frumentum et ordeum et XII vini dabuntur omni anno in Forte[1] Clara.

Sig+num Poncius Guillelmus, qui emendavit malefacta. Sig+num Poncius[2] comes, qui firmavit salvitatem.

Sig+num Bernardus Guillelmus. Sig+num Aldegarius monacus. Sig+num Gaudfredus monacus. Sig+num Seniorellus monacus.

Sig+num Guido monacus, qui hanc cartam scripsit.

1. *En lloc de* Fonte. 2. *En lloc de* Raimundus.

614

1128, agost, 23

Testament. *Pere Folc atorga testament. Llega els seus béns a diverses institucions eclesiàstiques i a la seva família.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, cap. 32, núm. 300, 155 × 410 mm. Bon estat de conservació.

In Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi. Ego Pere Folc iaceo in egritudine, spero in misericordia Dei, timeo ut non veniat repentina mortis męę et facio hunc meum testamentum de omnia mea quod abeo. Et eligo amicis meis manumissores, id est Gonball de Uluga[1] et Berenger Arnall de Ioval et mulier mea Arsen, que vocant Rossa. Rogo vos amicis meis manumissores ut si mortem me advenit de ista egritudine aut ante quam alium testamentum recuperare possim, plenam potestatem abeatis apprehendere et distribuere omnem mobile sicut ego facio scribere in ista pagina. In primis, si de me minus venerit, sint persolutos meos debitos de

meos directos de meum mobile. Et dimitto ad mulier mea iamdicta una mula per debitum de uno mulo que mihi prestavi[t].[2] De alium meum mobile qui remanet faciatis tres partes. Dimitto unam partem ad Sancti Sepulcri Ierusalem et ad suo Ospitale et, si ego obiero, ducat ibi mulier mea iamdicta ipso avere pro anima mea. Secunda parte dimitto cum[3] meo corpus ad Sancti Petri Cruciliata,[4] medietatem per missas ad confratres et alia medietate ad ipso loco. Tercia vero parte de ipso mobile dimitto ad filios meos, ad Berenger et ad Arnall. Et dimitto ad Sancti Gilii Albio petia I de alod de subtus ipsa resclosa per misses, et ad Sancti Iohannis Caput Stagnum quarterada I de terra ad ipsa Crivelera per missas, et ad Sancti Andree de San Guillem ferragenal I quis tenet iuxta ipsa ęcclesia, ad Sancti Martini Aqua Frigida petia I de vinea et meum directum de alod de ipsa Isla per missas, et ad Sancte Marie Frexaned ipso alod que tenet Guillem Bernard per missas. Et dimitto ad filium meum Berenger ipso kastro de Albio et ipsa villa, exceptus hoc quod abeo datum ad mulier mea suprascripta, sicut un sua carta resonat, ut teneat illa in vita sua, et post obitum suum remaneat ad Berenger filium meum. Et dimitto ad filia mea Estephania petia I de alaude ad ipsa Crivelera et alia pecia qui fuit de Berenger Ricolf que tenebat Bernard Guillem, et semodiata I de vinea prope sorte de Sancti Gilii et casa I ubi stat Domenega, que vocant Bilissen. Et dimitto ad Berenger filium meum ipsum kastrum de Caput Stagnum sicut ego abeo acaptatum cum ipsa terra de Falcs et de Callers. Et dimitto ad filios meos, ad Berenger et ad Arnall, ipsum kastrum et villa de San Guillem et Porta Espana et turre de Eschenard cum suis pertinentiis per equaliter abeant. Et pignora de Porta Espana redimant ambos fratres per XX morabetinos et abeant eam per equaliter. Et dimitto ad filium meum Arnall omnem fevum et alaudem quam abeo in Ausona cum ipsas baiulias que ibi abeo et abere debeo, cum ipso manso de Bofil Recosen, que teneo per vicecomes[5] Cardone. Et pignora de Osona redimat Arnall morabetins XX in auro quando possit redimere. Et dimitto ad filia mea Guila ipso manso de Bernard Ponc cum suis pertinenciis. Et dimitto ad Ermessen filia mea ipso manso de Sancza de Porta cum suis pertinentiis. Dimitto ad Guilelma filia mea ipso alod qui fuit de Ramon Gerovard et ipso alod qui fuit de Ramon Mir de Saleles cum ipso caput mansum de Ermengod Andreu. Dimitto ad filia mea Adaled ipso manso de Chaies Mort, qui est in ribera de Congost. Et si obierit filio meo Berenger sine infante de coniugii, remaneat sua hereditate

ad Arnall. Et Arnall si obierit sine infante de coniugii, remaneat sua hereditate ad Berenger. Et si ullas de filias meas suprascriptas obierint sine infante que de coniugii non abuissent, remaneat suam hereditatem ad alias suas sorores. Et si Arnall abuerit guerram et Berenger non voluerit illi adiuvare, donet ei Berenger potestatem ad Arnall de unum kastris suprascriptis. Et istum testamentum firmum sit usque dum alium facio.

Facto isto testamento X kalendas setembris, anno XX I regnante Leodovico rege.

Sig+num Pere Folc, qui istum testamentum feci scribere et firmavi et ad testes firmare rogavi.

Sig+num Gomball de Uluga, Sig+num Berenger de Iovall, Sig+num Rossa, isti sunt manumisores.

Sig+num Arnall Berenger. Sig+num Rodlan presbiter. Sig+num Arnall presbiter.

Arnallus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo sup*(senyal)*pra.

1. Uluuga *al text*. 2. *Manca*. 3. cum *afegit a la interlínia*. 4. Cauciliata *al text*. 5. *Entre* e *i* c, s *expuntuada*.

615

1128, agost, 31

Donació. *Ermengol VI, comte d'Urgell, i la seva muller, la comtessa Arsenda, donen als esposos Ramon Arnau i Arsenda i al seu fill Berenguer la meitat de la lleuda del mercat d'Agramunt.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 301 (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 238), 100 × 220 mm. Bon estat de conservació, malgrat tres estrips a la part inferior del pergamí.

B Trasllat de l'1 d'octubre de 1505 autoritzat per Pere Miquel Carbonell. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 301 dupl. (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac Sant Ramon de Penyafort, núm. 88), 205 × 225 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 683.

In nomine Domini. Ego Ermengaudus, gracia Dei [comes][1] Urgelli, cum coniux mea nomine Arsendis comitissa donatores sumus vobis Raimundus Arnalli et ad coniux tua nomine Arsendis et ad filio vestro Berenger. Per hanc scripturam donacionis nostre sic donamus nos ad vobis medietatem de ipsa leuda que habemus ad Acrimonte ad dia de ipso mercato et ad alios dies similiter ipsa medietate de vino et de ipsa fruita et de bestias que s'i vendant

et de blad vel de fusta; et dono vobis ipsa omnia suprascripta per filolage. Et est manifestum. Nullus qui hanc karta disrumpere voluerit, non hoc valeat, set componat vobis in duplo.

Que est acta II kalendas september, anno XXº I regni Leudovice regis.

Sig+num Ermengaudus comes, Sig+num Arsendis comitissa, nos qui hec kartam fecimus [scri]bere et firmare et firmavimus testes.

Sig+num Raimundus [Arna]lli de Rialbi, Sig+[num] Arnad Bernad de Serr[along]a, Sig+num Bernad de Taus, isti s[unt testes].

Petrus sacer [roga]tus scripsit, s[ig+nu]m hoc *(senyal)* inpressit in die et an[no quo s]upra.[2]

1. *Manca també a* B. 2. B *continua*: Sig(*senyal*)num Petri Michaelis Carbonelli, serenissimi domini regis scribę regiaque auctoritate notarii publici Barcinone ac regii archivarii, una et insolidum cum Francisco Carbonello, filio, conscriba, connotario ac coarchivario meo, qui huiusmodi privilegium seu instrumentum sic exaratum contextura illa abstrusa illiteratorum virorum ea tempestate vitam agentium, regio iussu sumpsi ab eius originali in armario comitatus Urgelli apud regium archivum Barcinonę recondito, excripsique et veridice comprobavi et clausi die primo mensis octobris, anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quinto. Probata.

616

1128, setembre, 24

Venda. *Guitard, sacerdot, ven a Pere de Montpaó les cases que té a Cervera, sota el mur, pel preu de trenta sous, que seran pagats a raó de set sous i mig cada any, durant quatre anys.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 302 (*olim* arm. 21 Regne de València, sac. M, núm. 564), 145 × 210 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 54.

In nomine Domini. Ego Guitardus sacer vinditor sum tibi Petrus de Mont Pao. Per hanc scripturam vindicionis mee vindo tibi ipsas meas chasas quę abeo in Cervaria, quas mihi adveniunt per compra vel per edificacione sive per utrasque voces. Et sunt iamdictas kasas in comitatum Barchinona, in kastrum Cervarie, in vila, subtus ipso mur. Abent na[m]que[1] affron[ta]ciones[2] a parte orientis in carrera, de meridie in alia carrera, de occiduo in casas de te comparatore, a parte[3] vero circi in casas qui fuerunt de Guillem Gifre. Quantum inter istas affrontaciones includunt et isti

termini continent sic vindo tibi prescriptas kasas ab integrum ad tuum proprium alodem, te et tue posteritati ad omnia facere quo volueris, cum exiis vel regressiis earum, cum solis et suprapositis, in pro precio placibile solidos XXX[a] monete Barchinona. Et si ista moneta qui hodie currit se mutaverit, de ipsa qui venerit directa in Barchinona. Et ego Petrus, comparator, mitto tibi in pignora Guitardus vinditore per[4] iamdicto precio medietate de decima de molino de Ligal Bene, qui pertinet ad Cervarie, et quartam partem de alio mulino que vocant Salice. Isti molini sunt in terminum Granianela. Similiter mitto tibi medietate de X[a] de alio molino qui est in terminum Cauciliate, prope locum Sancti Petri. Et advenit me inpignorator per meo feu de Cervaria et teneo per seniores meos iamdicto kastro. Et mitto tibi in tali conventu ut teneas de ista festa sancti Michaelis prima veniente, qui est in september, usque ad quatuor annos, et unumquemque anno dono tibi aut ille cui tu dubitaveris de iamdicto precio solidos VII et medio, et si ante de iamdictum terminum donavero tibi vel ei cui tu relinqueris hoc totum iamdicto precio, sit mihi soluta prefata pignora. Et si seniores Cervarie demandaverint tibi Guitardus tercium de prefato precio, ego Petro ero te vel tui guarento per fidem, sine engan. Iterum si ullus homo ac femina inquietaverit te ista pignora suprascripta, similiter ero tibi guarent per directa fide. Et infra prescriptum terminum ego fecero servicium ad seniores meos de ipsa pignora, et si non abuero[5] solutum ipsum precium suprascriptum ad iamdictum terminum, habeas tu Guitardo hoc qui solutum erit et insuper ipsas casas prescriptas simili modo cui tu dimiseris; et si minus venerit mihi Petro faciat hoc quod scriptum est fratre meo Carbonel. Et si de ambos minus venerit, donent iamdicto precio nostris propinquis cui nos dubitaverimus ipsas casas sive nostris manumissores, et si facere noluerint, habeas tibi[6] Guitardus vel tuis post te ipsas casas sine ullo placito nec querela, cum ipsis melioramentis qui ad ipso die ibi fuerint factis. Et est manifestum. Quod si ego vinditore aut ullus homo vel femina magna vilique persona qui ausus fuerit venire pro inrumpendum contra hec carta vindicione, minime vindicet quod requirit, sed componat tibi in duplo cum omni sua melioracione. Et in antea ista carta firma et stabilis permaneat modo vel omni tempore.

Facta ista carta VIII kalendas octobris, anno XXI regnante Leudovici regi.

FUNDACIÓ NOGUERA

Sig+num Guitardus sacerdos, qui ista carta mandavi scribere, firmavi et ad testes firmare rogavi.

Sig+num Petrus Bonifilio presbiter. Sig+num I[o]hannes[7] de Limdans. Sig+num Arnall Mir. Hii sunt testes visores et auditores.

Bernardus sacer, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* quo supra.

1. *Manca*. 2. *Manca*. 3. prarte *al text*. *La segona* r *corregeix* s. 4. *En lloc de* pro. 5. b *corregeix* d. 6. tibi *afegit a la interlínia*. 7. *Manca*.

617

1128, octubre, 28

Encomanament. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i el seu fill Ramon encomanen a Ramon Renard de Roca i al seu fill Ramon el Castell Nou de Barcelona i renoven en favor seu l'honor que posseeix Solestenda, muller de l'esmentat Ramon Renard.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 303 (*olim* arm. Barcelona, sac 5, núm. 507), 100 × 240 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 52.

In[1] Dei omnipotentis nomine. Ego Raymundus Berengarii, gratia Dei Barchinonensis comes et marchio, et filius meus Raimundus comendamos tibi Raimundo Renardi de Rocha et filio tuo Raimundo Castellum Novum de Barchinona et donamus vobis honorem quem habet et tenet Solesten, coniux[2] tua Raimunde, alodium per alodium et fevum per fevum, ut habeatis et teneatis sicut illa habet et tenet et fruitur ac possidet.

Actum est hoc V° kalendas novembris, anno XX° I° regni Ludovici regis.

Signum+ Raimundi comes. Signum+ Raimundus comes.

Sig+num Mironis Riculfi.[3] Sig+num Ugo de Canoes. Sig+num Gozfredi de Sancta Columba. Sig+num Raimundi Bernardi de Olost. Sig+num Perelle.

Ego Garsias, levita et monachus, qui hoc scripsi et firmavi sub die et anno quo supra.[4]

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter transcriptum. 2. coniunx *al text*. 3. *Aquesta signatura precedeix en el text les dels comtes atorgants*. 4. *Segueix* Sig+num *sense cancel·lar*.

618

1129, gener, 16

Donació. *Ponç Hug de Cervera, la seva muller Beatriu i els seus fills Pere i Ponç donen a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, dues parts de la senyoria de Cervera a canvi de la donació del vescomtat de Bas.*

A Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 304 dupl. a (*olim* arm. 13 Cervera, sac B, núm. 116), 210 × 140 mm. Bon estat de conservació.

B ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 304a (*olim* arm. 13 Cervera, sac B, núm. 111), 330 × 140 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 197.]

a MONSALVATJE, *Noticias históricas*, XI, pp. 420-421.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, docs. 182.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 27.

Aquesta donació, tant a *A* com a *B*, va seguida, en el mateix pergamí, d'un empenyorament fet el mateix dia entre els mateixos actors. Vegeu el document núm. 619.

Sub ętternis Regis nomine. Ego Poncius Ugonis de Cervaria et uxor mea Beatrix, una cum filiis nostris Petro et Poncio, donamus tibi seniori nostro Ramundo, Barchinonensi comiti, duas partes universe dominicature nostrę quam habemus vel qualicumque modo habere debemus alodii vel fevi, condirecti vel discondirecti, in castro et in villa Cervarie vel infra eius terminos ad tuum proprium alodium ut inde facias quicquid tibi placuerit ac de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem. Accepimus quoque a te pro hac donatione illud donum quod fecisti prescriptis nostris[1] filiis de honore et vicecomitatu de Basso.[2] Si quis hoc violare presumpserit, in duplo componat eaque infringere temptaverit. Et postmodum hec donatio incolvulsa permaneat.

Actum est hoc XVII kalendas februarii, anno XXI regni Ledovici regis.

Sig+num Poncius Ugonis, Sig+num Petri de Cervaria, nos qui hanc donacionem fecimus et firmamus et testibus firmari rogavimus.

Sig+num Gaucerandi[3] de Pinos. Sig+num Guilelmi Castri Vetuli. Sig+num Raumundi Bernardi de Guardia. Sig+num Berengarii dapiferi.[4]

1. meis B. 2. B *segueix un espai d'unes vint lletres aproximadament, raspat.* 3. Gocerandi B. 4. *Manca la clausura del rogatari.*

619

1129, gener, 16

Empenyorament. *Ponç Hug de Cervera, la seva muller Beatriu i els seus fills Pere i Ponç empenyoren al comte Ramon Berenguer III la tercera part de la senyoria de Cervera per raó d'un deute de trescents trenta morabatins.*

A Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 304 dupl. b (*olim* arm. 13 Cervera, sac B, núm. 116), 210 × 140 mm. Bon estat de conservació.

B ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 304b (*olim* arm. 13 Cervera, sac B, núm. 111), 330 × 140 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 197.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, docs. 183.

Aquest empenyorament, tant a *A* com a *B*, va precedit, en el mateix pergamí, d'una donació feta el mateix dia entre els mateixos actors. Vegeu el document núm. 618.

Sit notum cunctis quod ego Poncius Ugonis et uxor mea Beatrix, una[1] cum filiis meis Petro et Poncio, inpigneramus tibi seniori nostro Raimundo, Barchinonensi comiti, ipsam terciam partem dominicature quam retinuimus in castro Cervarie vel infra eius terminos ut teneas et possideas donec nos vel nostri successores reddant tibi vel tuis CCC^{tos} XXX mohabitinos legitimos quos tibi debemus. Qui autem contra hanc inpigneracionis scripturam venerit ad irrumpendum, nichil proficiat, set in duplo componat. Et postmodum hec inpigneratio firma permaneat.

Actum est hoc XVII kalendas februarii, anno XX I regni Lodovici[2] regis.

Sig+num Poncii Ugonis, Sig+num Petri de Cervaria, nos qui hanc inpigneracionem fecimus et firmamus et testibus firmare rogavimus.

Sig+num Gocerandi de Pinos. Sig+num Raimundi Bernardi de Guardia.

Sig+num Poncii subdiaconi, qui hoc rogatus scripsit.[3]

1. unam *al text*. 2. Ledovici B. 3. Sig+num Poncii subdiaconi, qui hoc rogatus scripsit *manca* B.

FUNDACIÓ NOGUERA

620

1129, abril, 1

Empenyorament. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, empenyora a Berenguer de Queralt la potestat del castell de Font-rubí fins que no li doni el castell d'Arraona tal com el tenia Ricard Guillem en el moment de la seva mort.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 305 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac Magí, núm. 190), 120 × 250 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, pp. 55, 58, 192. — BENSCH, *Barcelona*, p. 141.

Noticie cuntorum pateat quod ego Raimundus Berengarii, Barchinonensis comes et marchio,[1] inpignero tibi Berengario de Cheralto ipsam potestatem quam michi debes dare de ipso castro Fontis Rubie, ea condicione ut teneas eam potestatem donec ipsum castrum de Arrahona mitam et reddam in potestate tua cum omnibus vocibus et directis que olim Ricardus Guilelmi sibi melius adquisierat vel tenuerat ad diem obitum sui per pignus. Si autem, sicut superius scriptum est, tibi non adimplevero, supradictam potestatem predicti castri Fontis Rubie mihi non dones donec reddam tibi L et VI libras plate tenentes in unoquoque solido unum argencium. Qui autem contra hanc inpigneracionem venerit ad irrumpendum, non[2] valeat vendicare quod quesierit, set duplam composicionem persolvat. Et hec inpigneracionis scriptura firma permaneat.

Actum est hoc kalendas aprilis, anno XXI regni Ledovici regis.

Signum+ Raimundi comes, qui hanc inpigneracionem fecit et testes firmare rogavit.

Sig+num Guilelmi Castri Veteris. Sig+num Berengarii dapiferi. Sig+num Petri Bernardi de Granada. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Raimundi comes.[3]

1. a *afegida a la interlínia*. 2. non *afegit a la interlínia*. 3. *Manca la clausura del rogatari.*

621

1129, abril, 1

Permuta. *Berenguer de Queralt permuta amb Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, els castells del Papiol i de la Bleda pel castell*

d'Orís en alou, dues cavalleries de terra en feu i cinquanta-sis lliures d'argent.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 306 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac Magí, núm. 188), 180 × 250 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 329.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 319.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, pp. 55, 58, 192. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40.

Sit notum cunctis quod ego Berengarius de Cheralt diffinio et evacuo tibi domino meo Raimundo Berengarii, Barchinonensi comiti, ipsum castrum de Papiol cum terminis et adiacenciis[1] suis simul cum omnibus vocibus et directis, que vel quas tibi demandaveram in predicto castro aliquo modo; itemque diffinio tibi castrum de ipsa Bleda cum omnibus sibi pertinentibus, ita ut facias de ipsis castris quiquit tibi placuerit; et de meo iure in tuum trado dominium et potestatem ad tuum proprium et franchum alodium. Accipio quoque a te pro hac diffinicione vel evacuacione ipsum castrum de Oris per alodium et duas caballarias terrę per fevum necnon et LVI libras plate tenentes in unoquoque solido unum argencium. Qui autem contra hanc diffinicionem vel evacuacionem venerit ad irrumpendum, nil prosit, set prescripta[2] omnia in duplo componat. Et hec diffinicionis scriptura firma permaneat.

Quod est actum kalendas aprilis, anno XXI regni Ledovici regis.

Sig+num Berengarii de Cheralto, qui hanc diffinicionem fecit, firmavit et testes firmare rogavit.

Sig+num Guilelmi Castri Vetuli. Sig+num Berengarii dapiferi. Sig+num Bernardi de Bello Loco.[3] Sig+num Petri Bernardi de Granata. Sig+num Berengarii de Pela Fols. Sig+num Arnalli de Bedoc.

Sig+num Poncii,[4] notarii comitis, qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo.

1. *La segona* i *afegida a la interlínia*. 2. *La segona* r *afegida a la interlínia*. 3. *En aquesta subscripció manca el punt, en el quadrant superior dret, que hauria d'haver fet Bernat de Bell-lloc.* 4. Poncii *afegit a la interlínia*.

FUNDACIÓ NOGUERA

622

1129, abril, 20

Convinença. *Guillem Bernat de Mesleu, atès que no pot pagar els seus deutes, arriba a una concòrdia amb el seu creditor, Bernat Ermengol de Freixenet, per la qual promet pagar-li la meitat del deute i retornar-li una cavalleria de terra a Samalús, que li deu.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 308, 110 × 330 mm. Bon estat de conservació.

B Trasllat de l'1 de juliol de 1233. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 308 dupl. (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 281), 120 × 250 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Guilelmus Bernardi de Mesleu venio ad finem et ad concordiam tecum Bernardo Ermengaudi de Frexaneto de debitis quos debui et debeo tibi et patri tuo Ermengaudo Mironis, qui est condam. Tamen venimus ex his debitis ad agnitionem Bernardi Guilelmi de Luciano et Mironis fratris eius et Guadaldi de Curullo[1] et Petri Berengarii de Savassona et Petri Bertrandi de Cortidella et de Lombarda, uxoris mee,[2] et Bernardi et Guilelmi, filiorum ipsius, et aliorum multorum. Et ipsi omnes viderunt et cognoverunt ut ego Guilelmus Bernardi non possum persolvere totos hos debitos. Et ideo rogarent prephatum Bernardum Ermengaudi ut acciperet dimidiam partem de ipso avere [sicut][3] scriptum est in suos brevos, et propter hoc conveni et concessi ei et suos[4] persolvere medietatem tocius ipsum debitum sine ullo malo ingenio ad omnem bonum intellectum et cavalleriam unam terre quam ei debeo et tendit de Semaluc[5] usque ad gradum de Lena. Hoc totum ut superius est scriptum convenio et concedo tibi et posteritati tue persolvere sine enganno, ita ut te[6] nec posteritas[7] tua unquam aliquid servicium mihi nec infantibus nec posteritas mea non facias, nisi per voluntatem tuam, donec ipsum avere suprascriptum sit persolutum.

Facta ista carta XII kalendas madii, anno XXI regnante Ledovici rege.

Sig+num Guilelmi Bernardi, qui fieri iussi et firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Bernardi Guilelmi Lucianensis. Sig+num Mironis eius fratris. Sig+num Gudaldi de Curullo. Sig+num Petri Berengarii de Savassona. Sig+num Petri Bertrandi de Cortidella. Sig+num Lombarda de Mesleu. Sig+num Bernardi. Sig+num Guilelmi, filiorum eius.

Bernardus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* quo supra.[8]

1. Curilio B. 2. eius B. 3. *Manca*. 4. u *corregeix* s. 5. Samaluz B. 6. te *escrit a sobre d'una raspadura*. 7. *Entre* poste *i* ritas, ste *ratllat*. 8. B *continua*: Petrus sacerdos, qui hoc translatu[m] fideliter scripsit I kalendas iulii, anno Domini M CC XXXIII die et anno quod (*senyal*) supra.

623

1129, juny, 11

Convinença. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i Guillem Dalmau i el seu fill Guillem posen fi a les desavinences que tenien a propòsit dels drets sobre el castell de Cervera i acorden el seu repartiment.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 309 (*olim* arm. 13 Cervera, sac B, núm. 112), 145 × 330 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 204.]

C Trasllat del final del segle XII o principis del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 309 dupl. (*olim* Segona Caixa A, núm. 48), 220 × 170 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 187.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 243.

Satis[1] est manifestum qualiter inter Raimundum Berengarii, Barchinonensem comitem, et Guilelmum Dalmacii aliquanto tempore querimonia acta est de superfluitatibus et novellitatibus quas idem Guilelmus in castro Cervarie post obitum avi predicti comitis iniuste fecerat. Et ad ultimum, in presencia nobilium virorum utrarumque parcium asistencium, venerunt ad[2] pacem et concordiam subterius annotatam. Igitur ego supradictus Guilelmus et filius meus Guilelmus diffinimus et pacificamus tibi seniori nostro Raimundo, comiti Barchinonensi, medietatem exorchie videlicet Bernardi Conollę et alteram Raimundi Mironis, quam tenet Poncius Guilelmi aliamque Guitardi Revul et ipsam quam tenet Alarig, que fuit Adalet Baro, et alteram Raimundi Arnalli laminer, quam tenet Gerallus Salad, necnon et ipsam Petri Arnalli Exegad et aliam de Riu de Oveies et ipsam Guilelmi Onofredi, quam tenet Botet, et ipsum alodium de Taltevuls cum alodio Guilelmi Raimundi de Castro Fulit, et ipsam exorchiam Bernardi Griberti. Insuper etiam

diffinimus tibi Raimundo, comiti Barchinonensi prelibato, seniori nostro, ipsas gueitas et fabreges et novellitates merchati ut ab odierno die et deincebs nos aut aliqua persona per nos aliquit aliquo modo inquietare vel infringere tibi tuisque successoribus in perpetuum nullo modo audeat. Deinde ego predictus Raimundus, comes Barchinonensis, dono tibi iamdicto Guilelmo Dalmacii et filio tuo Guilelmo medietatem supradictam de predictis exorchiis sive alodiis et de fabreges et de ipsis geites et de novellitatibus merchati per fevum ad servicium et fidelitatem meam. Propter hoc quoque donum superius comprehensum[3] convenimus ego predictus Guilelmus et filius meus Guilelmus tibi Raimundo, comiti Barchinonensi prenominato, ut simus tui homines et fideles sicuti debent esse homines de suo bono seniori cui manibus se comendant, et serviamus tibi predictum fevum quandocumque nobis mandaveris per te vel per tuos nuncios, sicut valuerit predictum fevum. Retineo namque ego iamdictus comes Raimundus ipsam medietatem de omnibus exorchiis et alodiis et lexivis que in antea exierint et tercię partis precii alodiorum que fuerint vendita infra terminos Cervarie et de omnibus eximentis que in antea quocumque modo exierint, exceptis stabilimentis militum et tui baiuli de tuo. Placita vero omnia in presencia mei baiuli sint placitata nec sine eo ullum placitum vel consilium sit factum, et medietas adquisicionis mee[4] partis eiusdem placiti sit ei firmata sine alicuius contrarietatis obstaculo. De eximentis furnorum quartam partem michi retineo. De mohabatinis vero qui exeunt de quintis, tres partes mihi retineo, quartam tibi reservo. Et in medietate de hoc quod exierit de merchato mitat Guilelmus Dalmacii unum baiulum et comes alium qui equaliter dividant per medium. Insuper ego pretaxatus comes addo tibi Guilelmo Dalmacii[5] et filio tuo medietatem de ipsis amexeriis per fevum. Accipio quoque a te pro hac donacione CC^{tos} moabatinos.[6] Et de hoc[7] quod tibi dono ego comes predictus ero tibi garent contra totos[8] homines.[9] Si quis hoc violare presumpserit, in duplo componat ea que infringere temptaverit. Et postmodum hoc maneat firmum.

Quod est actum III idus iunii, anno XXI[10] regnante Leduico rege.

Signum+ Raimundi comes. Sig+num Guilelmi Dalmacii. Sig+num Guilelmi filii sui.

Sig+num Arnalli Berengarii. Sig+num Raimundi Mironis. Sig+num Berengari[i][11] Arnalli. Sig+num Berengarii dapiferi.

Sig+num Berengarii Raimundi de Frexe. Sig+num Petri Raimundi de Vila de Man.

Sig+num Poncii clerici, qui ho[c][12] rogatus scripsit die annoque prefixo.

1. C *comença*: Hoc est translatum fideliter traslatatum. 2. ad *afegit a la interlínia*. 3. he *afegit a la interlínia*. 4. *La segona* e *afegida a la interlínia*. 5. cii *afegit a la interlínia*. 6. *La primera* o *i* ba *afegides a la interlínia*. 7. c *afegida a la interlínia*. 8. contra totos *afegit a la interlínia*. 9. C *situa en aquest punt les subscripcions del comte i de Guillem Dalmau:* Sig+num Raimundi comitis. Sig+num Guilelmi Dalmacii. 10. C *omet la resta del text*. 11. *Manca*. 12. *Manca*.

624

1129, agost, 3

Jurament. *Deudat jura a Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, i al seu fill Ramon que no els impedirà ni l'entrada, ni la sortida, ni l'estada al castell de Tamarit.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 310 (*olim* arm. 5 Tarragona, sac m, núm. 78), 85 × 110 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 228.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 213.

Iuro ego Deusde, filius Beatricis feminę, tibi seniori meo Raimundo, comiti Barchinonensi, et filio tuo Raimundo quod de ista ora in antea non vetabo vobis intrare et exire et stare in ipso castro de Tamarit quandocumque volueritis et quantumque vobis placuerit. Neque hoc vobis vetabo neque vetare faciam dum ego tenebo castrum de Tamarit vel homo vel femina per me. Et sicut superius scriptum est, sic tenebo vobis et atendam. Per Deum et hec sancta.

Actum est hoc III nonas augusti, anno XXII regni Ledovici regis.

625

1129, octubre, 14

Donació. *Ermengol VI, comte d'Urgell, la seva muller Arsenda i el seu fill Ermengol donen a Ramon Arnau, a la seva muller Arsenda i als seus fills la meitat de la dècima del castell de* Valcacines.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 311 (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 264), 150 × 260 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Ermengaudus,[1] Dei gracia comes Urgellensis, cum coniux mea domna Arsendis et filio nostro Ermengaudi donatores sumus vobis Ramundo Arnalli et coniux sua Arsendis et filii eorum. Per hanc scripturam donacionis nostre sic donamus vobis medietate de X^{m} de cunctis expletis de castrum Valcacines sive de eius terminibus. Et advenit nobis ipsum hec omnia de vocibus parentorum nostrorum aut per qualicumque voces. Et ita sic donamus nos vobis totum ab integrum iamdictum decimum a facere vestram voluntatem quod facere volueritis vos et posterita vestra per secula cuncta. In tale vero pacta ut vos nec posterita vestra nunc eligatis[2] alium seniorem nec alium patronum nisi nos et posterita nostra per secula cuncta. Et est manifestum. Quod si nos donatores aut ullus homo vel femina, nobili aut vili personam, quis contra hanc kartam donacionis venerit pro inrumpendo, non hoc valeat quod requirit, set componat vobis in duplo cum incremento tocius melioracionis. Ac deince[bs] hec donacio fixa et immobilis permaneat quousque huius[3] mundi veniat desolacio.

Que est acta II idus octobris, anno XX^{o} II regni Loduvici regis.

Sig+num Ermengaudus comes, sig+num Arsendis comitissa, sig+num Ermengaudi iunioris, nos qui hanc cartam donacionis iussimus scribere et ad testes firmari rogavimus.

Sig+num Bernard de Taus, Sig+num Arnall de Rialb, Sig+num Bernard Ramon de Gradilo, testes sunt.

Petrus sacer, rogatus scripsit, signum hoc *(senyal)* impressit in die et anno quo supra.

1. r *corregeix* g. 2. heligagis *al text*. 3. *La primera* u *afegida a la interlínia*.

626

1129, octubre, 21

Convinença. *Galceran de Cartellà promet fidelitat als seus senyors, els germans Guillem Ramon i Odó, pel castell de Cartellà i dóna com a garantia el castell de Tudela. També es compromet a acompanyar els seus senyors a les hosts d'Hispània amb quatre cavallers*.

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 312, 210 × 430 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 392. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 34. — KOSTO, *Making agreements*, p. 125.

Hec est convenientia que est facta inter Gaucerandum de Cartiliano et Guilelmum Raimundi atque Otonem fratrem eius de castello Cartiliani et de forteda vel fortedes que ibi sunt vel in antea erunt vel infra parrohechiam aut terminos Sancti Felicis de Cartiliano. Convenio namque ego iamdictus Gaucerandus tibi Guilelmo Raimundi et fratri tuo Otoni, senioribus meis, libenti animo et sine forcia, de castello[1] Cartiliani et de forteda vel fortedes que ibi sunt aut in antea erunt vel infra parrohechiam aut terminos Sancti Felicis Cartiliani, quod de ista ora in antea fidelis ero vobis inde per fidem, sine engan; et quod non vetem vobis inde intrare vel exire atque guerreiare contra cunctos homines vel feminas per quantas vices volueritis ibi intrare et exire; et non exeat aut veniat vobis inde ullum dampnum per me nec per meum consilium neque per meum ingenium neque per meos homines vel feminas. Et quod non retineam ibi ullum viventem hominem vel feminam ad vestrum dampnum unde vos me comoneatis quod non retineam. Et si ullum dampnum venerit aut exierit vobis de iamdicta fortitudine aut fortitudines et infra XXX dies et noctes quibus vos amoneretis non habuerint[2] vobis restitutum per fidem, sine engan, sic mito vobis Guilelmo Raimundi et fratri vestro Otoni in pignus ipsum castrum de Tudela et ipsos fevos et omnes honores quos teneo per vos. Sub tali conveniencia quod de ipsis XXX diebus in antea incurrisset et devenisset predictum castrum de Tudela et ipsos fevos et omnes honores quos teneo per vos in vestra potestate ad vestrum propium et ad faciendum quecumque volueritis inde sine ullo impedimento et sine ulla querela et mala voluntate, quam umquam non habeatis de me Gaucerando vel de ullo homine vel femina per me. Item convenio vobis quod umquam in perpetuum non concordem de iamdicta fortitudine aut fortitudines cum ullo homine vel femina nisi hanc concordiam quam vobiscum facio. Et sicut superius scriptum est, sic convenio hec ego Gaucerandus vobis predictis senioribus meis libenti animo, sine ulla forcia et sine malo ingenio, et sic tenebo et atendam per fidem, sine engan. Item convenio vobis quod de omni vestro honore quem modo habetis vel in antea adquisituri estis cum meo consilio quod valeam vobis; et ero vobis adiutor et defensor cum omni honore meo et meis hominibus contra cunctos homines vel feminas. Et sicut superius scriptum est, sic mito vobis in pignus

predictum meum honorem. Ita quod totam prescriptam convenienciam teneam et atendam per fidem, sine vestro engan, tali modo quod si dampnum non esset vobis restitutum infra XXX dies et noctes quibus ammoneretis de ipsis XXX diebus in antea incurrisset totum prescriptum honorem in vestra potestate ad vestrum velle faciendum. Item ego Gaucerandus convenio vobis prescriptis senioribus meis quod non faciam castellum neque fortedam, nec facere faciam ad ullum hominem viventem vel feminam per me aut per meum consilium vel per meum ingenium, de ipsa serra de Olmatel, que est inter Camons et Monte Mal, usque ad ecclesiam Sancti Andreę de Estanol, neque de ecclesia Sancti Iuliani de Castello Fret usque ad Sanctam Mariam de Amer, excepta ipsa de Cartiliano, sicut superius scriptum est. Iterum ego prenominatus Gaucerandus convenio vobis senioribus meis suprascriptis quod per ipsum castrum de Tudela et per ipsos fevos que teneo per vos ab hac ora et deincebs sim vobis adiutor et defensor ad tenere, defendere et guerreiare contra cunctos homines vel feminas qui vobis tollere voluerint et quod sim vester solidus per fidem, sine engan, sicut homo debet esse de suo meliori seniore; et faciam vobis cavalcadas cum meis hominibus infra vestram terram sicut melius potuero; et faciam vobis ostem in Yspaniam de meo corpore cum IIII caballarios, et ego sim quintus et hoc cum meo[3] conducto et cum mea alcuba. Et sicut hic scriptum est, sic tenebo et atendam ego Gaucerandus prephatus vobis prescriptis senioribus meis per fidem rectam, sine vestro engan.

Acta conveniencia XII kalendas novembris, anno XXII regni Ledovici regis.

Sig+num Gaucerandi, qui hanc convenienciam feci, firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Petri Raimundi de Villa de Man. Sig+num Bernardi de Vila de Man. Sig+num Berengarii Bernardi dapiferi. Sig+num Raimundi Udalardi. Sig+num Berengarii Tort. Sig+num Bernardi Guilelmi de Aqua Viva. Sig+num Raimundi Dalmacii de Midiniano. Sig+num Raimundi Berengarii de Favars.

Sig+num Poncii, notarii comitis, qui hanc convenienciam rogatus scripsit.

1. casteello *al text*. 2. *En lloc de* habuerim. 3. meo *afegit a la interlínia*.

FUNDACIÓ NOGUERA

627

1130, gener, 26

Definició. *Arnau Pere renuncia a favor del seu oncle matern Ramon Bernat, clergue, a tots els drets sobre unes cases amb un hort, a la muralla de Barcelona, prop del castell de Regomir, i a diversos masos i terres.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 10 de febrer de 1141. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 313 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 954), 100 × 280 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 328. — BENSCH, *Barcelona*, p. 144.

Sit[1] notum cunctis qualiter ego Arnallus Petri, prompto animo et bona voluntate, tibi avunculo meo Raimundo Bernardi, clerico, dono, pacifico et ecavuo domos quę sunt in muro civitatis Barchinonę, iuxta ipsum kastrum de Regumir, quas tenet Sancia pro te, cum omnibus suis pertinenciis, et ipsas domos quas tenet Petrus Bernardi clericus cum orto hisdem domibus subdito. Insuper dono et evacuo tibi mansum de Provincialibus cum omnibus suis pertinentiis et mansum Gerundensem cum suis pertinentiis et campum de Mari cum suis pertinentiis et illa alodia quę tenent Martinus Uricię et Petrus Samuel et Petrus Raimundi de Alfodio in pignore et vineam Anfussini et vineam Petri Guitardi, ad ipsos Arennis, et campum quem Guilelmus Petri de Serriano tenet in pignore et ortum Sancti Cucufatis[2] et ortum quem Martinus Urucię tenet. Quę omnia prenotata tibi pacifico et dono et diffinio ac de meo iure in tuum trado dominium et potestatem ad tuum proprium alodium francum ad omnem tuam voluntatem faciendam. Hanc vero difinitionis sive pacificationis scripturam si quis infringere vel disrumpere temptaverit, nil valeat, sed in duplo composita, inviolabilis maneat omne per evum.

Que est acta VII° kalendas febroarii, anno XX° II° regnante Leodyco rege.

Signum+ Arnalli Petri, qui hanc difinitionem facio et testes firmare rogo.

Signum+ Berengarii Raimundi. Signum+ Bernardi Belloloci. Signum+ Guilelmi Geralli. Signum+ Petri Bernardi. Signum+ Martinus Urucię. Signum+ Arberti de Apierola. Signum+ Petri Arnalli. Signum+ Arnalli de Subirads. Signum+ Arberti Poncii.

Signum+ Berengarii Geralli clerici, qui hoc scripsit sub die et anno prefixo.[3]

1. B *comença:* Hoc est exemplar illius scripturę donationis, pacificationis et evacuationis quam Arnallus Petri fecit avunculo suo Raimundo Bernardi, clerico, quę sic se incipit. 2. Cocufatis *al text*. 3. B *acaba:* Sig+num Bernardi Poncii*, Signum+ Petri Arberti, Signum+ Raimundi Suavis, nos qui huic translationi presentes adfuimus. Sig+num Petri presbiteri, qui hoc exemplar translationis rogatus scripsit IIIIº idus febroarii, anno IIIIº regni regis Leduici iunioris.

628

1130, gener, 30

Convinença. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona i Besalú, i el seus fills signen uns acords amb Ponç II, comte d'Empúries.*

A Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 241 quadr. (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 676), 280 × 240 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 66b-d.

C Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 241a (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 690), 570 × 390 mm. Bon estat de conservació.

D Trasllat del 13 de desembre de 1274. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 241 dupl. a (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 699), 480 × 430 mm. Bon estat de conservació.

E Trasllat del 13 de desembre de 1274. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 241 tripl. (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 675), 210 × 260 mm. Bon estat de conservació.

a MIRET, *Alfonso*, pp. 543-544 (edició fragmentària).

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 520.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, I, p. V. — BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 684-685. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 244, 256. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 52.

Aquest document apareix copiat a *C* i *D* en un mateix pergamí, juntament amb tres documents més. Vegeu els documents núms. 539, 594 i 595.

Els exemplars *A* i *E* presenten la data i els testimonis diferents als exemplars *B*, *C* i *D*. El trasllat *E* deixa molt clar que es va fer a partir d'*A*, amb el qual coincideix plenament, o tal vegada d'*A'* El trasllat *D* coincideix plenament amb *C*. Els trasllats *D* i *E* es varen fer el mateix dia i els va autoritzar el mateix notari.

Hec[1] est conveniencia que est facta inter Raimundum Berengarii, comitem Barchinonensem ac Bisillunensem,[2] et filios eius et Poncium Ugonis, comitem Impuritanensem. Comendat namque predictus comes Barchinonensis et filius eius Raimundus predicto comiti Impuritanensi ipsum castrum de Cirseto et donant ei ipsos fevos qui ad ipsum castrum pertinent simul cum ipsa[3] dominicatura quam habent in honore Guilelmi Gaucefredi et cum ipsis albergis de Terrads ad fevum. Similiter comendant ei ipsum castrum de Molins et donant eis[4] ipsos fevos qui ad ipsum[5] castrum pernitent

simul cum ipsis albergis quas ibi habent et quas habent in Figeres et in Buadela similiter ad fevum. Propter hanc autem comendacionem et donum et propter illum honorem quem pater predicti Poncii tenuit per supradictum comitem, iamdictus Poncius comes est homo suus et filii eius propriis manibus. Et convenit eis ut det eis potestatem de supradictis castris per quantas vices eum inde requisierint per se aut per suos nuncios vel nuncium, iratus aut paccatus, cum forifactura et sine forifactura,[6] et videri aut comoneri se inde non vetet, et nuntius quem ei miserint reguard ullum non habeat. Item convenit prelibatus Poncius comes prenominato Raimundo comiti et filiis suis ut ab ista ora et deinceps fidelis adiutor sit eis de omni eorum honore quem hodie habent vel habere debent et homines per eos, scilicet de ipso castro de Paviano usque ad castrum Stopanna et de Stopanna[7] usque ad civitatem Fraga, et de ipsa Fraga et de Lerida et de ipsa Regera que pertinet de Lerida et de Fraga usque ad Tortuosam et de ipsa civitate Tortuosa. De istis supradictis civitatibus et de omni honore qui est infra iamdictos terminos quem supradictus comes Barchinonensis habet vel habere debet, convenit ei et filiis suis, illi videlicet qui predictum honorem[8] habuerit, predictus Poncius comes ut sit eis fidelis adiutor contra cunctos homines vel feminas, tam christianos quam et sarracenos, ad tenere et aprehendere, conquirere atque defendere et sequi eos per suum corpus. Et si aliquis homo vel femina, homines vel feminę, tulerint aut tollere voluerint eis vel guerregare prenominatum honorem aut aliquid de supradicto honore, sit eis predictus comes Poncius fidelis adiutor per suum corpus, sicut homo debet esse suo bono seniori per fidem, sine engan.

Acta conveniencia III kalendas februarii, anno XXII[9] regni Ledovici regis.

Signum+ Raimundi comes. Signum+ Raimundi Comes.[10] Sig+num Poncii Ugonis, comitis Impuritanensis, qui hanc convenienciam[11] que laudo atque confirmo.[12]

Sig+num Guilelmi de Cardona. Sig+num Berengarii de Cher Alto. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Berengarii dapiferi. Sig+num Bernardi de Bello Loco.[13] Sig+num Reamballi. Sig+num Raimundi Ademarii. Sig+num Guillemi Raimundi de Pedred. Sig+num Bernardi Guifredi de Foxano. Sig+num Petri Raimundi Bord. Sig+num Berengarii de Garriga.[14]

1. D *comença el trasllat dels diferents documents amb la indicació, vàlida per a tots:* Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. — E *comença:* Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento per alphabetum diviso cuius tenor talis est. 2. *La primera* i *corregeix* e. 3. cum sua B, C *i* D. 4. donant eis *afegit a la interlínia a* C. 5. u *volada corregeix* o, *sense cancel·lar.* 6. cum forfeit et sine forfeit B, C *i* D. 7. Stupanianum et de Stupaniano B, C *i* D. 8. honorem *repeteix* C. 9. III idus octobris, anno XV B, C *i* D. 10. Sig+num Raimundi Berengarii, filii eius, B, C *i* D. 11. *Segueix* Ugonis, *ratllat, i* q, *sense cancel·lar.* 12. qui hanc convenienciam laudo atque confirmo *ometen* B, C *i* D. 13 *Segueix* Sig+num, *sense cancel·lar.* 14. B, C i D *canvien els subscriptors del document per aquests altres*: Sig+num Umberti. Sig+num Poncii Guilemi. Sig+num Guilemi Bernardi. Sig+num Guilemi Raimundi. Sig+num Raimundi Dalmacii. Sig+num Poncii vicecomitis. Sig+num Reamballi. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Guilemi dapiferi. Sig+num Guilemi Gaucefredi. Sig+num Bernardi de Luciano. — D *acaba el trasllat dels diferents documents amb la indicació, vàlida per a tots:* Sig(*senyal*)num Bernardi de Caderita, Barchinone notarii, pro teste subscribentis. Signum (*senyal*) Bernardi Veheyani, notarii Barchinone, pro teste subscribentis. Sig(*senyal*)num Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui haec translata sumpta fideliter transcribi fecit et clausit et cum originalia instrumenta fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in ea quam in originalia invenit, cum litteris rasis et emendatis in secundo ac ultimo translato in XVIII[a] et XXI[a] lineis, idus decembris, anno Domini M° CC° septuagesimo quarto. — E *acaba:* Sig(*senyal*)num Bernardi de Caderita, Barchinone notarii, pro teste subscribentis. Signum (*senyal*) Bernardi Veheyani, notarii Barchinone, pro teste subscribentis. Sig(*senyal*)num Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter transcribi fecit et cum originali instrumento de verbo ad verbum fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in eo quam in originalii invenit, idus decembris, anno Domini M° CC° septuagesimo quarto.

629

1130, gener, 31

Definició. *Ramon Ramon, el seu fill Guillem Pa[tau] i el seu gendre Bertran de Vall, per exhortació de Guillem, prior de Santa Maria de l'Estany, renuncien a les joves que exigien als seus homes de Terrassola. Reben d'aquests vint sous, que donen a l'esmentat monestir.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 314 (150 × 140). Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment del pergamí.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 553. — BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 55.

Sciatur a cunctis tam presentibus quam futuris qualiter Raimundus Raimundi et Guilelmus Pa[tau], filius eius, et Bertrandus de Valle per forzam querebant ioves in homines suos quos abent in Terraciola et erant usaticos novellos, et Guilelmus, prior Sancte Marie Stagni, predicavit illos ut dimiterent ipsos usaticos de prephatas iovas, sicuti et fecerunt. Et nunc sub sacro nomine Trinitatis nos prephati viri, videlicet iamdictus Raimundus et Guilelmus, filius

eius, et prephatus Bertrandus difinimus et evacuamus ipsos usaticos per violenciam factos propter Deum et remissionem peccatorum nostrorum sive nostrorum parentum, ita ut in antea et deincebs nos nec aliqua utriusque sexus persona nec nostris posteris eandem violencia per forza facta non requiramus neque aliquis in perpetuum requirat in ipsis nostris hominibus vel in aliquibus successorum illorum. Et pro ista suprascripta evacuacione accipimus ab ominibus illis XX^ti solidos denariorum monete probate Barchinone,[1] quod ego Raimundus Raimundi et Guilelmus, quem vocant Patao, et Bertrandus de Valle, per consilio Petri Bernardi de Meaia et Raimundi Bernardi de Gurbo, donamus domino Deo et ecclesie Sancte Marie de Stagno et Guilelmo priori et conventui qui ibi est et futurus est ibi in perpetuum. Si quis vero contra ista difinicione ad inrumpendum[2] venire presumpserit, sciat se excomunicatus et nisi se emendaverit perpetuo damnatus. Et ipsa excomunichacio est facta a prephato priore Guilelmo ecclesie Stagni et ad VII^tem consacerdotibus suis, eius sociis, qui hanc ipsam excomunicacionem fecerunt et firmaverunt et transgressorem huius definicionis perpetuo dampnaverunt.

Actum est hoc II kalendas februarii, anno XX^o II^o regnante Lodovico rege.

Sig+num Raimundus Raimundi, Sig+num Guilelmus filius eius, Sig+num Bertrandus generi eius, nos qui istam difinicionem fecimus et firmamus et testes fir[mare rogamus. Sig+num].[3]

1. o *afegida a la interlínia*. 2. inrumperendum *al text, atès que l'escrivà ha traçat el signe d'abreviació sota la* p. 3. *El text s'interromp aquí. La part transcrita entre claudàtors està mutilada a causa del tall inferior del pergamí. Sembla que després de* [Sig+num] *no continua el text, amb la qual cosa mancarien les subscripcions dels testimonis i la clausura del rogatari.*

630

1130, febrer, [14 - 28]

Donació. *Ermengol VI, comte d'Urgell, i la seva muller Arsenda donen als esposos Ramon Arnau i Arsenda i al seu fill Berenguer la torre Cendrosa, amb els delmes i primícies, i un molí a Agramunt amb el delme.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 315 (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 230), 180 × 180 mm. Bon estat de conservació malgrat alguns estrips al marge dret que impedeixen la lectura d'algunes paraules.

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 315 dupl. (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 237), 120 × 420 mm. Bon estat de conservació.

C Trasllat de *B* del 7 d'octubre de 1505. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 315 tripl. (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac Sant Ramon de Penyafort, núm. 23), 230 × 380 mm. Bon estat de conservació.

Cit. ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 20.

L'expressió de la data «XX kalendas marcii», que es repeteix a la còpia i al trasllat posterior, autoritzat per Pere Miquel Carbonell, és del tot incorrecta per al mes de febrer i suposem que es tracta d'un error de l'escrivà. Per aquesta raó donem com a data possible qualsevol dia entre el 14 i el 28 de febrer.

In nomine Domini. Ego Ermengaudus, gracia Dei [comes][1] Urgelli, cum coniux mea nomine Arsendis comitisa donatores sumus vobis Raimundus Arnalli et ad coniux tua nomine Arsendis et ad filio vestro Berenger. Per hanc scriptura donacionis nostre sic donamus nos ad vobis de ipsum nostrum alaudium que abemus, una turre que vocant Cenrosa et uno molino in Agromont,[2] in ipso molino Sutirano, cum ipsa decima de ipso molino et cum decimas et primicias de ipsa turre, totas ab integrum, qui inde debent exire. Sic donamus nos ad vos Raimun Arnall et ad coniux tua Arsendis et ad filio vestro Berenger per filoladge, inffra finibus marchiarum cum illorum pertinenciis. Et abet autem affrontaciones ipsa tur[re] [3] quem vocant Cenrosa, qui est a l'egolador de Linerola, de I[a] parte de Linerola, de alia in termine de Alm[acor, de III] in torre de Xaramceric,[4] de III[a][5] vero parte de Valverd. Quantum inter istas affrontaciones in[cludunt] et isti termini continent, sic donamus nos vobis iamdicta turre cum ipso molino apud suis terminis et [suis perti]nenciis cunctis cum[6] illorum affrontacionibus ad vestrum proprium alaudium ad facere vestram voluntatem quod facere volueritis vos nec posterita vestra, cum viaductibus et reductibus, posideas usque in finem seculi. Et non eligatis alium seniorem nec alium patronem nisi nos vel posterita nostra per secula cuncta. Et est manifestum. Quod si nos donatores[7] aut nullus homo vel femina, nobili aut vili persona, qui contra ista karta donacionis venerit pro inrumpendum, non hoc valeat quod requirat, set componat vobis in duplo cum omni sua inmelioracione. Ac deincebs hec donacio firma et inmobilis [perma]neat quousque uius mundi[8] veniat desolacio.

Que est acta XX[o9] kalendas marcii,[10] anno XX[o] II regni Ledovici[11] regis.

Sig+num Ermengaudus comes, Sig+num Arsendis comitissa, nos qui anc kartam donacionis iussimus scribere et cum manus nostras firmamus et ad testes firmare fecimus.

Sig+num Ramon Arnall[12] de Rialb, Sig+num Arnall[13] de Rialb, Sig+num Mir Guilelmus de Pugverd, isti sunt testes, visoros[14] et auditores de ac re.

Petrus sacer, rogatus scripsit, sig+num hoc *(senyal)* inpresit die[15] et anno quod supra.[16]

1. *Manca als tres exemplars.* 2. Agremont B *i* C. 3. *Els passatges il·legibles a l'original a causa de la mutilació del marge dret del pergamí, els reconstruïm a partir de* B. 4. Xarab Cerihc B *i* C. 5. *En lloc de* IIII[a]*;* III[a] B *i* C. 6. que B *i* C. 7. donatores *escrit a sobre d'una raspadura.* 8. huiusmodi B; huiusmudi C. 9. *Ha de ser un error, atès que no existeixen les XX calendes de març. Potser l'escrivà va repetir involuntàriament el numeral* X. B *i* C *repeteixen aquest error.* 10. kalendas marcii *escrit a sobre d'una raspadura.* 11. Leudovici B *i* C. 12. Raimundus Arnalli B *i* C. 13. Arnallus B *i* C. 14. *En lloc de* visores; visores B *i* C. 15. in die B. 16. C *continua:* Sig(*senyal*)num Petri Michaelis Carbonelli, serenissimi domini regis scribę regiaque auctoritate notarii publici Barcinonę ac regii archivarii, una et in solidum cum Francisco Carbonello, filio, conscriba, connotario et coarchivario meo, qui huiusmodi privilegium seu instrumentum sic exaratum contextura illa abstrusa illiteratorum virorum ea tempestate vitam agentium, regio iussu sumpsi ab eius originali in armario comitatus Urgelli apud Regium Archivum Barcinonę recondito, excribique feci et veridice comprobavi et clausi die septimo mensis octobris, anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quinto. Corrigitur autem in lineis meis III, X et IIII illorum. Probata.

631

1130, [juliol, 8]

Testament. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, atorga testament, en el qual, després de fer molts llegats a institucions religioses, nomena hereus, per les terres de Catalunya i Septimània, el seu fill Ramon Berenguer i, per les terres de Provença, el seu fill Berenguer Ramon.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 28 de març de 1204. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 6, 670 × 487 mm. Bon estat de conservació.

a MARCA, *Marca Hispanica,* doc. 381, cols. 1271-1275.

b BOFARULL, *Los condes,* II, pp. 176-182.

c UDINA ABELLÓ, *Els testaments,* doc. 12.

d MARTÍ BONET, *Oleguer*, núm. 98 (amb data de 28 de març de 1131).

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 150, 262, 693. — BOFARULL, *Los condes,* II, p. 165. — CAULA, *Nuestros aborígenes*, p. 458. — PELLA, *Historia*, p. 417.

El trasllat *B* expressa clarament que el testament es va fer l'any 1131 de l'Encarnació, però no fa cap referència al dia i mes. La publicació sacramental del testament va tenir lloc el 19 d'agost de 1130 (vegeu el document núm. 632) i dóna com a data del testament el vuitè dia dels idus de juliol de l'any 23 del regnat del rei Lluís, és a dir, el 8 de juliol de 1130. És possible que l'escrivà autor de la copia *B* s'equivoqués quan va escriure l'any tot afegint una unitat, o bé que en l'expressió de l'any pel còmput de l'Encarnació s'utilitzés el sistema pisà.

D'altra banda, la publicació sacramental indica que es va fer abans de passats sis mesos de la mort del comte, tal com establia la llei gòtica. Així doncs, l'any de la data del testament del comte seria 1130, malgrat que la historiografia ha situat la mort de Ramon Berenguer I el 19 de juliol de 1131.

Postquam a paradisi gaudiis propter inobedienciam suam humanum genus exclusum est et iuste mortis incurrit periculum, ne eternaliter hoc vinculo detineretur semper Conditor pie miseratus ammonuit. Quia ego Raimundus Berengarii, gratia Dei Barchinonensis comes et marchio, multum mecum retractans tantique sentenciam iudicis propter enormitatem meorum peccaminum valde pavesens, dum vivo et valeo et loqui possum condidi ordinandas omnes res meas prout ipse inspirare dignatus est. Igitur, in nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti, facio hoc meum testamentum et eligo manumissores meos, scilicet domnum Ollegarium, Tarrachonensem arciepiscopum, et Berengarium, Gerundensem episcopum, et Raimundum, episcopum Ausonensem, et Aimericum, fratrem meum, et Guillelmum Raimundi, dapiferum, et Berengarium de Cheralt et Gaucerandum de Pinos, et Guillelmum de Cardona et Raimundum Bernardi de Guardia, et Guillelmum Gaufredi de Cirviano et Raiamballum de Baseia et Raimundum Renardi, ut isti distribuant omnes res meas sicut hic invenerint scriptum. In primis, dimitto Sancte Marie Rivipullensis cenobii corpus meum ut ibi sepeliar ubicumque me mori contigerit; et dimitto ei villam de Isogol ab integro, cum omnibus pertinenciis et afrontationibus ac terminis suis, sine blandimento ullius hominis vel femine, cum omnibus adempramentis que ibi habuit vel habere ullo modo potuit unquam potestas, cum molendinis molendinariis, aquis aquarum, vieductibus vel reductibus, pratis, pascuis, silvis, garricis et cum omnibus que ad se pertinent sive infra sive extra terminos eius contineantur, ut nec senioraticum neque baiuliam nec quiquam omini[atic]o[1] aut servicii aut usatici vel ullius hereditatis quiquam ibi habeat ullus homo, nec bonum nec malum, nisi Sancta Maria et monaci eius in perpetuum, secundum illorum voluntatem, ut semper offerant Deo sacrificia et libamenta pro anima mea et parentum meorum. Item dimitto eidem Sancte Marie dominicaturas meas de Septem Casis et de Lanars, cum suis omnibus pertinenciis et cum omnibus meis equabus quas habeo ubicumque sint. Item dimitto sedi Sancte Crucis Sancteque Eulalie omnem decimam navium Barchinonensium ex meis directis; et ad canonicam ipsius sedis ipsas meas franchedas de Curtibus et ipsa molendina de Stadella que habuit Ricardus Guillelmi, pro remedio anime mee.

Item dimitto eidem ecclesie sedi omne ipsum directum et voces et auctoritates quas querelabam[2] in domibus que fuerunt Raimundi Dalmacii pro emendatione illius turris et muri quod addidi meo palatio. Item dimitto Sancto Petro Puellarum illam pariliatam quam Raimundus Poncii tenet in pignus pro me pro L morabatinis; et redimant illam puelle. Cenobio Sancti Cucuphatis dimitto omnes meas franchedas quas habeo infra suum honorem pro emendationi illius tabule quam inde habui et pro remedio anime mee, simul cum Monte Maiori, qui est super Calidas, sicut ego illum habeo et per directum habere debeo et in scripturis Sancti Cucuphatis terminatur et resonat. Cenobio Sancti Laurentii Montis, unum de melioribus mansis quos habeo in Terraza. Sancte Marie Montis Serrati, unum de melioribus mansis quos habeo in Apiera. Sancte Marie de Calidis, unum de melioribus mansis quos ibi habeo, ut una lampas[3] semper ibi ardeat pro anima mea. Sancto Michaeli de Fallio, unum de melioribus mansis quos habeo in Villa Maiore. Sancto Sebestiano Penitensi, unum de melioribus mansis quos habeo in Avinione. Canonice Sancti Petri[4] sedis Vici, ipsum mansum quem Berengarius, capud scole, tenuit per laborationem, ut prius restauretur ecclesie argentum quod inde habui et postea habeat illum prefata canonica pro remedio anime mee. Sancto Petro de Castris Serris, unum de melioribus mansis quos habeo in Franciag, prope Villam Albini. Sancto Petro de Cervaria, ipsum molendinum quod dicitur de Vergos et vineas quas habeo in Molnellis. Sancto Petro de Archellis, ipsum campum qui est ante ipsum locum, prope viam que transit per transversum de Monte Pavoni. Sancto Benedicto de Badiis dimitto vineas que erant in contentu in terminio Cervarie, in valle de Molnellis, et unum mansum in Minorisa et vineas que sunt in contentu inter me et ipsum locum. Sancte Cecilie Montis Serrati, unum mansum in Terracia. Dimitto etiam Sancte Marie sedis Gerunde omnes capellanias quas habeat[5] in episcopatu Gerundensi, solide et libere, et ad ipsius canonicam, ipsam ecclesiam de Buada cum decimis et primiciis et oblationibus universis, tali modo ut cum victus in ipsa canonica quacumque occasione defecerit, prefate ecclesie de Buada fructus habeant prefate sedis canonici in victum comunem; cum vero, per Dei gratiam, in ipsa canonica victus more solido habundaverat, prefate ecclesie de Buada fructus omnes sint ad restauramentum ipsius ecclesie et altaris sancte Marie. Et Sancto Felici Gerunde et Sancte Marie sedis dimitto ipsam vineam que fuit Bernardi Raimundi sacriste. Cenobio Sancti Petri Galli-

cantus, ad operam ipsius ecclesie, dimitto tertiam partem Gerundensis monete, ita ut predicti mei elemosinarii faciant eam mittere in opera ipsius ecclesie usque habeant ibi missos CC morabatinos. Sancto Daniheli Puellarum, unum mansum in Calidis. Sancte Marie Amerensi, unum mansum in Calidis, qui fuit de Artallo Vitallis. Sancto Michaeli de Crudiliis, unum mansum in Palatio Frugelli. Sancti Felicis Gissalis, unum mansum cum vineis que erant in cont[e]ntu[6] inter me et illum. Sancto Salvatori de Breda, illam terram totam quam Gaufredus Bonissimi dimisit eidem Sancto Salvatori cum vinea. Sancto Paulo de Maritima, unum mansum in Monte Palacio. Sancto Paulo foris murum Barchinone, unum mansum in Avinione. Sancto Petro Campi Rotundi dimitto campum ipsum quem tenet Guillelmus Udalardi cum consilio Rivipullensis abbatis et Guillelmi prioris. Sancto Michaeli Coccanensi dimitto omnes albergas et toltas et forcias quas in honore eiusdem monasterii ubi vero habui, cum uno de melioribus mansis quos habeo in Frumigera; et villa de En cum omnibus pertinenciis suis, quam habet in pignus Raimundus Bernardi per DC solidos monete melgurensis; et si ego non recup[er]avero[7] illam ante mortem meam, donet illi abbas Sancti Michaelis DC solidos et habeat villam ad integrum. Excipio tamen ab hac laxatione Sancti Michaelis illud quod habeo in Ariano et in Centenç. Sancte Marie Celsone dimitto medietatem decime de Meresana quam Raimundus Mironis de Pugalt tenet in pignus per C morabatinos, quam ipsi redimant tantum, et habeant illam[8] cum vinea quam clericus Cervarie dimisit eidem loco. Sancto Martino de Canigone, unum mansum in Corneliano. Sancte Marie Bisulluni, unum mansum in Moio. Sancto Petro Bisulluni, unum mansum in Moione. Sancto Michaeli Fluviani, unum mansum in Palacio Frugelli, propter violationem quam feci in eius sacraria. Sancto Petro Rodensi, duos mansos in Palatio Frugelli pro emendatione mali quod ei feci, et ut cotidie celebrent missas pro anima mea. Ad Sanctam Mariam de Stagno dimitto, cum consilio domini Raimundi, Ausonensis[9] episcopi, ipsam capellaniam de Modeiano cum omnibus alodiis eiusdem ecclesie Sancte Marie pertinentibus, tali conditione ut in ipsa congregacione de Stagno addatur unus regularis canonicus qui semper celebret Deo missas pro anima mea. Sancto Stephano de Balnolis, totum quod est comitale et quod habeo ad integrum in villa Savarres. Ad Sanctum Laurentium super Bisulle omnes albergas et toltas et forcias quas habeo in eius honore dimitto; et unum de melioribus mansis in Pratis. Cenobio Sancti

Iohannis, totum meliorem mansum de Pratis. Sancte Marie Ville Bertrandi, unum mansum in Palatio Frugelli. Sancte Marie Arularum, albergas quas habeo in eius honore de Plano de Curtis. Sancte Marie de Corneliano, unum mansum in Corneliano. Ad Sanctum Sepulcrum Domini, unum de melioribus mansis in Lagostera. Ad Cavelleriam Iherusalem, equum meum Danc cum omni armatura mea. Ad Hospitalem Iherusalem dimitto unum mansum in Villa Maiore, iuxta alium quem dedi ei; et equum meum nigrum quem redimat filius meus Raimundus mille solidis. Dimitto etiam Deo omnes læudas et malos usaticos quos noviter misi in civitatibus meis. Omnem alium meum honorem dimitto Raimundo Berengarii filio meo; et Barchinonam et comittatum Barchinonensem cum omnibus sibi pertinentibus et cum omni honore marchiarum et Hispaniarum et episcopatum predicte civitatis; et comitatum Tarraconensem et archiepiscopatum eius cum omnibus sibi pertinentibus; et castrum de Stopagnano et de Podio Rubeo et de Castris Serris et de Pinzano et de Camarasa et de Cubellis et castrum de Barberano et alia castella et omnia alia que pertinent ad ista supradicta; et quod avus meus Raimundus Berengarii reliquit mihi in Cardona et in Guardia Lada in suo testamento; et comitatum Ausonensem et episcopatum eius cum omnibus sibi pertinentibus; et castrum Cervarie cum omnibus sibi pertinentibus; et comitatum Minorise[10] cum omnibus sibi pertinentibus; et comitatum et episcopatum Gerundensem cum omnibus sibi pertinentibus; et ipsam dominacionem et baiuliam quam habeo in Petra Lata;[11] et comitatum Bisullunensem, Vallespirensem, Foliolitensem, Petra Pertusensem cum omnibus sibi pertinentibus; et comitatum Cerritaniensem, et Confluentensem, Berchitanensem, cum omnibus sibi pertinentibus; et Castel Follit de Rivo Meritabili et Malacara; et ipsam dominacionem et baiuliam quam habeo in Petra Lata cum omnibus sibi pertinentibus; et comitatum Carcassonensem et episcopatum cum omnibus sibi pertinentibus; et comitatum Redensem cum omnibus pertinentibus suis. Berengario Raimundi filio meo dimitto omne meum honorem Provincie et comitatum et archiepiscopatus et episcopatus et abbatias et omnia que ibi habere debeo; et illum quem habeo in Rotenensi patria et in Gavallano et in Karlateso, cum civitatibus et archiepiscopatibus et episcopatibus et castellis et omnibus ad predictos honores pertinentibus, ita ut ipse maritet sorores suas honorifice cum consilio archiepiscoporum[12] et episcoporum et magnatuum Provincie. Si autem evenerit alterum horum obire sine filiis de legi-

timo coniugio, revertantur predicta omnia ad illum qui superstes extiterit. Omnes honores meos, sicut superius testatus sum, dimitto filiis meis, exceptis illis quos sanctis Dei dimisi. Et dimitto Sancto Petro de Roma et domino Pape C moabatinos. Et ad Sanctam Mariam de Podio, L. Et ad Sanctum Iachobum de Gallecia, L. Et mando ut mei elemosinarii teneant medietatem de dominicaturis et usaticis meis donec persolvant omnia ista debita et alia[13] que hic scripta non sunt et induant CCC pauperes de tunicis. Si filii mei dederint vel vendiderint aliquid de honoribus a me sibi dimissis usque habeant XXV annos, non valeat. Et dimitto filios meos in potestate Dei et Sancte Dei genitricis Marie et baiulia beati Petri apostolorum principis et domini Pape seu omnium archiepiscoporum et episcoporum et magnatuum tocius mee dominacionis ac terre qui iuste et fideliter voluerint agere erga me et filios meos. Si filie mee, ipsa de Castella et illa de Fuxo, reverse fuerint in terra mea, filius meus Raimundus Berengarii, cum consilio magnatum meorum, maritet eas honorifice cum meo honore et meo avere; et interim ipsa de Castella stet in Lagostera, et ipsa de Fuxo in Ripis; et Berengarius Raimundi de Provincia faciat similiter de aliis. Si Raimundus Berengarii et Berengarius Raimundi filii mei obierint sine filiis de legitimo coniugio, remaneatur omnis honor quem relinquo filio meo Raimundo ad filiam meam de Castella et ad filios eius; et omnis honor quem relinquo Berengario Raimundi filio meo remaneat aliis filiabus meis. Adhuc dimitto Sancte Marie de Crassa, pro emendatione de suo avere quod habui, ipsam albergam de Pediano quousque Raimundus filius meus donet ei in pace ipsam albergam de Astagel Et tam ibi quam in aliis sanctis locis a me hereditatis omni tempore Deum exorent pro anima mea habitantes in[14] eis.[15]

Anno Dominice Incarnationis Mº Cº XXXIº.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Aimerici de Narbona. Sig+num Guillelmi Raimundi, dapiferi. Sig+num Raiambaldi de Baseia. Guillelmi Gaufredi de Cerviano. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Ollegari, arciepiscopus. Sig+num Berengarius, Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus. Sig+num Bernardi de Bellog. Signum+ Raimundi comes.[16]

1. *Manca*. 2. la *afegit a la interlínia* 3. s *afegida a la interlínia*. 4. Sancti Petri *repetit*. 5. habeas *al text*. 6. *Manca*. 7. *Manca el signe d'abreviació a la* p. 8. illam *afegit a la interlínia*. 9. Arsonensis *al text*. 10. n *afegida a la interlínia corregeix* r *expuntuada*. 11. et ipsam dominacionem et baiuliam quam

habeo in Petra Lata *afegit a la interlínia*. 12. a *corregeix* e. 13. et alia *afegit a la interlínia*. 14. in *repetit*. 15. *Segueix* Factum est translatum V kalendas aprilis, anno ab Incarnatione Domini M CC IIII *sense cancel·lar*. 16. C *acaba:* Petrus scriptor translatavit hoc testamentum in anno ab Incarnatione Dominice M CCº IIII, V kalendas aprilis, cum literis rasis et emendatis in VII et XXXI linea et suprascriptis in XXXVII et quadragesima prima +.

632

1130, juliol, 9

Donació. *Ramon Berenguer III, comte de Barcelona, dóna a la seu de Barcelona, en mans del bisbe Oleguer, la dècima de les lleudes i de les imposicions, la de totes les naus que surtin de la ciutat o hi arribin i la de la moneda que té pel bisbe i que es compromet a no infeudar.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del segon quart del segle XIII. ACB, *Libri Antiquitatum*, I, f. 191, núm. 516, ex *A*.

C Trasllat del 31 d'agost de 1240, ex. *B.* ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 5 (*olim* arm. 2 de Barcelona, sac A, núm. 639), 183 × 307 mm. Bon estat de conservació.

D Trasllat de la segona meitat del segle XIII, ex *C*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 5 dupl. (*olim* arm. 2 Barcelona, sac B, núm. 347), 169 × 273 mm. Bon estat de conservació.

a MAS, *Notes*, núm. 1404.

b MARTÍ BONET, *Oleguer,* doc. 101 (amb data de 1131).

Cit. SHIDELER, Els Montcada, p. 53.

In[1] nomine Domini et redemptoris nostri. Ego Raimundus, Dei gratia Barchinonensis comes et marchio Provincie, plena memoria et grato animo, dono Deo et sedi Barchinone sancte Crucis sancteque Eulalie et tibi domno Ollegario, Terrachonensi archiepiscopo et omnibus successoribus tuis, in perpetuum, pro remedio anime mee et parentum meorum, omnem decimam de cunctis leudis et usaticis quas ego habeo vel habere debeo, et filius meus habiturus est per nos, in Barchinona; et de omnibus navibus que ad Barchinonam veniunt vel inde exeunt vel transeunt habeat quippe eam ipsam sedis Barchinonensis et episcopus decimacionem in perpetuum, sine diminucione et blandimento ullius hominis vel femine; et decimam tocius mee monete que teneo per Barchinonensem episcopum, in tali pacto ut non possit eam dare in fevum, sed semper possideatur ab ipso Barchinonensi episcopo in perpetuum. Hanc itaque donacionem facio ego pro salute anime mee et parentum meorum. Si quis dirumpere temptaverit, disrumpat eum Deus a

regno suo donec ut sacrilegus emendet et michi reddat bonum meritum secundum bonam voluntatem meam.

Actum est hoc VII idus iulii, anno XXIII regni Leuici regis.

Signum+ Raimundi comes.[2]

Sig+num Eimerici Narbonensis. Sig+num Guillelmi Raimundi, dapiferi. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Bernardi de Bello Loco.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.[3]

1. *C comença:* Hoc est translatum sumptum fideliter a libro cartularii ecclesie Barchinone cuius series talis est. *D comença:* Hoc est translatum fideliter factum a quodam alio translato tenor cuius talis est. Hoc est translatum sumptum fideliter a libro cartularii ecclesie Barchinone cuius series talis est. 2. *Segueix* Signum+ Raimundi comes, *repetit*. 3. *C i D acaben:* Ego Bernardus, presbiter, subscribo et hoc sig+num facio. [Sig]+num Raimudi d·Ostalrich. (*Senyal*) Raimundi, presbiteri, qui hoc translatum fideliter scripsi. Sig(*senyal*)num Bernardi de Sancta Eulalia, presbiteri, qui hoc translatum cum originali, scilicet cum dicto libro cartulario, fideliter comprobavi et nichil plus vel minus in eo quam in dicto horiginali inveni. Sig+num Arnaldi de Pertichaci, presbiteri, Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii, Sig+num Romei de Sancto Cucuphate, notarii, Sig+num Pelegrini de Pausis, nos huius translati testes sumus. Sig+num Iacobi de Portu, publici Barchinone notarii, qui hoc translatum scribi fecit et clausit et cum dicto libro cartularii sedis Barchinone fideliter comprobavit II^{e} kalendas septembris, anno Domini millesimo CC^{o} quadragesimo. *Al trasllat* D *li manca la clausura.*

633

1130, agost, 19

Adveració. *Berenguer, bisbe de Girona, i Eimeric II, vescomte de Narbona, juren damunt l'altar de Santa Anastàsia de la catedral de Girona les disposicions testamentàries del difunt comte de Barcelona Ramon Berenguer III.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 27 d'agost de 1154. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 316 (*olim* arm. 30 Testaments reials, sac R, núm. 82), 500 × 390 mm. Bon estat de conservació, malgrat un estrip a la part superior esquerra.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 485.]

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XI, p. 423 (fragm.).

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 493.

c UDINA ABELLÓ, *Els testaments*, doc. 12.

d MARTÍ BONET, *Oleguer*, doc. 125 (amb data de 1136).

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 165. — BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 689. — ROVIRA I VIRGILI, *Història Nacional*, IV, p. 153. — MAS, *Notes*, XIII, p. 81. — KOSTO, *Making agreements*, pp. 245, 257.

S'acostuma a considerar l'any 1131 com l'any de la mort de Ramon Berenguer III. Vegeu els dos testaments de Ramon Berenguer III, documents 537 i 631.

Hec sunt condiciones sacramentorum quarum seriem ordinavi ego Berengarius, caput scole atque iudex, presente Berengario, Gerundensi episcopo, aliisque nobilibus viris, clericis, monachis sive laicis, scilicet Bernardo, Iherundensi sacrista, et Gauzfredo, Bisillunensi archilevita, et Arnallo Iohannis et Olivario et Petro Guilelmi, presbiteris eiusdem sedis, et abbate Rivipullensi Petro, eiusdem ecclesie priore Guilelmo necnon et vicecomite Narbonensi Aimerico et Guilelmo dapifero et Raiamballo. In huius igitur iudicis presencia et prefatorum hominum noticia nos testes, scilicet Berengarius episcopus et Aimericus de Narbona, testificamus extremam voluntatem domni Raimundi Berengarii, comitis Barchinonensis ac marchionis, qui obiit quondam. Quapropter nos, predicti testes, verum pariter dantes testimonium ab eo rogati et iussi iuramus super altare Sancte Anastasie, quod situm est in ecclesia Sancte Marie sedis Iherunde, quod nos vidimus et audivimus presentes quando prefatus Raimundus comes iacens apud Barchinonam in palacio suo detentus ab egritudine qua obiit, dum adhuc esset in sua plena memoria[1] ac loquela, ordinavit suam extremam voluntatem et ordinacionem suarum rerum per suum firmum testamentum. Per quod constituit ut essent sui helemosinarii[2] ac manumissores, scilicet domnus Ollegarius, Terrachonensis archiepiscopus, et Berengarius, Iherundensis episcopus, et Raimundus, Ausonensis episcopus, et Aimericus Narbonensis, et Guilelmus Raimundi dapifer et Berengarius de Cheralt et Gaucerandus de Pinos et Guilelmus de Cardona et Raimundus Bernardi de Guardia et Guilelmus Gauzfredi de Cerviano et Reiamballus de Basilia et Raimundus Renardi, quibus iniuncxit distribuere omnia que habebat per ordinacionem prefati testamenti, sicut ipse disposuit ita dicendo. Primum dimisit Sancte Marie Rivipollensis cenobii corpus suum ut ibi sepeliretur ubicumque eum mori contingeret, et dimisit ei villam de Isogol ab integro cum omnibus pertinenciis et affrontacionibus ac terminis suis, sine blandimento ullius hominis vel femine, cum omnibus adempramentis que ibi habuit vel habere ullo modo potuit unquam potestas, cum molendinis, molendinariis, aquis, aquarum vie ductibus vel reductibus, pratis, pascuis, silvis, garricis et cum omnibus que ad se pertinent, sive infra sive extra terminos eius contineantur, ut nec senioraticum neque baiuliam nec quiquam omnino aut servicii aut usatici vel ullius hereditatis quiquam ibi habeat ullus homo, nec bonum nec

malum, nisi Sancta Maria et monachi eius in perpetuum, secundum eorum voluntatem, ut semper offerant Deo sacrificia et libamenta pro anima sua et parentum suorum. Item dimisit eidem Sancte Marie dominicaturas suas de Septem Casis et de Lannars, cum suis omnibus pertinenciis et cum omnibus suis equabus, quas habebat ubicumque esset. Item dimisit sedi Sancte Crucis[3] Sancteque Eulalie omnem decimam navium barchinonensium ex suis directis et ad canonicum[4] ipsius sedis ipsas suas franchedas de Curtibus et ipsa molendina de Stadella, que habet Ricardus Guilelmi, pro remedio anime sue. Item dimisit eidem sedi omnem ipsum directum et voces et auctoritates quas querelabat in domibus quę fuerunt Raimundi Dalmacii[5] pro emendacione illius turris et muri quod addidit suo palacio. Item dimisit Sancto Petro Puellarum illam pariliatam quam Raimundus Poncii tenebat in pignus per eum pro L moabetinis et redimant illam Puelle. Cenobio Sancti Cucuphatis dimisit omnes suas franchedas quas habebat infra suum honorem pro emendacione ipsius tabule quam inde habuit et pro remedio anime sue, simul cum Monte Maiori[6] qui est super Callidas, sicut ille illum habebat et per directum habere debebat et in scripturis Sancti Cucuphatis terminatur et resonat. Cenobio Sancti Laurencii Montis unum de melioribus mansis quos habebat in Terracia. Sancte Maria Montis Serrati unum de melioribus mansis quos habebat in Apiera. Sancte Marie de Calidis unum de melioribus mansis quos ibi habebat, ut una lampas semper ibi ardeat pro anima eius. Sancto Michaeli de Fallio unum de melioribus mansis quos hab[e]bat[7] in Villa Maiore.[8] Sancto Sebastiano Penitensi unum de melioribus mansis quos hab[e]bat[9] in Avinione. Canonice Sancti Petri sedis Vici ipsum mansum quem Berengarius caput scole tenebat per laboracionem, ut prius restauretur ecclesia argentum quod inde habuit et postea habeat illum prefata canonica pro remedio anime sue. Sancto Petro de Castris Serris unum de melioribus mansis quos habebat in Franciag prope Villam Albini. Sancto Petro de Cervaria ipsum molendinum quod dicitur de Virgus et vineas quas habebat in Monellis. Sancto Petro de Archellis ipsum campum qui est ante ipsum locum prope viam que transit per transversum de Monte Pavoni. Sancto Benedicto de Badiis dimisit vineas quę erant in contentu in terminio Cervarie, in valle de Molnellis, et unum mansum in Monorisa[10] et vineas quę erant in contentu inter eum et ipsum locum. Sante Cecilię Montis Serrati unum mansum in Terracia. Dimisit etiam Sancte Marię sedis Gerunde omnes capellanias quas habebat

in episcopatu Gerundensi[11] solide et libere et ad ipsius canonicam ipsam ecclesiam de Buada cum decimis et primiciis et oblacionibus universis, tali modo ut cum victus in ipsa canonica quacumque occasione defecerit, prefate ecclesie fructus[12] de Buada habeant prefate sedis canonici[13] in victum comunem. Cum vero per Dei graciam in ipsa canonica victus more solito habundaverit, prefate ecclesie de Buada fructus omnes sint ad restauramentum ipsius ecclesie et altaris sancte Marię. Et Sancto Felici Gerunde et Sancte Marie sedis dimisit ipsam vineam que fuit Bernardi Raimundi sacriste. Cenobio Sancti Petri Gallicantus, ad operam ipsius ęcclesie dimisit terciam partem[14] gerundensis monete, ita ut predicti sui elemosinarii faciant eam mitere[15] in opera ipsius ęcclesie usque habeant ibi missos CC moabetinos.[16] Sancto Danieli Puellarum unum mansum in Calidis. Sancte Marie Amerensi unum mansum in Calidis, qui fuit de Artallo Vitalis. Sancto Michaeli de Crudiliis unum mansum in Palacio Frugelli. Sancto Felicis Gissalis unum mansum cum vineis que erant in contentu inter eum et illum. Sancto Salvatori de Breda illam terram totam quam Gauzfredus Boniffini dimisit eidem Sancto Salvatori cum vinea. Sancto Paulo de Maritima unum mansum in Monte Palacio. Sancto Paulo foris murum Barchinone unum mansum in Avinione. Sancto Petro Campi Rotundi dimisit campum ipsum quem tenet Guilelmus Udalardi cum consilio Rivipullensis abbatis et Guilelmi priori. Sancto Michaeli Coxanensi dimisit omnes albergas et toltas et forcias quas in honore eiusdem monasterii ubi[17] habuit cum uno de melioribus mansis quos habebat in Frumigera et villam de En cum omnibus pertinenciis suis, quam habet in pignus Raimundus Bernardi per DC solidos monete melgurensi. Et si ipse non recuperasset illam ante mortem suam, donet illi abbas Sancti Michaeli[s][18] DC solidos et habeat villam ad integrum, exceptus tamen ab hac laxacione Sancti Michaelis illud quod habebat in Arriano et in Centens. Sancte Marię Celsone dimisit medietatem decime de Menresana quam Raimundus Mironis de Pug Alt tenebat in pignus per [...][19] moabetinos, quam ipsi redimant tantum et habeant illam cum vinea quam clericus Cervarie dimisit eidem loco. Sancto Martino de Canigone unum mansum in Corneliano. Sancte Marie Bisulduni unum mansum in Moione. Sancto Petro Bisulduni unum mansum in Moione. Sancto Michaeli Fluviani unum mansum in Palacio Frugelli propter violacionem quam fecit in eius sacraria. Sancto Petro Rodensi duos mansos in Palacio Frugelli pro emendacione mali quod ei fecit et ut ce-

lebrent missas cotidie pro anima eius. Ad Sanctam Mariam de Stagno dimisit, cum consilio domni Raimundi, Ausonensis episcopi, ipsam capellaniam de Modeiano cum omnibus alodiis eidem ęcclesie Sancte Marie pertinentibus, tali condicione ut ipsa congregacione de Stagno addatur unus regularis canonicus qui semper Deo missas pro anima eius. Sancto Stephano de Balneolis totum quod est comitale et quod habebat ad integrum in villa Savarres. Ad Sanctum Laurencium super Bisulluni[20] omnes albergas et toltas et forcias quas habebat in eius honore dimisit et unum de melioribus mansis in Pratis. Cenobio Sancti Iohannis totum meliorem mansum de Pratis. Sancte Marię Ville Bertrandi unum mansum in Palacio Frugelli. Sancte Marię Arulaix albergas quas habebat in eius honore de Plano de Curtis. Sancte Marię de Corneliano unum mansum in Corneliano. Ad Sanctum Sepulcrum Domini unum de melioribus mansis in Lagostera. Ad Cavalleriam Iherusalem equum suum Danc cum omni armatura sua. Ad Ospitalem Iherusalem dimisit unum mansum in Villa Maiore iuxta alium quem dedit ei, et equum suum nigrum quem redimat filius eius Raimundus mille solidos. Dimisit eciam Deo omnes leudas et malos usaticos quos noviter misit in civitatibus suis. Omnem alium suum[21] honorem dimisit Raimundo Berengarii[22] filio suo, id est Barchinonam et comitatum Barchinonensem cum omnibus sibi pertinentibus et cum omni honore Marchiarum et Hispaniarum et episcopatum predicte civitatis, et comitatum Terrachonensem et archiepiscopatum eius cum omnibus sibi pertinentibus, et castrum de Stopagnano et de Podio Rubeo et de Castris Serris et de Pinzano et de Camarasa et de Cubells et castrum de Barberano et alia castella et omnia alia que pertinent ad ista supradicta et quod avus suus Raimundus Berengarii reliquid sibi in Cardona et in Guardia Lada in suo testamento, et comitatum Ausonensem et episcopatum eius cum omnibus sibi pertinentibus, et comitatum Minorise cum omnibus sibi pertinentibus, et castrum Cervarie cum omnibus sibi pertinentibus, et comitatum et episcopatum Gerundensem cum omnibus sibi pertinentibus, et ipsam dominacionem et baiulacionem quam habebat in Petra Lata. Et comitatum Bisullunensem, Vallespirensem, Foliolitensem, Petrapertusensem cum omnibus sibi pertinentibus. Et comitatum Cerritaniensem et Confluetensem, Berchitanensem cum omnibus sibi pertinentibus, et Castel Follit de Rivo Meritabili et Ferran et Mala Cara cum omnibus sibi pertinentibus. Et comitatum Carcasonensem et episcopatum cum omnibus sibi pertinentibus. Et comitatum Redensem

cum omnibus sibi pertinentibus. Berengario Raimundi filio suo dimisit omnem suum honorem Provincie et comitatum et archiepiscopatus[23] et episcopatus[24] et abbacias et omnia que ibi habere debebat et illum quem habebat in Rotenensi patria et in Gavallano et in Cartalateso cum civitatibus et archiepiscopatibus et episcopatibus et castellis et omnibus ad predictas honores pertinentibus, ita ut ipse honorifice maritet[25] sorores suas cum consilio archiepiscoporum et episcoporum et magnatuum[26] Provincię. Si autem evenerit alterum horum obire sine filiis de legitimo coniugio, revertantur predicta omnia ad illum qui superstes extiterit. Omnes honores suos, sicut superius testatus est, dimisit filiis suis, exceptis illis quos sanctis Dei dimisit. Et dimisit Sancto Petro de Roma et domino pape C moabetinos et ad Sanctam Mariam de Podio L et ad Sanctum Iacobum de Gallicia L. Et mandavit ut sui elemosinarii[27] teneant medietatem de dominicaturis et usaticis suis donec persolverent omnia ista debita et alia que hic scripta non sunt, et induant CCC pauperes de tunicis. Si filii eius dederint vel vendiderint aliquit de honoribus a se sibi dimissis, usque habeant XXV annos non valeat. Et dimisit filios suos in potestate Dei et sancte Dei genitricis Marię et baiulia beati Petri apostolorum principis et domini pape seu omnium archiepiscoporum et episcoporum ac magnatuum[28] tocius sue donacionis ac terre qui iuste et fideliter voluerint agere erga se et filios suos. Si filie eius ipsa de Castella et illa de Fuxo reverse fuerint in terra eius, filius suus Raimundus Berengarii cum consilio magnatu[u] m[29] suorum maritet eas honorifice cum suo honore et suo avere et interim ipsa de Castella stet in Lagostera et ipsa de Fuxo in Ripis. Et Berengarius Raimundi de Provincia faciat similiter de aliis. Si Raimundus Berengarii et Berengarius Raimundi filii eius obierint sine filiis de legitimo coniugio, remaneat[30] omnis honor quem relinquit filio Raimundo ad filiam suam de Castella et ad filios eius. Et omnis honor quem relinquid Berengario Raimundi filio suo remaneat[31] aliis filiabus eius. Adhuc dimitit Sancte Marię de Crassa pro emendacione de suo avere quod habuit ipsam albergam de Pediano quousque Raimundus filius eius donet ei in pace ipsam albergam de Astagell et tam ibi quam in aliis sanctis locis a se heredatis[32] omni tempore dum exorent pro anima eius habitantes in eis.

Fuit factum prescriptum testamentum VIII idus iulii, anno XXIII regnante rege Ludovico.

Firmatum fuit a supradicto conditore Raimundo nomine suo propria manu[33] conscripto et a reliquis firmatoribus,[34] scilicet[35] filio eius Raimundo comite et Aimerico de Narbona et Guilelmo Raimundi dapifero et Raiamballo de Basilia et Guilelmo Gauzfredi de Cirviano et Raimundo Renardi et Ollegario archiepiscopo ac Berengario, Dei gratia Gerundensis ęcclesie episcopo, atque Bernardo de Bello Loco. Scriptor Udalgerius monachus. Nos supradicti testes testificamur et iuramus per Deum quia sicut[36] superius scriptum est, ita a supra nominato testatore Raimundo comite ordinatum est et firmatum, nobis videntibus et audientibus, per extremam voluntatem suarum rerum.

Late condiciones XIIII kalendas septembris, anno XXIII regni Ludovici regis, infra primos sex menses post obitum prescripti testatoris.

Berengarius, Dei gratia Gerundensis ęcclesię episcopus, sig+num Aimerici de Narbona, qui supradictum testimonium[37] dedimus et iurando firmavimus.

Petrus abbas Rivipullensis +. Raimundis Balneolensis abbas +. + Bernardus abbas. Sig+num Guilelmi prioris Rivipullentis. Sig+num Guilelmi Gaucfredi de Cirviano. + Ista superscripta Bernardus firmo sacrista. Helias monachus +. Ermengaudus monachus. Sig+num Guilelmi Raimundi dapiferi. Hoc primicherius firmavit nomine Petrus +. Gaucefredus levita. + Petrus Arnalli presbiter, quod scripto resonat, signis *(senyal)* Guilelmus adornat. Berengarius, caput scole atque iudex. + Raimundis de Olivis levita.

Udalgerius monachus, qui has condiciones rogatus scripsit die annoque prefixo *(senyal)*.

Ermengaudus sacer et monachus, qui hoc transtulit, cum litteris rasis et emendatis in linea XX^{a} II^{a} et in XX^{a} IIII^{a} vel in L^{a} IIII^{a}, sub die VI kalendas semptembris, anno XVIII regnante Ludovico rege iunioris.

1. o *afegida a la interlínia*. 2. o *afegida a la interlínia*. 3. Crucis *expressat al text per mitjà d'una creu*. 4. *En lloc de* canonicam. 5. *La segona* a *afegida a la interlínia*. 6. a *afegida a la interlínia; la segona* i *corregeix* e. 7. *Manca*. 8. a *afegida a la interlínia*. 9. *Manca*. 10. *En lloc de* Minorisa. 11. i *corregeix* e. 12. fructus *escrit a sobre d'una raspadura*. 13. canonicii *al text*. 14. partem *afegit a la interlínia*. 15. mitere *escrit a sobre d'una raspadura*. 16. *La primera* o *afegida a la interlínia*. 17. ubi *repetit*. 18. *Manca*. 19. *Espai de dues lletres, aproximadament, il·legible a causa de l'estrip del pergamí*. 20. *La darrera* i *afegida a la interlínia*. 21. s *corregeix* a. 22. *La segona* i *corregeix* o. 23. *En lloc d'*archiepiscopatum. 24. *En lloc d'*episcopatum. 25. a *afegida a la interlínia*. 26. a *afegida a la interlínia*. 27. o *afegida a la interlínia*. 28. a *afegida a la interlínia*. 29. *Manca; la primera* a *afegida a la interlínia*. 30. *La primera* a *afegida a la interlínia*. 31. *La primera*

a *afegida a la interlínia.* 32. h *afegida a la interlínia*. 33. a *afegida a la interlínia*. 34. a *afegida a la interlínia*. 35. scilicet *escrit a sobre d'una raspadura.* 36. sicut *afegit a la interlínia*. 37. o *afegida a la interlínia*.

634

1130, novembre, 18

Convinença. *Bernat Amat, vescomte de Cardona, la seva esposa Almodis i els seus fills Guillem i Ramon Folc encomanen a Deudat, parent i home seu, els castells de Tamarit, Cubelles, Montbui, Terrassa i Rubí i la nova fortalesa construïda al costat de l'església de Sant Miquel de Cardona, amb la condició que Deudat els donarà la potestat dels castells sempre que li demanin. A canvi, li cedeixen diversos drets i rendes sobre aquests castells i d'altres, que en gran part havien estat les honors d'un altre Deudat, difunt.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 1 (*olim* arm. 4 Girona, sac H, núm. 462), 215 × 304 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

Cit. BISSON, *L'impuls,* p. 50.

Hec est conveniencia quę est facta inter Bernardum Amati vicechomitem et uxorem suam vicechomitissam Adalmus et filios suos Guillelmum de Cardona et Raimundum Fulchonem et Deusde, consaguineum et homine eorum. In hac scilicet conveniencia nos, prescripti Bernardus vicechomes et uxor mea Adalmus et filii mei Guillelmus atque Raimundus, simul comendamus tibi prescripto Deusde chastrum de Tamarit et chastrum de Chubeles et chastrum de Muntbi et chastrum de Terracia et chastrum de Rivo Rubeo et fortitudinem noviter constructam iuxta ecclesiam Sancti Michahelis de Cardona, tali videlicet conveniencia quod tu Deusde dones nobis potestatem predictorum chastrorum per quantas vices nos prescripti a te quesierimus, irati et paccati, per nos aut per nostrum nuncium. Et damus tibi prescripto Deusde nos, prescripti Bernardus vicechomes et Adalmus vicechomitissa et Guillelmus atque Raimundus, omnes milites prescriptorum onorum, cum omnibus fevis prescriptorum onorum et cum omnibus que nos in eis habemus et habere debemus; excepto quod si iste miles quem nos tibi damus cum chomendacione predicti fortitudinis de Cardona obierit sine infante de legitimo coniugio, illut fevum tecum Deusde dividamus per medium aut nobiscum militem in ipso onore mitas et munus quod inde exierit per medium habea-

mus. Iterum damus tibi prescripto Deusde medietatem de omnibus dominichaturis et eximentis de Tamarit. Et damus tibi tres partes omnium onorum de Chubeles et de Muntbi et de Terracia et de Rivo Rubeo et retinemus quartam partem prescriptorum onorum ad nostram dominichaturam. Et donamus tibi per unumquemque annum in sale Cardonę C^{m} solidos barchinonensis monetę, quod tu aut aliquis pro te, tuo precepto, recipias aut recipiat, quinquaginta solidos annuatim in Adventu Domini et alios quinquaginta in mense madii. Nos vero prescripti Bernardus vicechomes et Adalmus et Guillelmus atque Raimundus laudamus et definimus tibi prescripto Deusde duas partes de castro Clari Montis ad tuum proprium et franchum alaudem. Et ego Deusde laudo et definio vobis prescriptis duobus Guillelmo de Cardona et Raimundo Fulchoni terciam partem predicti castri Clari Montis ad vestrum proprium et franchum alaudem. Iterum nos prescripti Bernardus vicechomes et Adalmus et Guillelmus atque Raimundus laudamus et definimus tibi prescripto Deusde medietatem castri Orpi et medietatem castri Monte Olivo et medietatem castri de Expadis et medietatem de omnibus alodiis que habuit Deusde ubique, ad tuum proprium et franchum alaudem. Et ego prescriptus Deusde similiter laudo et definio vobis prescriptis aliam medietatem predicti castri Orpi et castri Monte Olivo et castri de Expadis et de omnibus aliis alodiis. Nos quoque prescripti Bernardus vicechomes et Adalmus et Guillelmus atque Raimundus comendamus tibi prescripto Deusde nostram terciam partem predicti castri Clari Montis et medietatem nostram de predictis aliis castellis qui fuerunt Deusde condam. Et damus tibi prescripto Deusde hoc totum quod nos habemus in militibus predictorum castrorum et in fevis eorum et in omni onore alodiorum, excepto quartam partem quam nos retinemus ad nostram dominichaturam. Si nos donatores aut tu Deusde, adquisidor, aliquam melioracionem vel augmentum noviter feceris aut fecerimus, excepto isto quod nos tibi dedimus et quod nobis retinuimus, nos habeamus medietatem et tu aliam. Et si necesse fuerit ibi avere, per medium persolvamus. Propter hec omnia que vos prescripti Bernardus vicechomes et Adalmus et Guillelmus atque Raimundus tibi prescripto Deusde donastis et donatis et comendatis, convenio vobis prescriptis quod sim vester homo solidus, sicut homo debet esse de suo meliori seniori; et quod faciam vobis curtes et placitos et sequimentos et cavalchadas cum meis hominibus et faciam vobis hostes cum militibus quos per vos teneo; et adiuvem vos tenere et defendere et guerregiare

omnem vestrum onorem quem modo habetis et deincebs[1] meo consilio adquisieritis contra cunctos homines et feminas, per fidem, sine engan.[2] Si autem nos donatores sine masculis aut masculo infante mortui fuerimus, tibi prescripto Deusde omnem nostrum onorem istum et alium absolute remaneat; et si fil[i]ę[3] nostrę ibi fuerint, dones eis congruentes maritos. Et si ego Deusde mortuus fuero sine infante masculo, omnem meum onorem vobis prescriptis dimito et filię aut filiis maritos congruentes tribuatis.

Actum est hoc XIIII kalendas decembris, anno XXº IIIº regnante Lodoicho rege.

Bernardus* vicecomes +, Sig+num Adalmus* vicechomitissa, Sig+num Guillelmi de Cardona, Sig+num Raimundi Fulchonis, Sig+num Deusde, nos qui hanc convenienciam fecimus et firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Berengarii Bernardi. Sig+num Olivarii de Petra. Sig+num Berengarii de Clarimonte. Sig+num Raimundi Guillelmi de Odena. Sig+num Guillelmi Guillelmi de Rivo Rubeo. Sig+num Geralli Bernardi.

1. b *corregeix* p. 2. per fidem, sine engan *afegit a la interlínia*. 3. *Manca*.

635

1130, novembre, 24

Jurament de fidelitat. *Guillem, vescomte de Berga, fill de la difunta comtessa Guilla, jura fidelitat a Hug de Mataplana, fill d'Adelaida.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 2 (*olim* arm. 10 Manresa, sac A, núm. 215), 188 × 138 mm. Bon estat de conservació.

Iuro ego Guillelmus vicecomes de Berguitano, filius qui fui Guile vicecomitisa, ad te Ugo de Mataplana, filio Adaledis,[1] ut de ista hora in antea amicicias te tenré per directa fide, sine tuo enganno, et non te dezebré de tua vita neque de tua membra qui in corpus tuum se tenet. Et adiutor te seré a tener et ad aver et a defendre contra cunctos homines sive feminas qui te tollant aut tollere voluerint ipsum fevum et ipsum alaudem et ipsas baiulias et ipsa honore, que pater tuus dimisit tibi in suum testamentum, et ipsa honore que hodie habeas vel in antea que per meum consilium acaptaras. Et ego Guillelmus vicecomes suprascriptus non te'n tolré, nec homo nec feminas per meum consilium neque per meum ingenium. Sicut suprascriptum est, si t'o tenré per directa

fide, sine tuo enganno, per Deum et hec sancta, nisi quantum tu me solveris tuo gradienti animo, sine forcia.

Actum est hoc VIIII kalendas decembris, anno XXIII regnante Ludovico rege.

Et fuit factum istum in presencia de domnus Gauceran de Pinos et de Petrus de Malan, et de Arnallus de Saga et Bernad de Aragal, et de Petrus de Liged et Guillelmus de Avira, et de Bere[n]gar[i]us[2] arcediaconus et de alarum[3] bonorum hominum qui ibidem aderant.

1. i *corregeix* e. 2. *Manquen*. 3. *En lloc d'*aliorum.

636

[1097-1130]

Jurament de fidelitat. *Guerau Alemany III de Cervelló, fill de Ponça, jura fidelitat al comte Ramon Berenguer III de Barcelona, especialment pels castells de Montagut, Pinyana, Pontils, Copons, Veciana, Montfalcó i Talladell.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 21 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac E, núm. 351), 160 × 260 mm. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, I, f. 306.]

a MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 292.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* pp. 222, 226.

Datem pels anys del regiment de Ramon Berenguer III.

Iuro ego Gerallus, filius qui sum Poncie femine, tibi seniori meo domno Raimundo comiti, filius qui fuisti Magaltis comittisse, quod ab hac hora et deincebs fidelis ero tibi sine fraude et malo ingenio et sine ulla decepcione, sicut homo debet ęssę fidelis ad seniorem suum cui manibus se comendat. Et ego predictus Gerallus non dezebrei te prescriptum Raimundum, seniorem meum, de tua vita neque de tuis membris que in corpus tuum se tenent; neque de omni terrestri honore neque de ipsa civitate que dicunt Barchinona neque de ipso comittatu quem dicunt Barchinonensem neque de ipso episcopatu Sancte Crucis et Sancte Eulalie, cum suis terminis et pertinenciis omnibus, neque de ipsos chastros aut castellos, rochas aut puios, condirectos aut discondirectos, qui in predicto comittatu vel episcopatu sunt vel erunt, neque de ipsas abbacias, cum illorum termines et pertinenciis omnibus, que in predicto comittatu vel episcopatu sunt vel erunt. Neque de ipso

kastro quod dicunt Olerdola neque de ipso comittatu quod dicunt Penitensem neque[1] de ipsos chastros aut chastellos, rochas aut podios, condirectos vel discondirectos,[2] qui in predicto comitatu sunt aut erunt. Neque de ipsa civitate que dicitur Minorisa neque de ipso comittatu quod dicitur Ausona neque de ipso episcopatu Sancti Petri Vicho neque de ipsos chastros aut chastellos, rochas aut puios, condirectos vel discondirectos, qui in predicto chomittatu vel episcopatu sunt aut erunt. Neque de ipsa civitate quam dicunt Gerunda neque de ipso episcopatu Sancte Marie neque de ipso chastro de Gerundella neque de ipsos chastros aut chastellos, rochas aut pudios, condirectos vel discondirectos, qui in predicto chomittatu vel episcopatu sunt aut erunt neque de ipsis abbaciis, cum illarum terminis et pertinenciis omnibus, qui in predictis comittatibus vel episcopatibus sunt aut erunt, neque de ipsos chastros aut chastellos, alodios aut fevos, terras et honores, quas tu habes prescripte comes hodie et in antea acaptaras dante Deo. Neque de ipsas parias de Ispania quas hodie habes et convente sunt tibi aud dare aut adhuc adquisiturus es Deo annuente. Et ego predictus Gerallus predicta omnia no la·t tolrei ne te'n tolrei, nec ego nec homo vel femina per meum consilium neque per meum ingenium. Set adiutor ero tibi aut[3] tenere et ad abere et ad defendere iamdicta omnia contra cunctos homines vel hominem, feminas vel feminam, qui iamdicta omnia tulerint tibi aut aliquid de iamdictis omnibus vel inde tollere[4] voluerint tibi. Et hoc adiutorium, sine tuo engan, lo farei et commonis[5] no me devedarei et ipse nuncius qui me inde commonuerit reguardum non abebit ibi. Et ego predictus Gerallus non dezebrei te predictum Reimundum, seniorem meum, de ipso chastro de Monte Achuti[6] neque de ipso de Pinnana neque de ipso de Pontills[7] quamdiu eum habuero, set potestativum inde farei te per quantas vices ipsos chastros yamdictos requisieritis ad me per vos aut per vestros missos vel missum; et commonir no me'n devedarei. Et hoc totum, sine engan, sicut superius scriptum est de iamdictis castellis,[8] ego iamdictus Gerallus tibi, predicte senior meus, sic[9] attendam de castello de Copons et de Viciana et de Mont Falchon et de Taiadel.

1. *Segueix* de ipsos, *ratllat*. 2. *Entre* di *i* re, *espai de dues lletres, raspat*. 3. *En lloc d'*ad. 4. tolleret *al text*. 5. *En lloc de* commonir. 6. *Segueix un espai d'aproximadament quinze lletres, raspat*. 7. *Segueix un espai d'aproximadament set lletres, raspat*. 8. de iam dictis castellis *afegit a la interlínia*. 9. sic *afegit a la interlínia*.

NOGUERA

637

[1108-1130]

Jurament de fidelitat. *Bernat Ató I, vescomte de Carcassona i Besiers, fill d'Ermengarda, jura fidelitat a Eimeric II, vescomte de Narbona, fill de la comtessa Mafalda, contra els comtes de Barcelona, Tolosa, Roerga, Usés i Sant Gil.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3144 (*olim* arm. 7 Concòrdies reials, sac Sant Agustí, núm. 97), 135 × 155 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Datem entre la mort de Mafalda i la de Bernat Ató I.

Ego Bernardus Atoni, filius qui fui Ermengardis femine, iuro tibi Aimerico Narbone, filio qui fuisti Maheltis comitisse, quod ab hac hora in antea fidele adiutor ero tibi de comite Barchinonensis et de comite Tolosane et de comite Rotonensis et de comite Udenensis et Sancti Egidii et de omnibus aliis hominibus, exceptis archiepiscopi Narbone et de meis hominibus. Et de toto tuo honore quem nunc habes et tenes et homines tenent de te et in antea habueris cum meo consilio, similiter ero tibi fidele adiutor. Et si aliquis predictorum comitorum veniebant tibi amparare vel tollere aliquid de Narbona, fidele adiutor tibi ero per fidem, sine inganno. Et si aliquis de meis hominibus faciebant adversum te aliquid malum, ego abuissem eos tibi ad directum sine inganno. Et sicut in ista carta scriptum est, si t'o atendrei et t'o atendrei[1] sine inganno infra primos XL dies quod tu me comonueris.

1. atendrei *corregeix* atendam.

638

[1117-1130]

Formulari de jurament de fidelitat. *Fórmula de jurament de fidelitat amb la intitulació de Ramon Berenguer III.*

A [Original no localitzat. Abans a ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari núm. 2401.]

a TRENCHS, *La escribanía*, p. 36.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, pp. 257, 291.

Datem pels anys del regiment de Ramon Berenguer III com a comte de Cerdanya. Editem la transcripció de J. Trenchcs.

Iuro ego […],[1] fili[2] qui fui […][3] femine, tibi Raimundo, Barchinonensi comiti et marchioni, Bisullunensi atque Cerritanensi,

filio Maaltis femine, et illi tuo filio qui tuum honorem verbis vel testamento dimisseris, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla decepcioni, per fidem rectam, sine engan, quod de ista ora et deinceps non dicipiam[4] te prephatum comitem nec tuum filium tali tuum honorem dimisseris, sic fidelis ero tibi de tua vida et de membris que tuo corpori sunt iuncta et de tuis castris aut castellis, rochis vel podiis, condirectis vel heremis, terra et honore, alodis vel fevis,[5] que hodie habes vel habere debes vel in antea cum meo consilio adquisieris; et non tollam eas tibi neque inde tollam neque te […][6] nec tibi vetent nec tibi contendam ego iamdictus […],[7] nec homo vel homine, femina[8] vel feminae, per meum consilium nec per meum ingenium vel assensum. Et ero tibi adiutor ad tenendum et habendum et defendendum contra omnes homines vel feminas, per rectam fidem, sine tuo engan.

1. *Espai en blanc reservat per a posar-hi un nom.* 2. *Sic.* 3. *Espai en blanc reservat per a posar-hi un nom.* 4. decipram a. 5. feius a. 6. *Espai segurament il·legible, anotat per J. Trenchs com* (...). 7. *Espai en blanc reservat per a posar-hi un nom.* 8. mea a.

639

[després de 1130]

Carta. *Carta adreçada a l'arquebisbe de Tarragona.*

ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3445, 90 × 188 mm. Estat de conservació regular, amb un estrip al marge superior que afecta les tres primeres línies.

Datem després de la implantació de l'orde del Temple al comtat de Barcelona.

Terraconensis Archiepiscopus, salutem. Ideo permitente Domino past[...]ti[1] ut quod patres nostri in sanctis canonibus statuerunt conservare per[...]nte[2] Domino laboremus; et religiosos viros contra statuta sanctorum gra[vare] nullatenus permitamus, sane religiosis viri sunt diligendi nec de laboribus suis dare decimas compellendi. Quocirca in presencia tibi scripta mandamus quam fratribus dominici Templi, de novalibus que propriis manibus aut sumptibus excolent, parrachianos tuos clericos vel laicos aufferre decimas non permitas. Si quis autem contra hoc facere forte presumserit, canonicam de ipso iusticiam facias.

1. *Espai de 40 mm, trencat.* 2. *Espai de 35 mm, trencat.*

FUNDACIÓ NOGUERA

640

1131, gener, 10

Donació. *Els esposos Guillem i Arsenda donen a l'orde del Temple tot el seu alou, format pels masos Tortas i Lobera, a Vilamajor, amb la condició que ells i els seus descendents retindran aquests masos a canvi del pagament de la tasca i d'un parell de gallines.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 7 de desembre de 1201. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 8, 111 × 315 mm. Bon estat de conservació malgrat la presència d'algunes taques d'humitat a la part dreta del pergamí.

In[1] Dei eterni. Ego Guillelmus Raimundi et coniux mea Arssendis femina donatores sumus domino Deo et suo Templo de Iherusalem et ad ipsa sua chavaleria omnem nostrum alodium quod hodie abemus et habere debemus in totisque locis, cum omnia in se abente, propter Deum et remedium anime nostre. Advenit nobis per vocem genitoribus nostris et per comp[a]racione[2] sive per decimum et per aliis quibusque vocibus. Est in comitatu Barchinona, in parroechia Sancti Petri Villa Maiori, in loco vocitatu ipso manso de ipsas Tortas et ipsum de ipsa Lobera, cum illorum tenedones vel pertinenciis, sicut nos habemus et tenemus, ad nostrum proprium francium. Sub eo modo ut nos, prefati donators, abeamus et teneamus et possideamus, et nostra posterita, in perpetuum, et donemus domino Deo et ad ipsa cavaleria iamdicta omnem tempus ipsam tascham de fructibus quem Deus dederit et parilio I de galinas per unum annum, nobis prefatis et successoribus nostris usque in finem seculi, de pane[3] et vino. Que vero hec prefata donatione de nostro potestate in potestate domino Deo sicut superius est scriptum. Et est manifestum. Si quis hanc donacione disrrumpere temptaverit, nullatenus valeat, sed hec omnia in IIII^{or} duplo componat et cum Iuda traditore particebs fiat in inferno. Insuper hec carta donatione firma persistat in secula.

Que est acta IIII^{o} idus ianuarii, anno a nativitate Domini C XXXI post millesimum.

Sig+num Guillelmi Raimundi, Sig+num Arssendis femina, qui ista carta donacionis fecimus et firmamus cum omni gaudio et testes firmarique rogamus.

Sig+num Petri Guillelmi. Sig+num Bernardi Guillelmi. Sig+num Arnallus Raimundi.

Arnallus laicus, qui hec scripsit sub *(senyal)* die et anno quod supra.[4]

1. B *comença*: Hoc est translatum fideliter translatatum. 2. *Manca*. 3. pa *encabit a la línia*. 4. B *acaba:* Raimundus, sacerdos, qui istum translatum fideliter scripsit VII idus decembris, anno Domini MCCI die et anno (*senyal*) quod supra.

641

[després de 1131], gener, 20

Convinença. *Bernat de Talamanca, la seva esposa Dolça i els seus fills i Ermessenda, senyora de Sala, posen sota la batllia de l'orde del Temple tot el que tenen a Sant Esteve de Vila-setrú, Manlleu i Sant Martí Sescorts, a canvi del pagament d'un cens anual.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3200a. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Estat de conservació deficient a causa de la mutilació de la part dreta del pergamí i d'un estrip a la part esquerra.

Datem amb posterioritat a la introducció de l'orde del Temple a Catalunya. A continuació d'aquest document n'hi ha un altre de copiat. Vegeu el document núm. 642.

Sit notum cunctis presentibus et futuris quod ego Bernardus de [Talamancha et uxor mea] Dulcie et fili nostri, et ego Ermessendis, domina de Sala, et filia mea [...],[1] bono animo et spontanea voluntate omnem nostrum honorem quod odie [...][2] nos habemus in parrochia Sancti Stephani Ville Setrudis et in parro[chia de ...][3] Meslei et in parrochia Sancti Martini de Cutis mittimus in gar[da et in defensio]ne Milicie Templum Iherosolimis. Et ego iamdictus Bernardus [et uxor mea equa]liter totum illum nostrum honorem quod habemus in parrochia Sancti Petri de Salisf[oris m]ittimus in garda et in defensione iamdicte M[ilitie. Et mittimus in de]nfensione totum nostrum alodium et honorem [quod habemus in cunctis] supradictis parroechiis ubique sit [...][4] cunctos alios homines ut nos supradictis et qui [...][5] nos inde faciamus nos annuatim censum. Ego iamdictus Bern[ardus de] frumenti quod habeat in manso Iohanne de Riera in mense media [quarteria] dicta domina et cuncte proienie mee similiter donemus media quar[teria pro man]so de Rabinads, in mense augusto annuatim pro censum omni tempore. [Et …][6] mittimus in garda et in defensione iamdicte Mili[tie …][7] unquam aliquam non requirat nisi predictum censum. Si [quis disrumperit] non valeat, sed in duplo componat.

Actum est hoc XII[I kalendas februarii, anno ...].

Sig+num Bernardi de Talamanca, Signum [...][8] Berengarii, Sig+num Arnalli filii, Sig+num [...][9] Guila, Sig+num Ermesendi, Sig+num Ber[...][10] Arnalli, Sig+num Raimundi, filii eius, qui hoc fecim[us ...][11] et defensionem omni tempore.

Sig+num Guillelmi de Cer[...],[12] Sig+num Berengarii de Serra, qui hoc laudamus et firm[amus. Petri de Sancti] Ipoliti. Sig+num Arberti de Salisforas. […][13] *(senyal)*.

Guillelmus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo *(senyal)* supra.

1. *Espai d'aproximadament deu lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergamí.* 2. *Espai d'aproximadament deu lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergamí.* 3. *Espai d'aproximadament deu lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergamí.* 4. *Espai d'aproximadament deu lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret i de l'estrip del marge esquerre.* 5. *Espai d'aproximadament set lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret i de l'estrip del marge esquerre.* 6. *Espai d'aproximadament sis lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergamí.* 7. *Espai d'aproximadament sis lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergamí.* 8. *Espai d'aproximadament deu lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergamí.* 9. *Espai d'aproximadament deu lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergamí.* 10. *Espai d'aproximadament deu lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergamí.* 11. *Espai d'aproximadament deu lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergamí.* 12. *Espai d'aproximadament deu lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret del pergamí.* 13. *Espai d'aproximadament set lletres, il·legible.*

642

[Després de 1131], gener, 20

Convinença. *Bernat de Talamanca i la seva esposa Dolça i Pere de Sant Hipòlit, la seva muller i els seus fills posen sota la batllia de l'orde del Temple el mas que tenen a Avinyó a canvi d'un cens anual d'un parell de capons*.

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3200b, 235 × 125 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Estat de conservació deficient a causa de la mutilació de la part dreta del pergamí i d'un estrip a la part esquerra.

Datem amb posterioritat a la introducció de l'orde del Temple a Catalunya. Aquest document està copiat a continuació d'un altre. Vegeu el document núm. 641.

Notum sit cunctis quod ego Bernardus de Talamancha et uxori meę Du[lcie et Petri de] Sancti Ipoliti et uxori mee et filii nostri mittimus in garda et in def[ensione Militie Templi] nostrum mansum quod habemus in parrochia Sancti Iohannis de Avinion

et [in ...][1] gardiola Milicie Templi Iherosolimis, qui est nostrum alodium francum [...][2] defendant omni tempore contra cunctos homines ut inde donemus [...][3] par unum caponum pro censum annuatim omni tempore in festa de Om[nium Sanctorum. Et] aliqua non requiram in predictum mansum nisi predictum c[ensum. Si quis disrumperit] in duplo componat.

Actum est hoc XIII kalendas februarii anno [...].[4]

[Sig+num] Petri Sancti Ipoliti, Sig+num Guillelma,[5] uxoris eius, S[ig+num ...][6] Berengarii, filii eius. Sig+num Bernardi[7] de Talam[ancha, Sig+num Dulcie uxoris] eius, Sig+num Berengarii, Sig+num Arnalli, fili[i eius, …][8] garda et defensionem omni tempore. Sig+num Guisl[a...].[9] Sig+num Berengarii de Riera.

Guillelmus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo *(senyal)* supra.

1. *Espai d'aproximadament quinze lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret.* 2. *Espai d'aproximadament quinze lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret.* 3. *Espai d'aproximadament quinze lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret.* 4. *Espai d'aproximadament quinze lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret.* 5. a *afegida a la interlínia.* 6. *Espai d'aproximadament quinze lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret.* 7. *Entre* n *i* a, g *expuntuada.* 8. *Espai d'aproximadament quinze lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret.* 9. *Espai d'aproximadament quinze lletres, il·legible a causa de la mutilació del marge dret.*

643

1131, maig, 26

Empenyorament. *Pere de Montpaó empenyora als esposos Arquimbau i Guilla un farraginar situat a Cervera, davant de la població, per raó d'un deute de quatre morabatins d'or que els ha de tornar, al cap de tres anys, per la festa de Santa Maria d'Agost.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 3, 63 × 400 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 575.

In nomine Domini. Ego Pere de Montpao inpignorator sum vobis Archimball et Guila uxor tua. Per hanc scriptura inpignoratione mea sic inpignoro[1] vobis ipso meo ferragenall que abeo in Cervera, ante eius[2] villa, qui michi advenit per vocem parentorum meorum. Abet affrontaciones prenominato ferragenall de oriente in orto de Cartemps, de meridie in reger qui venit ad orts, de occiduo in orto qui fuit de Ervig, de circi in reger Maior. Quantum infra

istas affrontaciones includunt, sic inpignoro vobis prenominato ferragenal per IIII morabatinos in auro, directis de ista festa Sancte Marie agost prima veniente ad tres annos. Et si ad camp de tres anns ipsos, levads esplets, ego Pere non abeo redemuta predicta pignora, que ad in antea tantum teneatis vos et vestris usque ego o meis redimat o redimant meis ista pignora, ipsos esplets levads. Qui ista carta pignora homo vel femina disrumpere voluerit vel frangerit, in duplo eam componat.

Facta ista carta pignora die VII kalendas iuni, anno XXIII regnante Ledovico rege.

Sig+num Pere, qui ista carta feci scribere et firmo et ad testes firmare rogo.

Sig+num Bernard Uluu[ia].[3] Sig+num Arnall Ug. Sig+num Guillelm de Sadao.

Arnallus sacer, qui hoc scripsit die et anno quo sup*(senyal)*pra.

1. *La darrera* o *volada corregeix* at, *ratllat*. 2. eius *afegit a la interlínia*. 3. [ia] *mig esborrat; tal vegada podria haver estat esborrat intencionadament, amb la qual cosa la lectura possible fóra* [Uliui].

644

1131, juny, 21

Donació. *Guillem Company afegeix al que llega en el seu testament als esposos Pere de Montpaó i Alet, gendre i filla, una sort de vinya situada al terme de Cervera, als Quadrels, i tres parells de gallines censals.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 4 (*olim* arm. 21 Regne de València, sac M, núm. 550), 128 × 186 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 59.

Sit notum cunctis qualiter ego Guillelm Compan, ad meum obitum, supra in meum testamentum, dono ego Guillelm Compan ad Pere de Montpao et ad mulier sua, [mea] filia Alet, una sort de vinea qui est in terminio de Cervera, ad Quadrels. Abet affrontationes predicte vinea de parte orientis in ipsa sort de vinea de Arnall Bover, de meridie in plano de Archimball, de occiduo in nos complantatores, de circii vero parte in torrent. Quantum inter istas affrontationes includunt et isti termini continetur, sic dono ad tuum alaudem proprium ad facere quod vultis;[1] et dono ego Guillelm Compan parilio I gallines de ipsas mansiones G[uilelmi]

de Guia Tocenta. Et donet[2] tibi Petro de Monte Pao parilios II de gallines de ipsas vineas que tenet Arnal Bover et Guillelm Bernad per me.

Et fuit factum istum donum in presentia de R[amon] Guillelm de Vila Grassa et de Gerallo Salad de Cervera et Charbonel, fratre de Petro de Monte Pao, et de Pontius de Gragena et de Ermensen sorde de pocc.[3]

Facta ista[4] carta de donatione XI kalendas iulii, anno XXº III regnante Ledovici regis.

Sig+num G[uilelm] Compan, qui istum donum feci et libentissime firmare rogavi.

Sig+num R[amon] G[uilelm] de Vila Grassa, Sig+num Gerall Salad, Sig+num Carbonel, Sig+num Ponc de Graiena,[5] Sig+num Ermesen, isti sunt visores et auditores.

Raimundus Petri, qui hoc scripsi die et anno quod su*(senyal)*ppra.

1. *En lloc de* volueritis. 2. *En lloc de* dono. 3. *Segueix a la línia següent* Actum est hoc, *sense cancel·lar*. 4. *Segueix* de, *expuntuada*. 5. *La segona* a *corregeix* e.

645

[Abans de 1131, octubre]

Notícia. *Guillem, arquebisbe d'Aux, informa de la creació d'una* Militia Christi*, a la qual el rei Alfons I d'Aragó i els bisbes atorguen diversos privilegis, amb l'objectiu de vèncer els sarraïns i obrir camí vers Jerusalem, i, al mateix temps, demanar ajuda per mantenir-la.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 12 (*olim* arm. 23 Templers, sac D, núm. 173), 165 × 290 mm. Bon estat de conservació.

a D'ALBON, *Cartulaire*, doc. 6 (amb data [1126-1130]).

b LACARRA, *Documentos* (1), doc. 151 (amb data de [¿1128?]).

c LACARRA, *Documentos* (2), doc. 173 (amb data de [¿1128?]).

d ESTEBAN ABAD, *Estudio*, doc. 5 (amb data de [¿1128?]).

e LEMA, *Colección diplomática*, doc. 141 (amb data de [c. 1124]).

f CRESPO, *Documentos*, doc. 1.

Cit. ZURITA, *Anales*, t. I, cap. XLV. — FOREY, *The Templars*, p. 9. — UBIETO, *La Formación territorial*, p. 168.

Datem amb anterioritat al testament d'Alfons I d'Aragó.

Letentur cęli et exultet terra, iubilent montes; qui sunt iusti respirent, et confidant peccatores et lapsi, ammirantes mirabilia opera Christi. Re vera, Spiritus ubi vult spirat, re vera, cor regis est in manu Dei, et quocumque voluerit, illud indulcat et convertit. Ecce Alfonsus, strenuus et gloriosus rex Aragonensis, quam pluribus strenue sue militie exerciciis ad libitum fere expletis, inspirante et cooperante Spirirus sancti gratia, consilio et auxilio vicecomitis Gastonis ceterorumque bonorum principum, duxit fore idoneum atque per omnia domino Deo placitum, quemadmodum est Ierosolimis ordinare et constituere militiam Christi, per quam, rege duce, debellatis et superatis omnibus de citra mare Sarracenis, iter aperire ad transfretandum Ierosolimam, Christo previo, disposuit; et q[u]e,[1] de Darocha usque ad Valenciam, erant invia et inculta et inabitabilia heremi loca, edificavit civitatem, quam vocavit Montem Regalem, id est regis celestis habitationem, in qua militia Dei propriam haberet sedem, et euntes et redeuntes necessaria invenirent et securam pausationem. Ad honorem autem Dei et sanctę militię sustentationem, dedit rex medietatem redituum ipsius civitatis, et medietatem suę medietatis de Xeborc, et de Biniol, et de Conca, et de Molina, et de Burbaca, et de portu de Caramana,[2] de his et de omnibus infrapositis usque ad Montem Regalem; insuper, medietatem omnium quintarum de Ibero in antea per totam Ispaniam, et quintam partem omnium proprietatum et regalium reddituum; in omnibus etiam civitatibus et maioribus castris que sibi Deus donaverit, unum de melioribus alodiis, militibus Dei concessit; preterea, uno quoque anno, in Iaca mille solidos, et totidem in Cesaraugusta, et per quinquennium, singulis annis, quingentos k[aficios] tritici et quingentos ordei. Ordinavit etiam pro se de proprio unum militem in milicia Dei ad hoc et addidit rex, ut hec sancta militia ad omni genere servitutis, et nominatim a quinta sit libera et inienua, quemadmodo militia confraternitatis Iherosolimitana, et ut omnes ad hanc confraternitatem convenientes, tam amici quam inimici, et ipsi et sua, in eundo, in morando, in redeundo, plenam habeant securitatem et securam tranquillitatem. Et quia ad hoc tantum bonum omnis ordo ecclesiasticus insudare debet, complacuit ępiscopis ut ipsi cum omnibus clericis suis essent fratres et participes totius remunerationis, et ob hoc, semel in anno, quisque episcopus et omnes sacerdotes sui episcopatus, pro omnibus defunctis confraternitatis et omnibus benefactoribus suis, singulas missas celebrarent et Deo sacrificia offerent, et in vita tam confratres quam confratrum benefactores

omnium ęcclesiarum suarum beneficiis ęssęnt consortes. Sane, quicumque militum vel peditum, ad serviendum Deo, huic sancte adheserunt societati, omnibus eque victu communi comunicata et perdita restituentur et adquisitorum medietates alacriter concedetur. Similiter, nos omnes ępiscopi regni domini nostri gloriosi regis Adefonsus, una cum abbatibus et clero sive omni populo, pro divino opere et gratissima exortatione gracias refferimus Deo altissimo, atque ipsum suosque quicumque sunt fideles Christi adiuvantes, relictis peccatis et acceptata[3] penitencia, dompni pape, predecessorum quoque suorum, insuper beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate, quemadmodum Iherosolimitanos, ab omnibus absolvimus peccatis. Addimus etiam hoc quod nos omnes ępiscopi precipiemus, in consiliis seu festivitatibus, clericis nostris, ut omnes pariter memoriam faciant regis et principum suorum, maxime pro illis qui in hac sunt sancta confraternitate, et hoc bis in anno, singulas missas celebrando. Ego, Guillelmus, Auxiensis archiępiscopus, facio me confratrem ipsius confraternitatis, et absolutionem seu remissionem superius factam laudo et confirmo, et insuper absolvimus eos de sua penitentia, ita tamen ut quicumque per mensem unum denarium dederit, habeant absolutos XL dies de sua penitencia. Mittimus vobis hunc nuncium, nomine Sancio Garcez, ad helemosinam recipere, et donante ad illum, sive ad suos homines, quod Deus vobis miserit in corde.

1. *Manca.* 2. Ca *afegit a la interlínia.* 3. *La segona* t *afegida a la interlínia.*

646

1131, octubre. Setge de Baiona

Testament. *Alfons I, rei d'Aragó, atorga testament, en el qual, després de fer diverses deixes a institucions eclesiàstiques, llega el seu regne als ordes del Sant Sepulcre, de l'Hospital i del Temple.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de mitjan segle XII feta per Ponç, escrivà de Ramon Berenguer IV. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 7 (*olim* arm. 30 Testaments Reials, sac Q, núm. 13), 357 × 310 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 7 dupl. (*olim* arm. 30 de Testaments Reials, sac R, núm. 87), 546 × 278 mm. Estat de conservació regular a causa de dos grans forats que afecten la part central i inferior del pergamí.

D Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 5a-d.

E Còpia del segle XII, incompleta. Saragossa, BU, Libro gótico de San Juan de la Peña, f. 117r-v.
F Còpia del final del segle XII o principis del XIII. Madrid, AHN, Códices, 595 B, Cartulario del Temple, ff. 14-18v.
G Còpia del final del segle XII o principis del XIII. Madrid, AHN, Códices, 595 B, *Cartulario del Temple*, ff. 186-189v.
H Còpia del segle XIII. Barcelona, AD, Fons Santa Anna, carp. 6, perg. núm. 14, 395 × 295 mm.
I Còpia del segle XIII. Pamplona, AC, Libro Redondo, ff. 59v-60v.
J Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, reg. 310, f. 21r-v.
K Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, reg. 309, ff. 50v-51v.
L Còpia. Silos, AM, ms. 71, ff. 189-190.
M Còpia. Madrid, AHN, Estado, lligall 2.451.
N Còpia. Madrid, RAH, col·lecció Abella, t. XXII, ms. 9/5185, Cuaderno de transcripciones de documentación de Alfonso I.
O Còpia. Madrid, RAH, col·lecció Abad y Lasierra, t. VI, ms. 9/3971, f. 117r-v.
P [Versió del testament a l'Arxiu Capitular d'Osca, perduda.]
Q [Versió del testament a l'Arxiu de la Catedral de Pamplona, perduda.]
a RODRÍGUEZ CAMPOMANES, *Disertaciones,* p. 198.
b FERNÁNDEZ, *Colección,* núm. 4.
c *CODOIN,* IV, núm. 11, p. 9.
d FLÓREZ, *España Sagrada*, L, p. 393.
e SASTACHS, *Memoria,* p. 19.
f FEROTIN, *Recueil,* núm. 42.
g DELAVILLE, *Cartulaire,* núm. 95.
h D'ALBON, *Cartulaire,* núm. XL.
i MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum,* I, doc. 6.
j GARCÍA LARRAGUETA, *El gran priorado,* II, núm. 10.
k MARTÍN DUQUE, *Documentación medieval de Leire,* núm. 299.
l ALTURO, *L'arxiu,* II, núm. 211.
m LEMA, *Colección diplomática*, núm. 241.

Cit. ZURITA, *Anales,* I, cap. LII, pp. 168-169. — MORET, *Annales,* II, lib. XVII, pp. 316-317 i 333-334. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40. — GALINDO, *Sos,* p. 18. — BALAGUER, *La Chronica Adefonsi Imperatoris*, pp. 14-16. — GOÑI GAZTAMBIDA, *Catálogo ACP,* I, núm. 167. — ANCIL, *Monografía de Sangüesa,* p. 57. — LOURIE, *The will of Alfonso I,* pp. 633-665. — VIVANCOS GÓMEZ, *Documentación del monasterio de Santo Domingo de Silos,* I, núm. 45.

Hem completat la tradició documental i la relació de publicacions i citacions a partir de l'edició de Lema.

Hem fet la transcripció a partir de *B* i a continuació hem afegit la relació de testimonis que presenta l'exemplar *C*. Aquest, al final, copia la carta d'Innocenci II al rei Alfons VII de Castella on li encomana el compliment del testament d'Alfons I d'Aragó en benefici dels drets dels ordes militars. Aquest document el publiquem independentment. Vegeu el document núm. 786.

In nomine summi et incomparabilis boni quod Deus est. Ego Adefonsus, Aragonensium et Pampilonensium sive Ripacorcensium[1] rex, cogitans mecum et mente p[er]tractans quod omnes homines natura mortales genuit, proposui in animo meo dum vita et incolumitate pocior ordinare de regno a[2] Deo mihi concesso et de pos-

sessionibus ac reditibus meis quomodo sit post me. Igitur divinum timens iudicium, pro salute anime mee[3] necnon patris et matris mee[4] et omnium parentum[5] facio hoc testamentum Deo et domino nostro Ihesu Christo et omnibus sanctis eius. Et bono animo et spontanea voluntate offero Deo et beatę Marię Pampilonensium Sancto[que] Salvatori Legiorensi castrum Stellę cum tota villa et cum omnibus que ad ius[6] regale pertinent, ut medietas sit Sancte Marię et medietas sit Sancti Salvatoris. Similiter dono Sancte Marie Nagarensi et Sancto Emiliano castellum Nagarense cum omnibus rebus[7] sive honoribus qui[8] pertinent ad illud castrum; castrum quoque de Tubia[9] cum toto suo honore; et istorum omnium media pars sit Sancte Marię et media pars[10] Sancti Emiliani. Ofero quoque Sancto Salvatori de Onia castrum Bel Forad cum toto suo honore; dono itidem Sancto Salvatori de Obieto Sanctum Stephanum de Gormaz et Almazanum[11] cum omnibus suis pertinenciis. Dono etiam Sancto Iachobo de Gallicia[12] Calagurram et Cerberam[13] et Tutillon cum omnibus suis pertinenciis. Sancto etiam[14] Dominico de Silos do castrum Sangosse cum villa et cum duobus burgis, novo et veteri, et mercatum eiusdem. Do etiam Beato Babtistę Iohanni de Pinna et Beato Petro de Siresa omnes illas dotes que fuerunt matris[15] me, scilicet Bel et Bailo et Astorint et Ardenes et Sios et omnes illas que poterint inquirere quod fuerunt dotaria matris mee; et horum media pars sit Sancti Iohannis de Pinna et media pars sit Sancti Petri de Siresa, cum omnibus pertinenciis suis.[16] Itaque post obitum meum heredem et successorem relinquo mei Sepulcrum Domini quod est Iherosolimis et eos qui observant et custodiunt illud et ibidem serviunt Deo, et Ospitale pauperum quod Iherosolimis est, et Templum Domini[17] cum militibus qui ad defendendum Christianitatis nomen ibi vigilant,[18] his tribus, totum regnum meum concedo, dominatum quoque quem habeo in tota terra regni mei principatum quoque et ius quod habeo in omnibus hominibus terre mee,[19] tam in clericis quam in laicis, episcopis, abbatibus, cannonicis, monacis,[20] obtimatibus, militibus, burgensibus, rusticis et[21] mercatoribus, viris et mulieribus, pusillis et magnis, divitibus ac pauperibus, iudeis etiam ac sarracenis,[22] cum tali lege et consuetudine quale[23] pater meus et frater meus et ego hactenus[24] habuimus et habere debemus. Addo etiam militię Templi[25] equum meum cum omnibus armis meis et, si Deus dederit mihi[26] Tortosam, tota sit Ospitalis Iherusalem. Preterea, quia non est mirum si fallimur quia homines sumus, si qua ego aut pater meus sive frater ecclesiis terre nostre, sedibus aut monasteriis, de

rebus[27] honoribus vel possessionibus iniuste abstulimus, rogamus et iubemus ut prelati et domini Sancti[28] Sepulcri et Ospitalis et Templi[29] iuste restituant. Eodem modo si cui homini, viro vel mulieri, clerico vel laico, aut ego aut aliquis antecessor meorum, hereditatem suam iniuste abstulimus, ipsi misericorditer et[30] iuste restituant. Similiter de propietatibus[31] que nobis vel antecessoribus nostris[32] hereditario iure debentur, preter ea[33] que sanctis locis tradita[34] sunt, ab integro relinquo eas Sepulcro Domini et Ospitali pauperum et milicię Templi. Tali tenore ut, post mortem meam, illi qui per me tenent eas teneant in tota vita sua sicut per me et post mortem illorum sint ab integro Sepulcri et Ospitalis et Templi et cui[35] dare voluerint eas. Hoc modo totum regnum meum, ut suprascriptum est, totam et terram meam,[36] quantum ego habeo et quantum michi remansit ab antecessoribus meis et quantum ego adquisivi vel in futurum auxiliante Deo adquiram, et quiquid ego ad presens do et in antea iuste dare potero, totum tribuo et concedo Sepulcro Christi et Ospitali pauperum et Templo Domini,[37] ut ipsi habeant et possideant per tres iustas et equales partes.[38] Hec omnia suprascripta dono et concedo domino Deo et sanctis superius scriptis[39] ita propria et firma, ut hodie sunt mea et habeant potestatem dandi et auferendi. Et si aliquis eorum qui modo habent istos honores vel habebunt in futuro voluerint se erigere[40] in superbiam et noluerint recognoscere istis sanctis sicut michi, mei homines et mei fideles apellent de tradicione et de baudia,[41] sicut facerent si ego essem vivus et presens, et adiuvent eos per fidem, sine fraude. Et si in vita mea placuerit mihi quod de istis honoribus superius dictis voluerim reliquere vel Sancte Marie vel Sancto Iohanni de Pigna vel aliis sanctis, illi qui tenuerint eas[42] accipiant a me quod valeat. Hec au[tem][43] omnia facio pro anima patris mei et matris mee[44] et remissione omnium peccatorum meorum et ut merear habere locum in vita eterna.[45]

Facta carta in era millesima[46] C[a] LX[a] VIIII[a], in mense octobris, in obsessione Baione.

Sancius Petrę Rubee, scriptor regis, scripsit cartam,[47] sed Poncius, scriptor comitis Barchinonensis, hanc translatavit.[48]

Memoria de testes donativum regis Adefonso: Enecho Exeminones de Segovia. Fertunio Lopiz de Soria. Fertunio Acenarç de Berlanga et Garsia Sanz de Berlanga. Ca[ix]sal, Sango Enecones suo nepos et Fertunio Enecone. Similiter Fertunio Exemeneç de Lerat. Lop Caissal. Petro Ennegeç de Petra Lata, Lop Ennegeç suo germano. Petro Escherra. Ennechot de Tobia. Exemeno Fertunienes

de Bastan. [G]uelola. Petro Momeç. Petro Tizon et Lop Xemeneç suo nepoto. Comes Latrons et Lop Ennecones et Fertunio Ennecones suos fratres. Gilem Acenarç. Almorabet. Enneco Garceç de Lombierr. Lop Xemenes de Torreles. Martin de Leeth. Gioa de Lerin. Marcho de Arrada. Iohan [Dideç]. Garsion de Bilforato. Raimon Arnald de Sancta Cruce. Garsion de Soula. Caboç. Garscia Açenarç de Ferrera. Maiaio. Exemeno Enecons d·Astaon et Çecodix suo germano. Segin de illos Faioa. Lop Lopez de Arrigla. Rodrigo Pedrez de Orreia. Lop Arcez Peregrino. Orti Ortiz de Fontes. Lop Sanz de Belchit. Artald Gascon. Quadtrato Caval Mediana. Don Counes. Fertunio Acenarç de Tiyassona. Peire Mir de Entiença. Per Gausçbert. Beren[guer…].[49] Per Raimon d'Eril. Comes de Pagares, Arnald Mir. Per Raimon de Estada. Tizon. Exemen […]uc.[50] Atto Garcez de Barbastre. Iohan Galinz de Antillon. Lop Fertines de Albero. F[…][51] de Asçlor. Sanz Ioham de Oscha. Fertunio P[er]ez[52] de Aierb. Castan de Bel. Don G[…]es[53] et Per de Liçana, et Bertran de Larvasa. Michael de Aisçlor.[54]

1. Ripacurcensium C. 2. regno meo a C. 3. męę C. 4. męę C. 5. parentum meorum C. 6. eius C. 7. reditibus C. 8. *Segueix* per, *ratllat*. 9. Tobia C. 10. et medietas C. 11. Almazano C. 12. Iacobo de Gallitia C. 13. Cerveram C. 14. eciam C. 15. a *afegit a la interlínia*. 16. Do etiam Beato Iohanni de Pina et Beato Petro de Siresa omnes illas dotes que fuerunt matris męę, et horum media pars sit Sancti Iohannis de Pina et media pars sit Sancti Petri de Siresa cum omnibus suis pertinentiis, scilicet Bel i Bailo et Asturas et Ardenes et Sios et omnes illas quas poterint inquirere que fuerunt dotaria matris męę C. 17. Templum Salomonis C. 18. nomen invigilant C. 19. męę C. 20. cannonicis, monachis C. 21. et *omet* C. 22. iudicis et sarracenis C. 23. qualem C. 24. h *afegit a la interlínia*. 25. Templi *omet* C. 26. et si dederit mihi Deus C. 27. rebus *omet* C. 28. Sancti *omet* C. 29. milicie Templi C. 30. et *afegit a la interlínia; omet* C. 31. similiter proprietates C. 32. C *segueix* iure, *sense cancel·lar*. 33. eas C. 34. tradite C. 35. et illius cui C. 36. et totam meam terram C. 37. et milicie Templi Salomonis C. 38. e *afegida a la interlínia, corregeix* o *ratllada*. 39. suprascriptis C. 40. *Segueix* in futuro, *ratllat*. 41. bauzia C. 42. illas C. 43. *Manca;* autem C. 44. męę C. 45. ęternam, amen C. *A continuació* C *presenta la relació de testimonis i al final d'aquesta relació, la data*. 46. Mª C. 47. *L'exemplar* B *acaba aquí*. 48. Sancius Petrę Rubee, scriptor Regis, scripsit cartam, sed Poncius, scriptor comitis Barchinonensis, hanc translatavit *manca* C. *Continuem la relació de testimonis a partir de* C. 49. *Espai de nou lletres, aproximadament, il·legible a causa d'un forat*. 50. *Espai de 48 mm, il·legible a causa d'un forat*. 51. *Espai de 64 mm, il·legible a causa d'un forat*. 52. *Manca*. 53. *Espai de 56 mm, il·legible a causa d'un forat*. 54. C *continua amb la còpia de la carta del papa Innocenci II*.

647

1132, gener, 19

Empenyorament. *Ermessenda i els seus fills, Pere Ricard i Galceran, cedeixen en penyora als esposos Ubald i Cristiana un mas a Sant*

Martí de Provençals, per raó d'un deute de vint-i-cinc morabatins que els han de tornar al cap de tres anys; si no ho fan, podran redimir-lo posteriorment, d'any en any.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 9 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 845), 214 × 242 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 81 (amb data de 18 de gener).

Cit. BOTET i SISÓ, *Les monedes*, I, p. 65. — BENSCH, *Barcelona,* p. 142. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 163.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Ermessendis femina et filii mei Petrus Ricardi atque Gaucerandus nos pariter impignoramus vobis Uballo uxorique tuę Christiana femine mansum nostrum quem habemus aput Provincialis, illum scilicet in quem habitat Bernardus Petri baptitzatus, cum terminibus et affrontacionibus eius et cum diversorum generum arboribus quę inibi sunt fundate simul cum pratis et pascuis atque aquis, cum ingressibus eiusque regressibus et cum omnibus adiacentiis et affrontacionibus que ad prefatum mansum pertinent vel quolibet modo pertinere debent, sicut continetur prephatum mansum ab illa via que vadit ad Sanctum Martinum de Provincialis usque in molendinis de Estadella et sic pergit usque ad mare. Sicut isti termini ambiunt et circumeunt, sic impignoramus vobis iamdictum mansum ad integrum per XXV moabetinos legitimos et de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem ab omni integritate. Tali quoque pacto ut teneatis et possideatis prephatum mansum et accipiatis omnia expleta atque servitia que de prephato manso et de baptitzato[1] exire debet ab hac prima veniente festivitate sancti Michaelis, que celebratur III kalendas octobris, usque ad tres annos; completos namque tres annos, in festivitate sancti Michaelis reddamus vobis XXV moabetinos sine vestro engan et vos nobis hoc scriptum. Quod si non fecerimus, non sit nobis licitum redimendi iamdictum mansum nisi de festo in festum sancti Michaelis, recollectum a vobis totum expletum. Quando vero redimerimus iamdictum pignus non redimamus per ullo malo ingenio nisi tantum ad opus nostrum, et dominium retineamus. Liceat quoque interim vobis iamdictum pignus impignorare per tantum quantum nostrum debitum est et non plus amplius. Habetis namque a nobis modo de iamdicta pignora II[as] cartas, una ubi sunt scripti XVIIII moabetinos et ista ubi est scriptum XXV moabetinos, et non sunt inter ambas nisi solum modo XXV moabetinos. Si quis hoc vobis violare presumpserit, nil prosit, sed ea quę fregerit in duplo vobis componat. Et postmodum hoc maneat firmum.

Quod est actum XIIII kalendas februarii, anno XXIIII regni regis Lodoyci.

Sig+num Petri Ricardi.

Sig+num Charbot. Sig+num Berengarii Raimundi, qui sum fideiussor vobis de ista pignora, quod si aliquis utriusque sexus homo vel femina aliquid vobis fregerit de ista pignora, ut ego iamdictus Berengarius Raimundi donem vobis VI moabetinos in auro sine vestro engan.

Sig+num Petri de Beders.

Sig+num Petri Bernardi clerici, qui hoc scripsit, cum litteris additis in linea VIII, die et anno quo supra.

1. et de baptitzato *afegit a la interlínia.*

648

1132, gener, 25

Venda. *Guillem de Castellvell, la seva esposa Mafalda, Pere Ponç, Guerau Pere i Miró de Castellvell venen a Pere Guitard la meitat del mas de les Conilleres i el mas* Torredela*, a Castellví de la Marca, pel preu de vint-i-un morabatins d'or.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 24 de novembre de 1216. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 10, 117 × 330 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOFARULL, *Los condes,* II, p. 168. — BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 65. — PEDEMONTE, *Notes,* p. 105.

In[1] Dei nomine. Ego Guillelmi Castri Vetuli et uxori mea Maalt et Poncio Petri et Geralli Petri et Mironi de Castri Vetuli, nos uterque vendimus tibi Petro Guitardi medietate de mansso de Cuniera et mansso de Torredela cum suis pertinentiis et aiacenciis. Est autem predicta hec omnia in comitatu Barchinona, in termine Castri Vetuli estremum Marca. Predicta vero hec omnia quod superius resonat, id est, medietate de Cuniera, cum suis pertinentiis et aiacenciis, et totum mansum de Torredela, cum suis pertinentiis et aiacenciis, sic vendimus vobis vestreque progenie et posteritati, ad vestrum alodem proprium et francum, propter precium morabetinos XX^{i} in auro, quos nobis dedistis. Quisquis anc vindicione disrumpere voluerit, non valeat, set componat in duplo. Et in antea hoc maneat firmum.

Actum est hoc VIII^{o} kalendas febroarii, anno XX^{o} IIII^{o} regni Ledoici regis.

Sig+num Guillelmi Castri Vetuli, Sig+num Maalt, Sig+num Poncius Petri, Sig+num Geralli Petri, Sig+num Dorcha, Sig+num Arberti, Sig+num Mironi Castri Vetuli, nos qui anc vindicione fecimus scribere et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Carbonelli. Sig+num Berengari Raimundi de Frexeno. Sig+num Raimundi Petri.

Poncius presbiter, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* quo supra.[2]

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter translatatum cuius series sic ordinatur. 2. B *acaba:* Actum est hoc translatum VIII kalendas decembris, anno Domini M CC XVI. Sig+num Berengarii presbiteri, testis huius translati. Sig+num Petri presbiteri, huius testis. Sig+num Bernardi Rosane, sig+num Bernardi Fabri, huius translati testium. Sig(*senyal*)num Sancii, qui hoc translatum fideliter scripsit precepto Raimundo de Podio, clerici de Villafrancha.

649

1132, febrer, 10

Testament. *Bernat de Coll de Canes atorga testament i llega els seus béns, a parts iguals, als seus fills Guillem i Joan, si bé Guillem rep com a millora* Poleria*, a Vallfogona de Ripollès. Disposa, també, que els germans s'hauran d'ocupar de casar les germanes, Florença i Bernarda.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 11, 108 × 275 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Bernad de Collo de Canes in mea plenam m[em]oriam[1] facio hunc testamentum. De mea honorem que ego habeo et teneo in Collo de Canes dono et laudo ad Guielmo et ad Iohan, filiis meis, medium per medium, exceptus Poleria, que dono ad Guielmi per melioracione, et facio censum perna I de Sancti Iohanni et parilio gallines per ipsa melioracione. Et vos collocetis Florenca et Bernada unusquisque suam. Et est in parrohechia Sancti Iuliani Valle Facunda sive in iamdicto loco quod Collo de Canes vocatur. Si quis infrenge voluerit, in duplo componat.

Actum est hoc IIII° idus frebroarii, anno XXIIII regnante Ledoyco rege.

Sig+num Bernad.

Sig+num Ramundi de Balbs. Sig+num Petri Feran. Sig+num Berenger de Teia. Sig+num Berenger de Vallo.

Sig+num Guielmi. Sig+num Iohan. Sig+num Bernada. Sig+num Florenca. Sig+num Arsen.

Hoc rogatus scripsit Pon*(senyal)*cius.

1. *Manca*.

650

1132, febrer, 11

Testament. *Guerau Ponç atorga testament, en el qual, després de fer deixes al monestir de Ripoll i a diverses esglésies d'Osona, reparteix la resta dels seus béns i les seves tinences entre els seus fills Guillem, Guerau, Pere i Bernat i les seves filles Gueraula, Ermessenda i Dolça, tot deixant com a usufructuària la seva esposa Ermessenda.*

A [Original no localitzat.]
B [Trasllat coetani de l'original, no localitzat.]
C Còpia del segle XIII, ex *B*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 12, 125 × 437 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Geraldus Poncii, nimia detenta infirmitate, timeo mihi supervenire diem ultime sortis ideoque facio meum testamentum. Et eligo manumissores meos E[rmessenda] coniugem meam et Guillelmum filium meum ac Petrum Geraldi necnon Mironem Iohannis sive Bernardum Mironem sacerdotem, ut isti, post meum obitum, distribuant omnes res mobiles et inmobiles sicut in hac pagina ordinavero. In primis, dimitto domino Deo et cenobio Sancte Marie Rivipollensis pecias quinque ex meo alodio in quas habeat dictum cenobium quartum videlicet tantum fideliter; et quatuor illarum sunt in loco quem dicunt Rexac, quarum una est complantata; quinta vero est ad ipsos Casals et est complantata. Et Sancte Marie de Palacio, peciam unam terre quam tenet Guillelmus de Coma et est apud Podium Longum, simul cum emina I annone et sextarios II vini ad novum venientem; et insuper corpus meum ad sepeliendum. Et Sancto Stephano de Granoariis, medium morabatinum ad prima opera que ibi fuerint facta. Clericis vero ipsius ecclesie, similiter. Sancto Iuliano de Vilamirosa, quarteram I ordei ad novum venientem. Et Sancte Marie de Manleuo, sextario I vini. Sancte Marie de Ponto, I emina vini. Sancto Thome, aliam. Sancte Marie de Stagno, aliam. Et sancto Petro Ausonensis sedis, II solidos. Insuper autem dimito filie mee Geralle ipsum meum alodium quod habeo in rivo quem dicunt Saleles. Et filie mee E[rmessenda], triliam unam quam tenet

Raimundus Erumiri, que est quartalis Sancte Marie Rivipollensis, cum uno campo mei alodii, quem emi de Raimundo Guillelmi et est super ipsam stratam, unde exit anser I in tercio anno cum suis eredibus ad Arnallum Petri de Gurbo; simul cum alia pecia trilie francha que est iuxta domum Guillelmi de Coma, sicut terminatur ab ipsis avellanariis ad occidentalem plagam, et ab ipsa tira erga meridiem; et aliam peciam terre francam et complantatam subtus ipso Pradel. Dulcie autem filie mee ipsa mea alodia que sunt super ipsum pratum de Villa Senna, nominatim ipsam peciam terre quam ibi tenet Guillelmus de Coma, sicut terminatur ab ipsa strata que venit de Sancta Cecilia usque ad ipsum regarium. Et dimito filio meo Guillelmo quandam partem domorum meorum ubi habito, scilicet ipsum solarium vetus, simul cum suo sotal et cum sacrario novo et cum ipso ortali subira, simul cum ipso orto qui est subtus domo usque in ipsum regarium et cum exitibus prefati solarii et sacrarii, sicut terminatur a iamdicto ortali subira usque in prefatum regarium sive in fonte; insuper dimito eidem filio meo Guillelmo ipsum meum alodium quem dicunt Coma de Adalberto, simul cum alio meo alodio complantato quod est ad ipsa Plantada sive ad ipsa Cirera. Tenezones autem quas teneo per Sanctam Mariam de Palacio sive per Petro Geraldi, medietatem iamdicto Guillelmo, aliam inter Petrum atque Bernardum filios meos relinquo. Ipsas fexas Sancti Petri, simul cum ipso alodio quod ibi est iuxta eas fexas usque in ipsam stratam, Guillelmo et Bernardo atque Petro equaliter dimito. Et premisso filio meo Guillelmo dimito omne meum alodium sive fevum quod habeo in Vallense, excepto hec quod superius filie mee Geralde dimisi. Et Bernardo iam nominato filio meo triliam quandam quam tenet Guillelmus de Coma, que est super ipsam stratam, quam habeo per comparacionem, pro morabatinis VII quos sibi debeo, solide et libere relinquo. Filio quoque meo Geraldo dimito ipsam comam que est prope stratam ad suum francum alodium et ubi illuminet inde lampadam unam diebus tantum Quadragesime ante altare Sancte Marie de Palacio, excepto alodio Sancte Marie Rivipollensis quod ibi est. Et dimito eidem Geraldo domos ipsas ubi habitat Guillelmus de Coma, simul cum ipsa trilia que est subtus domos ipsas usque ad ipsum regarium, ad suum proprium alodium. Domos autem alias, alodia, fevos et tenezones, ubicumque habeo et teneo per quoscumque seniores, sicut ego habeo et teneo, filiis meis iam nominatis Bernardo et Petro equaliter dimito, simul

cum ipsa baiulia quam teneo per Sanctam Mariam Rivipollensis sive per abbatem et monachos ipsius loci. Et nullus ex filiis vel filiabus meis habeat licenciam inpignorare aut vendere aliquid ex hoc nisi aliis fratribus, filiis meis videlicet. Et si quis ex filiis vel filiabus meis sine legitimo infante obierit, hereditas ipsius ad alios revertatur, excepta hereditate prefati Geralli filii mei. Et dimito filio meo Geraldo tonnam I meliorem quam dicunt messegariam. Et filie mee E[rmessende], cubulum I. Alia autem vascula maiora sive minora filiis meis Guillelmo atque Bernardo sive Petro equaliter dimito. Dimito insuper E[rmessende] coniugi mee prenominate omnia peccora, tam in bovibus quam in asinis et ovibus et porchis, ad suam omnem voluntatem. Iamdicta autem omnia, domos scilicet, alodia sive fevos, et tenezones, quantum supradictum est, cum ipsis omnibus vasculis predictis maioribus atque minoribus, totum habeat et teneat atque possideat prenominata uxor mea in vita sua sine blandimento filii vel filie. Et filii vel filie nostre honorent eam sicut matrem et dominam suam, post cuius obitum revertantur illis quibus prescriptum est. Denique vero accipio terciam partem de pane et vino veniente novo et sint inde persoluta mea debita; aliud autem pro anima mea in missis et elemosinis ubi melius visum fuerit. Si quis autem hanc testamenti cartam dirrumpere voluerit, agere nullo modo valeat, sed in duplum restituat. Et insuper firma permaneat omni tempore.

Que est facta III idus februarii, anno XXIIII Ledovici regis in regno.

Sig+num Geraldi, qui hoc testamentum facio et firmo firmarique rogo.

Sig+num E[rmessendis], coniugis ipsius, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Guillelmi, filii eorum.

Sig+num Petri Geraldi, Sig+num Mironis Iohannis, Bernardus sacer *(senyal)*, nos huius rei testes sumus.

Sig+num Bernardi, Sig+num Petri, filiorum ipsius. Sig+num Petri Guldrici. Sig+num Ermessendis.

Petrus diachonus, qui hec scripsit, cum litteris dampnatis in quinta linea et suprapositis in linea IIII[a], die et anno *(senyal)* quo supra.[1]

1. B *acaba:* Hoc est translatum fideliter scriptum manu Petri diachoni die et anno quo (*senyal*) supra.

FUNDACIÓ NOGUERA

651

1132, juny, 8

Definició. *Arbert, castlà d'Oló, renuncia a la demanda de la tasca sobre l'alou que Guanalgod, prevere, el seu fill Ramon Guanalgod i l'esposa d'aquest, Emmo, havien lliurat al monestir de Santa Maria de l'Estany, mitjançant aquesta demanda Arbert retenia l'esmentat alou. Concedeix, també, al cenobi els drets de recollir herba i llenya i pasturar a la seva honor d'Oló i es dóna en cos i béns al monestir per quan mori.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 13, 191 × 268 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat i d'algun petit forat.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 29.

Sciatur ab ominibus cunctis, tam presentibus quam et futuris, quia Gaunalgaudus quidam presbiter et filius eius Raimundus Gaunalgaudi, cum uxorę sua nomine Em, donaverunt se domino Deo et Beatę Marię Stagnensis cum omnęm suum alaudium quęm abębant vel aberę debebant in terminio vel in parrochia Sancti Felicis Terraciola ut aberent in predicto loco, victum et vestitum, in omni vita sua. Quod tenuerunt et possęderunt habitatores predicti loci sinę ulla inquietudinę per annos plurimos. Post aliq[u]o[1] vero temporę, insurrexęrunt viri quidam lingosi susurrantęs in auribus Alberti, speculatori Olonensis castri, atque dicentes ei menciendo quia antęcessor eius accipiębat dę ipsa[2] terra[3] quam apellant Insulas tascham, quod utique falsa dicebant, quia[4] pater eius numquam ibi aliquid accepit preter[5] I parilium gallinarum. Predictus autem Arbertus per verba vel consilia iniquorum ominum emparavit et abstulit Beatę Marię tascham predicti alaudii I et tenuit per annos aliquos. Prior autem predicti loci, nominę Guillelmus, et clerici sub patrocinio beatę Marię constituti querimoniaverunt predictam tascham multo temporę, ostendentes per cartas corroboratas vel per testes suum essę directum. Predictus autem Arbertus, videns nullum aberę directum in predictas Insulas exceptus I parilium de gallinas, dimisit et definivit eas tali modo.

In Dei nominę. Ego Arbertus, castlanus castri Olonensis, difinitor et evacuator sum domino Deo et Beatę Marię Stagnensis et Guillelmo Petro priori et clericis eiusdem loci quiquid in predictas Insulas querębam vel tollębam, ut ab odierno dię et deincebs neque baiuliam nęque forciam, neque omnino ibi ullum servicium vel inde requiram nisi unum parilium de gallinas quęm pater meus

ibi abuit. Insuper eciam dono iamdicto loco et abitatoribus suis eorumque successoribus, propter remedium animę patris matrisque męę et propter animam meam, in omne meum onorę quod abeo in terminio de castro Olonensis, erbaticum, ligna, pastura et omnę conveniens servicium.[6] Interim autem, Deo inspirante, dono domino Deo et beatę Marię et ecclesię iamdictę corpus meum et animam, cum omnem meam hereditatem que me contingit per vocem patris matrisque męę post obitum meum; in vita autem mea, teneam eam et donęm pro ręcogniscione omnibus annis unam candęlam; et sim fidęlis adiutor in omnibus locis iamdicte ecclesię et abitatoribus suis. Et est manifestum. Quod si ullus homo vel femina contra istam cartam vęnerit ad inrumpendum, minime valeat implerę, set in triplo componat. Et in antea firma permaneat omni temporę.

Quę est facta VI idus iunii, regnantę regę Lodovico anno XXºIIII.

Sig+num Arbertus, qui istam difinicionęm facio et firmo firmarique precipio cum prescripta donacionę.

Sig+num Raimundi de Surribas. Signum+ Raimundus Udalgarii. Sig+num Raimundus de Medaia. Sig+num Bernardus Dalmacii. Sig+num Arnallus Guiffrędi. Signum+ Petrus Raimundi.

Ut res monstravit, sic Poncius ita notavit, cum literis rasis et emendatis in VI linea et suprapositis in VII, die et anno *(senyal)* quo supra.

1. *Manca.* 2. *Segueix un espai en blanc d'aproximadament vuit lletres.* 3. a *corregeix* ę. 4. dicebant, quia *escrit a sobre d'una raspadura.* 5. preter *afegit a la interlínia*. 6. *Segueix un espai en blanc d'aproximadament quatre lletres.*

652

1132, setembre, 19

Donació. *Ermengol VI, comte d'Urgell, dóna a l'orde del Temple el castell de Barberà de la Conca i un home a cadascun dels seus castells i viles.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 14 dupl. (*olim* arm. 23 Templers, sac A, núm. 5), 153 × 351 mm. Bon estat de conservació.

B Trasllat del 13 de desembre de 1184. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, ap. núm. 13, 130 × 230 mm. Deficient estat de conservació a causa de diversos forats i de l'esvaniment de la tinta.

C Còpia [de la segona meitat] del segle XII: ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 14 (*olim* arm. 23 dels Templers, sac F, núm. 358), 186 × 326 mm. Bon estat de conservació.
D Còpia del final del segle XII. Barcelona, AD, Cartulari de Barberà, f. 7v, doc. 9.
a D'ALBON, *Cartulaire du Temple,* doc. XLVII, pp. 36-37.
b SANS I TRAVÉ, *Col·lecció diplomàtica,* núm. 27, pp. 102-103 (amb signatura perg. núm. 7 per a l'exemplar *C* i perg. núm. 7 bis per a l'exemplar *A*).

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 358-359. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 27.

In[1] Dei eterni regis nomine.[2] Ego Ermengaudus, Dei gratia hactenus Urgellensis comes et marchio, dono etiam omnipotenti Deo, redemptori meo, et sancte milicie[3] Iherosolimitane[4] Templi Salomonis,[5] cum assensu et confirmatione et cum laudamento baronum meorum, in manu eiusdem Rodebertus,[6] dapiferi, et Hugonis[7] Riguadi, confratris societatis eorum, quoddam munitissimum castrum[8] nomine Barberano,[9] in marchia contra sarracenos, cum militibus qui ipsum castrum[10] per me habent et cum omnibus ad idem castrum[11] pertinentibus, cum terminis et possessionibus suis, et totam dominationem, cum serviciis et usaticis suis, sicut melius ibi Deus[12] dederit vel ego habere debeo, ut libere et sine diminutione et sine blandimento ullius hominis, presentes confratres et successores eorum, illis[13] qui venerint et steterint cum armis in Graniana[14] aut in nostra marchia ad defensionem Christianitatis, secundum institucionem ordinis milicie sue,[15] habeant hec omnia predicte[16] milicie, quod scriptum est,[17] cum augmentationibus quas Deus ibi[18] dederit, et disponant in perpetuum. Iterum dono hodie usque ad finem seculi, in totis meis castris[19] aut villas, qui[20] mei dominici sunt, ad[21] iamdicte milicie[22] unum hominem cum censum et usaticum[23] quod in eius[24] homine ego[25] habeo, ut habeant milites milicie ospitandi[26] aut emendi[27] quando ibi venerint in prefatis locis ubi populo habitante.[28] Hec quippe omnia dono pro anima patre meo vel matre,[29] ut misericors Deus peccata et offensiones meas clementer dimittat. Hanc itaque voti mei oblacionem[30] si qua in crastinum cuiuscumque dignitatis aut mediocritatis personam[31] violare temptaverit, nisi cito se contraxerit, deleatur nomen eius de libro vite[32] et cum Anania et Aspira, voti sui fraudatoribus, dapnationem incurrant.[33]

Actum est hoc XIII kalendas octobris,[34] anno Dominice[35] Incarnationis C tricesimo secundo[36] post millesimum.

Sig+num Ermengaudus comes,[37] qui hoc donum punctatim firmavit ceterisque firmari[38] rogavit.

Sig+num Arnallus Mironi,[39] comes Paiarensis,[40] Sig+num Arnallus Berengario.[41] Sig+num Berenger Arnall.[42] Sig+num Ramon

Arnall.[43] Sig+num Bernard Arnall.[44] Sig+num Pere Bertran de Montpalad.[45] Sig+num Berenger de Graniana.[46]

Bernardus sac[er]dos,[47] qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* quo supra.[48]

1. B *comença:* [Hoc est translatum] fideliter translatatum. 2. nomine eterni regis C. 3. sanctę militię C. 4. Iherosolimitate *al text*; Iherosolimitani C; Iherosolimitane D. 5. Solomonis *al text*; Salomonis C *i* D. 6. Rodberti C. 7. Ugonis C. 8. munistissimum kastrum C. 9. Barberanum C; e *volada corregeix* a, *sense cancel·lar.* 10. Kastrum C. 11. Kastrum C. 12. Deus ibi C. 13. illi C. 14. Granana C. 15. milicę suę C 16. predictę C. 17. quod superius scriptum est C. 18. ibi Deus C. 19. kastris C. 20. que C. 21. ad *omet* C. 22. dictę militię C. 23. usatica C; *la darrera* a *corregeix* [i]. 24. quem in eo C. 25. ego *omet* C. 26. ospitium C. 27. aut emendi *omet* C. 28. locis ubicumque populi habitent C. 29. animabus patris et matris meę et mea C. 30. oblationem C. 31. persona C. 32. vitę C. 33. dampnationem incurrat C. 34. octubris C. 35. Dominicę C. 36. XXXII C. 37. Ermengaudi comitis C. 38. ceterosque firmare C. 39. Arnalli Mironis C. 40. comitis Palariensis C. 41. Arnalli Berengarii C. 42. Berengarii Arnalli C. 43. Raimundi Arnalli C. 44. Bernardi Arnalli C. 45. Petri Bertrandi de Mont Palaz C. 46. Berengarii de Grannana C. 47. *Manca*. 48. Bernardus sac[er]dos, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra *omet* C, *que anota:* Raimundus sacerdos eiusdem milicię, qui hanc traletravit. — B *acaba:* Sig(*signe*)num Guillelmi […] qui hoc translatum scrip[sit fideliter] idus decembris, anno Domini Mº Cº LXXXIIIIº cum litteris superpositis in linea I et III […].

653

1132, octubre, 16

Convinença. *Gausbert de Peralada, Ramon de Torrelles i el seu germà Eimeric posen Peralada sota la custòdia i batllia de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, i aquest, a canvi, els renova el feu de Prats, que Gausbert ja tenia.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 15 (*olim* arm. 4 Girona, sac B, núm. 287), 191 × 369 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

B Trasllat del mes de desembre de 1201. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 15 tripl. (*olim* arm. 4 Girona, sac B, núm. 289), 269 × 401 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

C Trasllat del 15 de març de 1204. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 15 quadrupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac B, núm. 290), 270 × 513 mm. Bon estat de conservació.

D Trasllat del mes de març de 1204. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 15 dupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac B, núm. 288), 227 × 373 mm. Bon estat de conservació.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 94. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 27, 40.

Sit[1] notum omnibus quoniam hec est[2] conveniencia que est facta inter Raimundum Berengarii,[3] comitem Barchinonensem, et Gaucbertum de Peralada et Raimundum de Torreies et Eimericum fratrem eius. Nos igitur supradicti Gaucbertus scilicet et Raimundus atque Eimericus frater meus mitimus tibi Raimundo iamdicto, comiti Barchinonensi, nostram villam que vocatur Peralada in custodia et in baiulia tua et in defensione; et donamus inde tibi baiuliam cum omnibus in se existentibus vel ad se qualicumque modo pertinentibus et cum omnibus suis terminis et apendiciis, cum hominibus et feminabus qui ibi nunc permanent vel in antea ibi sunt permansuri. Tali videlicet modo ut tu prephatus Raimundus, comes Barchinonensis, et tui successores habeatis ibi intrare et exire et guerreiare contra omnes homines et feminas, tu et omnes tui quibus mandaveris per tuam faciendam. Et nos, cum nostris hominibus et cum nostra villa Peralada, valeamus tibi et adiuvemus contra omnes homines[4] et feminas per fidem, sine engan. Et ego Raimundus Berengarii, comes Barchinonensis predictus, propter istam baiuliam quam vos prescripti[5] michi donatis et propter hanc convenienciam quam michi facitis, imparo et recipio vos omnes et villam vestram Peralatam, cum omnibus terminis suis et pertinencias, in custodia et in baiulia mea et in defensione, cum omnibus habitatoribus suis,[6] contra omnes homines vel feminas, per fidem, sine engan. Et propter hoc ego Raimundus Berengarii, Barchinonensis comes, dono vobis ia[m] dictis ipsum fevum de Pratis quod tenet Gaucbertus per me, ut habeatis illud solide et libere ad fevum per me, sine ullo retentu alicuius mei baiuli, ad meum servicium.[7] Si qua autem ex utraque parte persona hoc disrumpere temptaverit, nichil proficiat, set in duplum componat. Et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore.

Factum est hoc XVII kalendas novembris, anno XXV regni Ledovici regis.

Signum+ Raimundi comes, qui hoc recepit et laudavit, firmavit et firmari[8] rogavit.

Sig+num Gaucberti de Peralada, Sig+num Raimundi de Torreies, Sig+num Eimerici, qui hanc convenienciam et donum ipsius baiulię fecerunt et firm[av]erunt testesque firmare iusserunt.

Sig+num Raimundi Renardi de ipsa Rocha. Sig+num Berengarii[9] Bernardi[10] dapiferi. Sig+num Mironis de Luciano. Sig+num Raimundi de ipsa Rocha. Sig+num Petri Raimundi de Mata.[11] Sig+num Berengarii de Lercio. Sig+num Petri Nebod. Sig+num Bernardi Raimun-

di de Arens. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Bernardi Guillelmi de Luciano. Sig+num Perela. Sig+num Poncii de Cervera.[12]

Sig+num Poncii, notarii comitis, qui hoc scripsit die et anno prescripto.[13]

1. C *i* D *comencen:* Hoc est translatum fideliter translatatum. 2. est *ometen* C *i* D. 3. Berengarii *ometen* C *i* D. 4. homines *repetit.* 5. supradicti C *i* D. 6. B *segueix* et. 7. *La primera* i *afegida a la interlínia.* 8. firmavit firmarique B, C *i* D. 9. a *corregeix* b. 10. Berenardi *al text*. 11. Matta B, Matia C *i* D. 12. C *i* D *ometen la clausura de l'escrivà i acaben:* Inferius subscribentes firmaverunt translatum istud: Guillelmus, Ausonensis episcopus (*senyal*). Ego magister Vitalis, Ylerdensis canonicus, sub(*senyal*)scribo. Si+gnum magistri Petri de Belchit. + Petru, Ausonensis sacrista. Sig+num Petri de Torrezela, testis. Sig+num Arnaldi de Lercio. 13. B *acaba:* superpositis litteris in linea nona. Sig+num Petri de Blandis, notarii domini regis, qui hoc translatum fideliter scripsit in Petralata, sub anno Domini Mº CCº Iº, mensis december, dominica secunda ante festum beati Thome, in presencia et in testimonio subscriptorum. Et est manifestum quod originale instrumentum istius translati remansit apud dominam Mariam de Petralata. Sig+num Marie, domine de Peralada. Sig+num Guillelmi de Rivo de Piris. Sig+num Guillelmi de Villa de Cols. + Petrus, Ausonensis sacrista. — C *segueix i* D *acaba:* Sig+num Petri scriptoris, qui hoc translatum scripsit apud Peraladam, mense marcii, sub anno Domini Mº CCº tercio. — C *acaba:* Bernardus Stephani, qui hoc anno Domini millesimo CCº IIIº, idus marcii, fideliter translatavit (*senyal*). Sig+num Petri Raimundi de Villa de Magno, sig+num Raimundi de Angles, sig+num Martini de Vicco, sig+num Bernardi de Monte Acuto, qui hoc translatum fideliter factum vidimus et audivimus et inde testes existimus.

654

[c. 1132]

Greuges. *Bernat Pere, batejat, reclama diversos béns a Arnau Pere.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, carp. 346, núm. 3484, 130 × 115 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

a MIRET, *Pro sermone plebeico*, p. 108.

Datem per l'altra única referència a Bernat Pere, batejat. Vegeu el document núm. 647.

Breve vel querimonia que habuit Bernardus Pere, babtidad, de Arnal Pere. Primum, X parilios gallinas et V parilios occas; et camisas VIII de lin obtimas et unas bragas et una savana obtima et unum mantel de divit et unes pels de cabridis et guadengas III et I guat et I borac et unes mapas et unes tovaies et flads III de lin; [et] parilios I anades; et estopa de lin I cova; et caseos VIII obtimos; et quartera I et sedacos II obtimos et excudeles IIII et duos coltels; et dues goneles de fembra obtimes et una de omine et I plomac et I choreg et I borsa; et VII dineres et I tosoras et I cavadel et I una rasora et IIII fauces.

655

1133, gener, 3

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, amb l'aprovació dels seus barons, dóna a l'orde del Temple el castell de Barberà de la Conca, en mans d'Arnau de Bedós i d'Hug Rigald.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 27 dupl., 169 × 270 mm. Bon estat de conservació malgrat algun petit forat.

C Trasllat del final del segle XII fet per Ramon, sacerdot del Temple. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 27 (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 358), 191 × 331 mm. Bon estat de conservació.

D Còpia del final del segle XII. Barcelona, AD, Cartulari de Barberà, f. 7r, doc. 8.

E Trasllat del 10 de desembre de 1254 fet per Guillem de Sant Pere, ex *A*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 27 tripl. Bon estat de conservació.

a *CODOIN*, IV, doc. VI.

b D'ALBON, *Cartulaire*, núm. LXX (amb data del 3 de gener de 1134), p. 53.

c SANS I TRAVÉ, *Col·lecció diplomàtica*, núm. 28, pp. 103-104.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 359. — BOFARULL, *Los condes,* II, p. 198. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 20.

Hem datat el document tot seguint la cronologia del rei Lluís VI, en la qual l'any XXV del seu regnat no es correspon amb l'any de l'Encarnació indicat en el document, ni pel sistema florentí ni pel pisà.

In[1] Dei eterni regis nomine.[2] Ego Raimundus Berengarii, Dei gratia Barchinonensis comes et marchio, dono etiam omnipotenti Deo, redemtori meo, et sancte[3] milicie[4] Templi Ierosolimitane[5] Salomonis, cum asensu[6] et confirmacione et cum laudamento baronum meorum, in manu eiusdem Arnalli de Bedocc[7] et Ugonis Riguadi,[8] confratris[9] societatis eorum, quoddam kastrum nomine Barberano, in nostra marchia contra sarracenos, cum milibitus qui ipsum kastrum per me habent, et cum omnibus ad idem chastrum[10] pertinentibus, et cum terminis et possessionibus suis et totam dominacionem, cum serviciis et usaticis suis, sicut melius ibi Deus dederit vel ego habere debeo, ut libere et[11] sine diminucione et sine blandimento ullius hominis presentes confratres et succesores[12] eorum, quando illi venerint et steterint cum armis in Graniana[13] aut in predicta marchia ad defensionem Christianitatis secundum institucionem ordinis milicie[14] sue,[15] habeant hec omnia predicte milicie[16] quod superius scriptum est, cum augmentacionibus quas Deus ibi[17] dederit, et disponant in perpetuum. Hec[18] quippe omnia dono pro anima patris mei et matris mee et mea ut Deus omnipotens dirigat actus meos et faciat me venire in suo servicio ad bonum finem

et peccata et offensiones clementer dimitat.[19] Hanc itaque voti mei oblacionem, si qua in crastinum cuiuscumque dignitatis aut mediocritatis persona violare temptaverit, nisi cito se contraxerit, deleatur nomen eius de libro vite[20] et cum Anania et Saffira,[21] voti sui fraudatoribus, damnacionem[22] incurrat.

Signum+ Raimundi comes, qui hoc donum punctatim[23] firmavit ceterisque firmari rogavit.

Actum est hoc III°[24] nonas ianuarii, anno Dominice[25] Incarnacionis C tricesimo IIII°[26] post millesimum, anno XXV regnante Leudovici regi.[27]

Bernardus vicecomes +. Sig+num[28] Raimundus, Dei gratia Ausonensis episcopus.

Sig+num Guillelmi Raimundi, dapiferi. Sig+num Reiamballdi de Baselia.[29] Sig+num Berengarii de Kerallt.[30] Sig+num Guillelmo[31] Raimundi de Pugallt.[32] Sig+num Petri archilevita.[33] Sig+num Raimundi de Rocha. Sig+num Berengarius[34] Bernadi, dapifer. Sig+num Arnallus[35] Berengarii de Anglerola. Sig+num Berengarius Bernadi de Graniana.[36] Sig+num Deusdedit.[37] Sig+num Berna[r]di[38] Guillelmi de Luciano.[39]

Bernardus sacerdos, qui hoc scribsit die et anno *(senyal)* quo supra.[40]

1. E *comença:* Hoc est translatum quod fideliter fuit factum quod sub istis verbis fideliter continetur. 2. In Dei nomine eterni regis C. 3. sancti *al text*; sanctę C; sancte D; sancti E. 4. milicię C; milicie D *i* E. 5. Ierosolimitate *al text*; Iherosolimiyanę C; Iherosolimitane D; Ierosolimitate E. 6. assensu C, D *i* E. 7. Bedoz C *i* D; Bedocc E. 8. a *corregeix* d; Riguddi E. 9. cumfratris *al text*; confratris C *i* D; cumfratris E. 10. kastrum C; castrum D; chastrum E 11. et *afegit a la interlínia*; liberet E. 12. successors C, D *i* E. 13. et steterint in Granana cum armis C. 14. *La primera* i *afegida a la interlínia.* 15. militię suę C. 16. *La primera* i *i* ci *afegits a la interlínia*; predictę militię C. 17. quas ibi Deus C. 18. Hęc C. 19. dimittat C *i* D. 20. vitę C. 21. Saphira C *i* D. 22. dampnacionem C, D *i* E 23. punctatum E. 24. III D. 25. Dominicę C. 26. IIII D. 27. Anno XXV regnante Leudovici rege *omet* C, *que, a continuació, copia:* Signum+ Raimundi comes, qui hoc donum punctatim firmavit ceterisque firmari rogavit. 28. Sig+num *omet* C. 29. i *afegida a la interlínia.* 30. Cheralt C *i* D. 31. Guillelmi C. 32. Pugalt C *i* D. 33. Signum+ Petri archilevita. Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Reamballi de Basella. Sig+num Berengarii de Cheralt. Sig+num Guillelmi Raimundi de Pugalt C. 34. Berengarii C. 35. Arnalli C. 36. Sig+num Berengarii de Granana C. 37. Deusde C. 38. *Manca*; Bernardi C. 39. de Luca C. 40. Bernardus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra *omet* C, *que en el seu lloc posa:* Raimundus, eiusdem militię sacerdos, qui hanc transletravit; E *afegeix a continuació:* Actum est hoc IIIIº ydus decembris, anno Domini Mº CCº Lº IIIIº. Ego Guillelmus de Sancto Petro, qui hoc fideliter translatavit et meum sig(*senyal*)num posui.

NOGUERA

656

1133, març, 5

Donació. *Ramon Arnau de Bedors, amb el consentiment dels seus fills Pere, Guillem i Bernat, dóna a l'orde del Temple, mitjançant el seu fill Arnau, que n'és confrare, un mas situat a Sant Sadurní de Planeses, al lloc anomenat Montalt, el mas Costa, al mateix lloc, l'alou que té a Buc i el mas de* Villa Rabiosa *amb les seves tinences, situats respectivament a Sant Julià de Vilatorta i Folgueroles, i l'alou que té a Formigons.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 16, 130 × 378 mm. Estat de conservació regular a causa d'alguns forats, estrips i taques d'humitat que afecten la meitat dreta del pergamí.

Pateat cunctis hanc scripturam legentibus vel audientibus quoniam ego Raimundus Arnalli de Bedos, assensu et consilio filiorum meorum Petri et Guillelmi atque Bernardi, dono omnipotenti Deo et Sancti Ierosolimitani Templi milicie, in potestate Arnalli filii mei, qui eiusdem milicie est confrater, aliquid de meo alodio francho, ipsum videlicet mansum cum omni sua mansata et tenedonibus, quem habeo et teneo in parroechia Sancti Saturnini de Planees, in loco quem vocant Montem Altum; et ipsum de Costa cum omni sua mansata et tenedone, sicut melius Baronus ibi habuit et tenuit per patrem meum Arnallum; et totum ipsum alodium quod habeo in loco vocitato Bugo; et etiam ipsum mansum de Villa Rabiosa cum sua tota mansata et tenedonibus quas predictus mansus habet in parroechiis Sancti Iuliani de Villa Torta et Sancte Marie de Folgeroles;[1] et totum ipsum alodium quod habeo in loco qui[2] vocatur Furmigons,[3] propter remedium anime mee et parentum meorum. Et sic [de me]o iure et potestate in ius et dominium omnipotentis Dei et gloriosi Ierosolimitani Templi milicie trado predicta omnia alodia ab integro atque pono solide et libere[4] perpetim habendum et possidendum, sine vi[nculo] et b[lan]dimento ullius viventis. Et est manifestum. Quam donationem si quis infringere temptaverit, nihil proficiat, sed dupliciter omnipotenti Deo et predicte Templi milicie in consimili loco componat. H[ec scri]ptura firmiter persistente.

Acta donatione III nonas marcii, anno XXV regni Ludovici regis.

Sig+num Raimundi Arnalli, Sig+num Petri, Sig[+nu]m Guillelmi, Sig[+nu]m Bernardi, filiorum eius, qui hanc donationem scriceri[5] fieri iussimus, firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Geralli de Rupiano.[6]

(Senyal) Petrus Guillelmi presbiter, qui hoc rogatus scripsi, cum litteris suprascriptis in linea VI, die annoque prefixo.

1. *La primera* o, *volada*, corregeix [i], *sense cancel·lar.* 2. i *corregeix* e. 3. r *afegit a la interlínia.* 4. solide et libere *afegit a la interlínia*. 5. *En lloc d'*scribere. 6. u, *afegida a la interlínia, corregeix* a.

657

1133, març, 12

Empenyorament. *Berenguer de Sant Hilari empenyora al monestir de Santa Maria de l'Estany el mas de la Vall, a Castellterçol, per deu morabatins. Si els retorna abans de morir, disposa que s'utilitzin per fer cremar una llàntia a l'altar de Santa Maria, del mas de la Vall.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 17, 113 × 202 mm. Bon estat de conservació.

In Christi nomine. Ego Berengarius de Sancto Ilario donator sum domino Deo et ecclesie Sancte Marie Stagni. Per hanc scripturam donacionis dono namque ibi[1] ipsum meum mansum qui vocatur[2] de ipsa Valle, quem habeo in terminio Castri Tercioli, in parrochia Sancti Fructuosi. Sicut ipsum ego melius habeo et habere debeo et teneo, sic dono prelibate ecclesie per suum francum[3] alodium ad suas facere voluntates, cum omnibus pertinenciis et affrontacionibus, ingressiis et regressibus seu agecensiis[4] omnibus ad eundem mansum pertinentibus, et cum hominibus et feminis qui modo ibi sunt et in perpetuum habitaverint, hoc totum integriter dono prenominate ecclesie et clericis ibi Deo servientibus. Et accipio pro hac donacione de sepedicta ecclesia X morabetinos. Tali conventu quod si ego, antequam moriar, reddiero iamdicte ecclesie X morabetinos, familiarii [quoque] sui[5] ardeant semper I^{am} lampadam ante altare Sancte Marie de ipso manso qui vocatur de Valle. Si quis autem hanc cartam donacionis[6] dirrumpere[7] voluerit, nil valeat, set si fecerit in duplo componat. Et postea maneat firmum.

Actum est hoc IIII idus marci, anno XXV regnante Ledovici regi.

Sig+num Berengari de Sancto Ilario, qui hoc donum facio et testes firmari rrogo. Sig+num Sancia. Sig+num Geralli. Sig+num

Raimundi. Sig+num Petri Castri Tercioli. Sig+num Raimundi de Plandolit. Sig+num Ponci de Plandolit.

Martinus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quod *(senyal)* supra.

1. ibi *afegit a la interlínia*. 2. oc *corregeix* [er]. 3. r *corregeix* a. 4. *La segona* e *corregeix* [i]. 5. sui *afegit a la interlínia*. 6. na *afegit a la interlínia*. 7. dirrumperre *al text*. *En lloc de* disrumpere.

658

1133, març, 29

Definició. *Enard i Pere renuncien a favor dels seus germans Berenguer, abat de Sant Feliu de Guíxols, i Galceran als drets sobre els castells de Cartellà i Tudela i sobre la resta de l'honor del seu pare Arnau Guillem, a canvi de diversos feus i honors.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 18, 149 × 266 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, ff. 7d-8a.

C Trasllat del 13 de gener de 1283. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 18 dupl., 188 × 281 mm. Bon estat de conservació.

a *CODOIN*, IV, pp. 325-326.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum,* I, doc. 11.

Cit. BISSON, *L'impuls,* p. 50.

Hoc[1] est placitum factum inter Berengarium, abbatem Sancti Felicis, et Gaucerandum atque Aienardum[2] et Petrum, fratres. Donant prescripti Berengarius[3] et Gaucerandus, Aienardo[4] et Petro, eorum fratribus, per hereditatem, ipsum honorem quod tenent in dominio, sicut continet ipsa strada quę transit inter ecclesiam Sancti Felicis de Cartiliano et mansum qui vocatur de Frabega, et pergitur ad ecclesiam Sanctę Cecilię de Monte Calvo et usque ad ipsum Olmel, et sicut continet versus meridiem ab ipsa strada publica quę[5] vadit ad Gerundam et transit per villam de Frugel, et cingit villam de Frexaned et pergitur usque ad pontem. Quantum prenotati fratres Berengarius et Gaucerandus habent et tenent infra prefatum[6] terminum in dominio, totum donant suis fratribus prescriptis, Aienardo[7] et Petro, votive et potentialiter, per hereditatem, exceptis ipsis fevis quos cavallarii tenent per illos et excepto honore ipsius castellani de Cartiliano, et excepto ipso prad et frexaneda,[8] et excepta ipsa connamina quem vocant de ipso puteo. Tali modo donant eis supradictum honorem ut non impignorent[9]

neque vendant aut aliquo modo alienent nisi cum eorum consilio. Diffiniunt vero eis omnibus modis, solide et libere, ipsum honorem de Fenestras et de Folgos. Iterum donant eis ipsum fevum quod tenent per Dalmatium de Petra Taiada[10] et comendant eis ipsum castrum de Begur cum castellano, tali modo ut sint illorum fidelissimi homines et adiutores ad tenere et defendere atque gerreiare[11] omnem illorum honorem omni tempore, contra cunctos homines vel feminas. Et ipsi Aienardus[12] et Petrus diffiniunt eis et evacuant omnibus modis, sine ullo retentu,[13] ipsum castrum de Cartiliano et ipsum de Todela cum omnibus ad se pertinentibus; et diffiniunt eis omnem alium honorem qui fuit Arnalli Guillelmi, patris eorum: alodia, fevos et baiulias quę[14] ipse visus[15] est habere et possidere quocumque loco vel tempore omnibus modis, per fidem rectam, sine engan. Item nos, suprascripti Berengarius et Gaucerandus, convenimus vobis, Aienardo[16] et Petro predictis, ut ipsum honorem quem habemus et tenemus in dominio ab ipso manso de Agual usque ecclesiam Sancti Vincentii de Canned,[17] et ab ipso flumine qui vocatur Petrola usque ad ipsum flumen Tornavels et usque ad ipsum mansum Guillelmi Poncii de Verdaria, non vendamus neque impignoremus aut aliquo modo encombremus nisi cum vestro consilio.

Actum est[18] hoc IIII kalendas aprilis, anno XXV regni Ludovici regis.

+ Berengarius*, Sancti Felicis abas.[19] Sig+num Gaucerandi. Sig+num Aienardi.[20] Sig+num Petri.

Sig+num Guillelmi Sancti Mauricii. + Raimundi de Pontibus* atque Sancti Felicis sacriste. Sig+num Berengarii Tort. Sig+num Raimundi Mironis.

(Senyal) Bernardus yppodiachonus, qui hoc rogatus scripsi die et anno quo supra.[21]

1. B *comença:* Hoc est tran[s]latum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. 2. Bernardum B. 3. Berengariis B. 4. et Bernardus B. 5. que B. 6. prephatum B. 7. Bernardo B. 8. frexeneda. 9. impignorem B. 10. Tayada B. 11. deffendere atque gerreiiare B. 12. Bernardus B. 13. omnibus modis, solide et libere retentu B. 14. que B. 15. iusus B. 16. Bernardo B. 17. Caned B. 18. e *corregeix* h. 19. + Berengarii, Sancti Felicis abatis, B. 20. Bernardi Bernardi B. 21. B *acaba:* Sig+num Bartholomei Marchi, notarii. Sig+num Petri Marchesii, notarii. Sig+num Bartholomei de Sanahugia, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali instrumento, et cum eo de verbo ad verbum comprobatum, scribi fecit et clausit idus iannuarii, anno Domini Mº CCº LXXXº secundo.

NOGUERA

659

1133, abril, 1

Donació. *Maiença i el seu fill Guillem de Cornellà donen a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i de Besalú, el castell de Cornellà de Terri, tal i com el tingué Guillem Bernat, espòs i pare seu respectivament.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 20 (*olim* arm. 4 Girona, sac H, núm. 470), 101 × 334 mm. Bon estat de conservació.

C Trasllat del 27 de setembre de 1266. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 20 dupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac L, núm. 528), 147 × 218 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 29, 40.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Maientia femina et filius meus Guillelmus donatores sumus tibi Raimundo Berengarii, Barchinonensium ac Bisullunensium[1] comiti. Per hanc donationis nostre scripturam donamus tibi ipsum nostrum castrum de Corneliano cum omnibus suis alodiis et fevis et e[ti]am baiuliis in quibuscumque sint locis, et cum omnibus suis terminis et pertinentiis et cum omni honore sibi pertinenti et cum omnibus in se[2] existentibus vel ad se qualicumque modo pertinentibus, sicut melius dici vel nominari potest, ad tuam utilitatem et proficium. Et sicut Guillelmus Bernardi, maritus meus, predictum castrum mihi tradidit per legalem tradicionis scripturam et sicut idem Guillelmus Bernardi Iherosolimam tendens[3] illud idem castrum mihi Guillelmo donavit, commendans inde mihi suos hominess, sic, sine ullo retentu quem ibi non facimus, donamus et de nostro iure in tuum dominium et potestatem predictum castrum tradimus, ad faciendum ibi et inde quicquit tua gratuita voluntas elegerit. Si quis contra hanc donationem venerit ad irrumpendum, non valeat vendicare quod requisierit, set componat tibi predictum castrum in duplo in consimili loco. Hac[4] donatione firmiter persistente.

Que est acta die kalendarum aprilis, anno XXV regni Lodovici regis.

Sig+num Maientię feminę,[5] Sig+num Guillelmi filii eius, qui hanc donationem fecimus, firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Raimundi Renardi.[6] Signum Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Petri Bertrandi de Bello Loco. Sig+num Arberti de Castro Vetulo. Signum Raimun-

di de ipsa Roca. Sig+num Petri de Palacii. Sig+num Berengarii de Pelafols. Sig+num Raimundi Dalmacii de Midiniano. Sig+num Reambaldi de Basilia. Ademarus de Mata. Sig+num Gaufredi de Cerviano. Gaucefredus* levita +. Ista suprascripta Bernardus firmo sacrista.

Sig+num Poncii notarii, qui hoc scripsit die et annoque prescripto.[7]

1. Barchinonencium ac Bisulunencium C. 2. se *afegit a la interlínia a* C. 3. tentedns C. 4. ac C. 5. Maientie femine C. 6. Rainardi C. 7. C *acaba:* Ego Raimundus Torrent, mandato Raimundi Eimerici fideliter atque legaliter hoc translatum translatavi ab originale instrumento, puncto ad punctum, verbo ad verbum, nichil addens vel minuens, videntibus et legentibus tribus testibus advocates, videlicet Bernardo Iausberti et Bernardo Jaume et Raimundi Nicholai, qui omnes hoc translatum et originale instrumentum viderunt et legerunt et ita bene convenire invenerunt, V kalendas octobris, anno Domini Mº CCº LXº VIº, et suprascripsi in IIIª linea *se*. Raimundus Eymerici, scriptor publicus Perpiniani, subscripsit et hoc sig+num fecit.

660

1133, abril, 1

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i de Besalú, encomana a Guillem de Cornellà el castell de Cornellà de Terri, a canvi que sigui home soliu seu i d'una alberga anual de cent cavalls.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 19 (*olim* arm. 4 Girona, sac H, núm. 419), 258 × 410 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 376-377. — KOSTO, *Making agreements,* p. 257. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 27, 99. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 52.

Hec est conveniencia que est facta inter Raimundum Berengarii, Barchinonensium ac Bisullunensium comitem, et Guillelmum de Corneliano. Comendo siquidem ego Raimundus Berengarii comes tibi Guillelme de Corneliano ipsum meum castrum de Corneliano cum omni suo honore et dono tibi ipsum fevum comitale quod dominus prędicti castri per manum comitis solitus est habere. Supradictam comendacionem et donum facio tibi eo pacto ut sis inde meus solide contra cunctos homines et feminas, sicut homo melius et solidius debet esse de suo meliori seniore, et quod dones michi potestatem de predicto Corneliano per quantas vices eam tibi quesiero, per me aud per meum nuncium vel nuncios, iratus aud paccatus, cum forifactura et sine forifactura, et non vetes te videri vel comoneri et nuncius vel nuncii mei de te vel de tuis reguardum non habeant, et facias inde michi ostes[1] te tercio cum

tuo conducto. Hac iterum condicione supradictam comendacionem et donum tibi facio ut per singulos annos inde michi dones albergam centum equis et nichilominus facias michi curtes et placitos et seguias. Et ego iamdictus Guillelmus de Corneliano, propter supradictam comendacionem et donum, convenio tibi domne Raimunde Berengarii, Barchinonensium et Bisullunensium comiti, quod sim deincebs solide tuus fidelis homo et ut omnia suprascripta tibi fideliter atendam.

Acta conveniencia[2] die kalendarum aprilis, anno XXV regni Ledovici regis.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Guillelmi Bernardi de Corneliano. Sig+num Maiencię matris eius, qui hanc convenienciam laudo et firmo.

Signum+ Guillelmi de Castelvetulo. Sig+num Arberti fratris eius. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Raimundi de ipsa Rocha. Sig+num Petri Bertrandi de Bello Loco. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Raimundi Dalmacii. Sig+num Petri de Palacio*.

Sig+num Poncii notarii, qui hoc scripsit die annoque prescripto.

1. s *corregeix* m, *expuntuada.* 2. *Segueix* et, *expuntuat.*

661

1133, maig, 1

Establiment. *Pere, abat de Sant Joan de les Abadesses, estableix a Arnau de Riba la dominicatura de* Rivo Putente *[a la vall de Ripoll] per plantar-la de vinya, amb la condició que doni al monestir la meitat del vi. Arnau paga tres sous de Besalú en concepte d'entrada.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 21, 71 × 287 mm. Bon estat de conservació.

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 360-361.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 693-694.

Sit manifestum cunctis viventibus quod ego Petrus, abbas Sancti Iohannis, cum comuni volumptate fratrum meorum dono tibi atque concedo Arnallo de Ripa omnique posteritati tuę ipsam dominicaturam de Rivo Putente, quę iacet libera et inculta. Hoc autem sub tali conditione facimus ut bene hedifices eam et plantes et dones Sancto Iohanni medietatem vini quod inde egredietur.

Propter hanc donationem III solidos denariorum accepimus a te, bisildunensis monete. Si quis autem hanc cartam donationis inrumpere aut infringere temptaverit, facere non valeat, sed in duplo componat.

Actum est hoc kalendas mai, anno XXºVº regni[1] Leudovici regis.

Sig+num Petri abbatis, qui hanc cartam donationis firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Berengarii Arnalli. Sig+num W[illelmi] Arnalli, custodis sacrorum. Sig+num Petri Arnalli, baiuli. Sig+num Dalmaci de Redonela. Sig+num Petri Guillelmi de Prato. Sig+num Arnalli Guifredi. Sig+num Arnalli de Vinea.

Arnallus levita, qui scripsit hoc sub *(senyal)* die et anno prefixo.

1. i *afegida a la interlínia.*

662

1133, maig, 18

Establiment. *Els esposos Berenguer i Eliarda estableixen a Carbonell i a la seva muller Maria quatre peces d'alou i una de vinya, un farraginar, unes cases i un hort, a les Oluges, excepte una peça que és a Palaus, a Vallfogona de Riucorb, a canvi d'un cens de dues gallines, dues fogasses i un quarter de vi.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 22, 103 × 416 mm. Bon estat de conservació malgrat una taca d'humitat a la part dreta.

a BOFARULL, *Los condes,* II, pp. 157-158.

In Dei nomine. Ego Berengarius et uxor mea Illiardis donatores sumus vobis Carbonel et uxori tue Marie. Per hanc scripturam donacionis nostre donamus nos vobis pecias IIIIor de aloudio et peciam unam vineę et uno feragenal ad ipso moli et casas et casalibus, cum era et columbario, et uno orto, que nobis advenit predicta omnia de parentorum vel qualique voces. Et est hec omnia in comitatu Birguitano, in villa sive in terminos de castro Oluie; excepto peciam unam de aloudio qui est ad ipso Palacio de Valle Facunda. Et afrontat de una parte in estrada que pergit ad Gimara, de alia in via que pergit ubique, de tercia in torrente de Saniol, de IIIIa vero in alod de Bernard Guillelm. Alias IIas pecias sunt ad Argilosa. Et una pecia afrontat de parte orientis et de meridie in alode de Baraces, de circi in alod de Pere Ber-

nad, de occiduo in ipsa via. Et alia pecia afrontat de orientis in vineas de Gonball, de meridie in alod de Baraces, de circi et de occiduo in alod de Pere Guillelm Alarig. Et alia pecia que est ad ipsa Lobatera afrontat de orientis in alod de Basella, de meridie in alod de Ramon Guillelm, de occiduo in alod de Berenger, de circi in alod de Ponc Arnal. Et ipsa vinea est a Comabella et afrontat de orientis in vinea de Ramon de Pilots, de meridie in plan de Ferro, de occiduo in strada, de circi in vinea de Mir Chuc. Quantum predicte afrontaciones includunt, sic donamus nos vobis ab integrum, cum exiis et regressiis eorum, ad vestrum proprium aloudem, ad vos et posterita vestra. Et faciatis servicium ad nos et posteritas nostra per unumqueque annum gallina II et fogaces II et quarter I de vino. Et non eligatis ibi vos nec vestri alium seniorem nisi nos et posterita nostra. Et est manifestum. Quod si nos donatores aut uullus[1] homo vel femina qui ista carta inrumpere cogerit aut inquietare voluerit, in duplo vobis componat. Et in antea ista carta firmanea[2] omnique tempore.

Facta carta donacionis XV° kalendas iunii, anno XXV° regnante Leoduvico[3] rege.

Sig+num Berengario, Sig+num Illiardis, nos qui ista carta iussimus scribere, manibus nostris firmavimus et ad testes firmare rogavimus.

Sig+num Geral. Sig+num Bernard. Sig+num Pere Girbert. Sig+ Laurencii.

Wilelmus sacerdos, rogatus scripsit die et anno *(senyal)* quod supra.

1. *En lloc d'*ullus. *La segona* u *corregeix* a. 2. *En lloc de* firma permaneat. 3. v *afegida a la interlínia.*

663

1133, juliol, 10

Dotació. *Bernat Amat i Almodis, vescomtes de Cardona, com a dot del seu fill Ramon Folc per a ingressar a l'orde del Temple, per l'ànima del seu fill Guillem i pel perdó dels seus pecats, concedeixen a l'esmentat orde una somada de sal de Cardona cada setmana.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 23, 123 × 267 mm. Estat de conservació regular a causa d'alguns petits forats i taques d'humitat a la part superior.

Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus quam et futuris, q[uoniam] ego Bernardus Amati vicecomes et coniux[1] mea vicecomitissa nomine na Almus donatores sumus domino Deo et sancte militię Templi Iherosolimitani, cum filio nostro Raimundo Fulchone, pro anima filii nostri Willelmi et propter remissionem peccatorum nostrorum, omni anno, per unamquamque ebdomadam, somadam salis unam. Ut Dominus omnipotens propitius sit peccatis filii nostri nostrisque [di]gnetur placare criminibus et nobis omnibus premium eterne vite tribuere dignetur ac dirigat actus nostros in omni opere nostro, dum in hac vita fuerimus. Hanc vero do[na]tionem tali facimus modo, dum sal cucurrerit et sancti eam acceperint aut aliquis castellanus eam acceperit, ut nullo modo illi pretereant supradicta donatio, sicut superius remoratur. Quod si quis hanc cartam donationis voluerit irrumpere, non hoc valeat vendicare, sed in duplo componat. Scriptura manente omni tempore firma.

Actum est hoc VI idus iulii, anno Dominice Incarnacionis C tricesimo III post millesimum.

Sig+num Bernardi Amati vicecomitis, Sig+num na Almus coniugis eius, Sig+num Raimundi filii eius, Bernardus* vicecomes Signum+, nos omnes supradicti qui hanc donationem fecimus et firmavimus testesque firmare rogavimus.

Sig+num Wilelmi Bernardi de Dua Castella. S[ignum] Berengarii. [Sig]+num Bernardi de Cardona. Sig+num Raimundi Wilelmi de Boxadoss. Sig+num Berengarii.*

Berengarius sacerdos et monachus, qui hoc scripsi die et anno quo supra +.

1. u *corregeix* t.

664

1133, juliol, 13

Testament. *Guillem Humbert de Rocafort i la seva esposa Rodlenda atorguen testament. Fan diversos llegats a esglésies i monestirs, a la seva filla, als seus néts i a altres persones i nomenen hereu el seu fill Bernat.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 14 d'agost de 1133. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 35, 310 × 443 mm. Bon estat de conservació malgrat una taca d'humitat que n'afecta més de la meitat superior.

Cit. BISSON, *L'impuls,* pp. 50, 51. — MAS, *Notes històriques,* II, p. 56.

Scripturarum series declarat ut qui vult eternum evadere suplicium in viam salutis preparet unde ad in eternam leticiam pervenire valeat. Ob hoc, igitur, ego Guillelmus Umberti iaceo in egritudine et timeo mori ideoque ego, simul cum uxor mea nomine Rodlen facimus hunc nostrum testamentum, ut si mors nobis advenerit antequam alium faciamus, potestatem habeant manumissores nostri, id sunt, illum de nobis ambobus qui alium supervicxerit et Bernardus filius nostri et Bernardus de Talamacha atque Arberto fratre suo necnon et Guillelmus Amati et Raimundus Arnalli, ut ipsi habeant potestatem distribuendi omnes res nostras sicut hic scriptum invenerint. In primis, mandamus ut qualicumque de nobis primus obierit, accipiant iamdicti manumissores de omnes res nostras terciam partem et de ipsam faciant inde tres partes et dividant eas secundum nostrum mandatum. Dimitto ego, suprascriptus Guillelmus, corpus meum cenobio Sancti Benedicti ut ibi sepeliatur; simul cum tercia pars de ipsam meam terciam partem. Et dimittimus Ospitali Iherosolimitano et Cavalleria centum solidos quos nobis fidavit Martel per Raimundus Fulchoni. Et de ducentos solidos quos nobis fidavit Petrus de Cardona, C dimitimus[1] iamdicta Cavalleria et Ospitali et alios C ad nostros debitos. Et ad Sancta Maria Minorise, duos morabetinos per missas. Et Sancta Maria Modeliano et clericis suis, similiter. Et hoc persolutum, omnia que remanet de tercia parte de me, Guillelmo, fideliter sit data inter opera Sancti Petri sedis Vici et ęcclesie Sancte Marie Stagni, medium per medium. Et dimitto ad Sancta Maria de Solsona unam modiadam vinee in plano de Begurc; et ipsas domos quod ipsa ęcclesia habet in Rabacola simul cum uno manso in ipsa Rabacola. Et dimitto Sancto Petro Mata Morgoni ipsam vineam unde soliti sumus quartum accipere, simul cum ipso ferragenal qui ad capud ipsius ęcclesie est. Et dimittimus Sancte Marie de Rocafort ipsum mansum de Raimundus Guillelmi de Mata Morgo simul cum ipsa plana quem tenet Raimundus Guifredi. Et dimittimus Sancto Benedicto omnem honorem quod per ipsum tenemus et habemus, cum omnia nostra vexela qui in eandem honorem est, simul cum ipso manso de Iohanne Bernardo, cum omnibus suis pertinentiis. Et dimittimus Sancti Felici de Galifa ipsum mansum de Pugol. Et Sancti Saturnini de Monte, ipsum mansum de Pug. Et Sancte Marie de Galifa, unum coopertorium sericum. Et dimittimus Sancti Yacobi Gallicie ipsam condaminam de Valle Oriulf, quam in dominium tenemus. Et dimittimus Sancte

Marie del Pug omnibus annis par caponum in Valle Ariulf. Et dimittimus Sancti Vincencii[2] de Rocafort ipsum decimum de nostra laboratione de Rocafort, simul cum ipsum decimum de molendinis nostris quod habemus in flumine Lubricato; et ipsa plana qui est ante domos de Raimundus Guillelmi de Riera; et olivera I. Et dimittimus Sancte Marie Stagni ipsas domos quod habemus in Barchinona, cum omni integritate, absque ulla retinencia, cum ipsa condomina de Celada, si fieri potest; sin autem, faciemus ei emendationem ad valitudine ipsius condamine, si fieri potest, sin autem, in Valle Ariulf. Et mandamus ut in ipsis mansis de Estagol, qui sunt Sancte Marie Stagni, filius noster nec nos nec aliquis ex nostre progenie non faciant ibi forciam neque toltam nec aliquam iniuriam. Et dimittimus filiam nostram de Avigo[3] ipsum fevum quod tenet Bernardus Petri de Avinioni per nos, sub tali modo ut ipse Bernardus teneat et abeat in vita sua, post obitum eius deveniat in potestate iamdicta filia, simul cum ipso manso de Batuds, quem tenet Raimundus Compag. Et dimittimus neptis nostris Bernardo et Guillelmo sive Berengario, filiis Azalbert, tres mansos in terminis de Clerano vel in Ausona; et de istos III mansos melior fiant de Bernardo. Et precipimus ut quisquis de nobis ambobus alius supervicxerit omnem nostrum honorem, tam fevum quam alodium, habeat et teneat omnibus diebus vite sue, exceptus hoc quod ego Guillelmus Umberti dimitto domino Deo et sanctis in meam propriam honorem; post obitum vero eius, revertatur omnem nostrum honorem in potestate Bernardo filius noster. Et si Bernardo filius noster obierit sine legitimos infantes, dimittimus filiam nostram de Avinioni medietate de omni nostra onore. Et de alia medietate, dimittimus Guillelmo, filius Azalberti, duas kavallerias terre. Et hoc quod remanserit de ista medietate, habeant Bernardus et Berengarius neptis nostris; et Berengarius habeat suam partem per Bernardo fatri suo ad suum servicium et fiat suus homo manibus propriis. Et si Bernardus filius noster de istum suprascriptum honorem voluerit sanctis dimittere pro anima sua, licitum sit ei. Et dimittimus Raimundo de Curridano duos mansos de Turre Dadidia simul cum ipsa sal quem habemus et habere debemus in Cardona. Et si ego Rodeen, uxor prefati Guillelmi, ad obitum meum, si[4] voluero de meis alaudiis dare pro anima mea aut si voluero in conversatione bona sine[5] proprio vivere aut si voluero Iherosolimam pergere, licitum mihi sit. Et meam terciam partem de omnibus rebus meis, sicut ego mandavero, ad obitum meum ita sit divisa. Et si Bernardus filius noster non

potuerit se devenire aut manere cum matre sua, habeat et teneat prefata matre sua omnem honorem quam habemus a flumine Lubricato, contra orientalem partem, libere ad[6] quiete; post obitum eius, revertatur iamdicto filio nostro. Et ego Bernardus convenio vobis, ienitores meos, quod ego ad unumquemque vobis, si vivus sum, ad obitum vestrum faciam vobis missas celebrare mille et ad episcopum tumulos solvere.

Actum est hoc III idus iuli, anno XXVI regnante Leduoycho rege.

Sig+num Guillelmus Umberti, Sig+num Rodlen, nos qui istum testamentum iussimus scribere et firmamus et firmare rogamus.

Sig+num Bernardo filio nostro. Sig+num Bernardus de Talamacha. Sig+num Arberto fratre suo. Sig+num Guillelmus Amati. Sig+num Raimundi Arnalli.[7]

1. *La darrera* i *afegida a la interlínia.* 2. cii *afegit a la interlínia.* 3. *Segueix* de Avi, *no cancel·lat.* 4. si *afegit a la interlínia*. 5. sine *afegit a la interlínia*. 6. *En lloc d'*ac. 7. *Manca la clausura de l'escrivà.* B *acaba:* Actum est hoc istum translatum XVIIII kalendas septembris, anno XXVI regnante Leduycho rege. Sig+num Ber[nardi] de Clerano. Raimundus levita, qui hoc scripsit, cum literis fusis in aliquibus locis, die et anno (*senyal*) quo supra.

665

1133, juliol, 19

Empenyorament. *Ermessenda, vídua de Ricard Guillem, i els seus fills Pere Ricard i Galceran empenyoren a Joan, metge, i a la seva esposa Maria la mancusada de diners que tenen de cens sobre el farraginal que els van establir, per raó d'un deute de dos morabatins*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 37, 210 × 190 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 82 (amb data de 1134).

Cit. BOTET i SISÓ, *Les monedes,* I, p. 65. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 163.

Notum sit omnibus quoniam ego Ermessendis, uxor qui fui Ricardi Guillelmi, et filii mei Petrus Ricardi et Gaucerandus impignoramus tibi Iohanni medico uxorique tue Marie progenieique vestre[1] ipsam mancusadam denariorum quam habemus per censum in ipso ferragenale quod iam condam vobis dedimus cause precarie. Predictam vero mancusadam quam nobis debetis dare ad festum sancti Petri apostoli vobis impignoramus per II[os] moabitinos optimos, quos a vobis accipimus, ut teneatis eam tantum

donec reddamus vobis vel vestris predictos moabitinos absque ulla contraria; neque donetis nobis inde aliquem censum neque faciatis nobis aliquod servicium. Cumque reddiderimus vobis prelocutum debitum,[2] ab illa die in antea tribuatis nobis nostrum censum sicut resonat in scriptura precarie. Licitum sit vobis impignorare per quantum vestrum debitum est et non per amplius. Quicumque hoc tam[3] impignoratorum quam acceptorum disrumpere vel infringere voluerit scriptum, nil sibi prosit, sed in duplo compositum. Maneat firmum omne per evum.

Quod est actum XIIII kalendas augusti, anno XXºVI regni Ledoici regis.

Signum+ Ermessendis, Signum+ Petri Ricardi, Signum+ Gaucerandi, qui hoc firmamus et testes firmare rogamus.

Signum+ Geralli Bernardi. Signum+ Guielmi Bernardi. Signum+ Raimundi presbiteri. ברזלי ב'ר ששת זצ"ל עד.[4]

Signum+ Berengarii levite, qui hoc scripsit, cum literis suprapositis in linea II et emendatis et suprapositis in linea VIII et damnatis in linea X^ma^, die et anno quo supra.

1. progenieique vestre *afegit a la interlínia.* 2. *Segueix un espai de sis lletres aproximadament, raspat, i* ab illa die in antea, *afegit a la interlínia.* 3. *Segueix* donatorum, *expuntuat.* 4. Barzelai, fill de mestre Sésset, que el record del just sigui beneït, testimoni. *Agraïm la lectura, transcripció i traducció al Dr. Eduard Feliu (e.p.d.).*

666

1133, octubre, 5

Testament. *Marquesa atorga testament i reparteix el seu terç de lliure disposició entre institucions eclesiàstiques, els seus servidors, diversos parents i altres persones.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 24, 127 × 159 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta a la part dreta.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 65.

In Dei nomine. Ego Marchesa paveo mortem, pleno tamen sensu meo atque memoria, dico pro anima mea. Et eligo manumissores meos, id sunt, Arnallus viro meo et Guillelmus frater meus et Arnallo de Salent. Et rogo illis ut distribuant meum tercium quod mihi contigerit de pane et vino et de mobile, et donent pro anima mea sicut hic inferius invenerint ordinatum. In primis,

dimito ad canonicam Sancte Crucis[1] mancuso I. Ad opera Sancte Eulalie, alio. Archiepiscopo, alio. Sancto Minati, besties II et migera I ordi et sextarios II vini; et ad presbiteri eiusdem loci, migera I ordi et ovas III et porc I et quarta I vini et quartera I froment; diachoni, quartera I ordi. Sancte Marie Podiensis, mancusos II. Dimito Sancto Stephano et ad clericis eiusdem loci medietatem de una somera quam habeo cum Petro Ra[imon …][2] de Kasal de Falc, et sextarium I ordi et duos porchos et besties III et sextarios VI de vini et meum corpus. Dimito Sancto Michaelis de Faio mancusos III. Sancto Cucuphatis, mancuso I. Sancto Laurenctii, alio. Ospitali […][3] alio. Dimito Nevia nepota mea brisal I melior et pelles meas et besties VIII inter kapras et oveies et p[orcos…][4] et guadenges II et plumax I, tali pacto ut donent sui amici moabetino I[5] ad cavalleriam Templi. Dimito fratri meo Berengario moabetino I. Dimito Guillelmo Raimundi, seniori[6] meo, bovo I. Dimito patri meo ipsam asinam quod ipse habuit. Alium quod remanet de meo tercio, tam de pane[7] quam de vino, et de meo mobile, dimito ut sit datum pro anima mea ad laudem fratri meo Poncio. Dimito Nevia nepota mea savenes II. Dimito sorori mee Guilia pelic[ia I]. Dimito ad meum provener barrila I. Dimito Arnallo viro meo meas compras et meos acaptos quod feci cum [eo], tam de alodiis quam de fevis.

Quod est actum III nonas octobris, anno XXVI regni Ledoyci regis.

Si quis hoc testamentum disrrumperit, in duplo componat. Et post hoc sit firmum[8] in perpetuum.

Sig+num Marchesa, qui hoc testamentum iussi scribere et laudo et firmo et rogo suprascriptos meos manumissores ut, si me contigerit mori[9] antequam alium testamentum faciam, istum legaliter faciant roborari.

Sig+num Petri presbiteri. Sig+num Gieralli Mironis. Sig+num Iohanni Petri. Sig+num Arnalli.[10]

1. Crucis *expressat al text per mitjà d'una creu.* 2. *Espai de vuit lletres aproximadament, il·legibles a causa de l'esvaniment de la tinta.* 3. *Espai de sis lletres aproximadament, il·legibles a causa de l'esvaniment de la tinta.* 4. *Espai de quatre lletres aproximadament, il·legibles a causa de l'esvaniment de la tinta.* 5. I *afegida a la interlínia.* 6. *La segona* i *corregeix* o. 7. e *afegida a la interlínia.* 8. u *corregeix* t. 9. mori *afegit a la interlínia.* 10. *Manca la clausura de l'escrivà.*

FUNDACIÓ NOGUERA

667

1133, novembre, 3

Acta de consagració i dotació. *Ramon, bisbe d'Osona, i Oleguer, metropolità de Tarragona, consagren l'església del monestir de Santa Maria de l'Estany i el sotmeten a la regla de sant Agustí i a la canonja de Vic. Li atorguen diversos béns espirituals i li confirmen totes les seves possessions i les de les esglésies sufragànies*.

A [Original no localitzat.]
B Còpia del 26 de juny de 1203. Vic, AC, Cambreria de l'Estany, perg. núm. 28.
C Còpia del segle XIII, ACV, calaix 6, episc. I, núm. 33 (abans calaix 6, núm. 2004).
D Còpia del segle XIV, ACV, Cartulari del monestir de l'Estany, ff. 3v-4.
E Còpia del segle XIV, ACV, calaix 31, *Liber quotidianus*, ff. 148-149.
F Trasllat del 18 de març de 1441. Barcelona, ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 25, 362 × 542 mm. Estat de conservació regular a causa d'un estrip que afecta diagonalment el pergamí, i de l'esvaniment de la tinta.
G Còpia del segle XVIII. Barcelona, BC, Arxiu, ms. 729, vol. X, ff. 32-34.
a RIPOLL, *Consagración*, p. 51.
b CODINA, *El monestir*, pp. 116-120.
c *Catalunya romànica*, XI, p. 214.
d ORDEIG, *Les dotalies*, vol. III, 1ª part, pp. 105-107.

Transcrivim a partir de *B*, tot indicant les variants de la còpia *F*. Entremig de les signatures primigènies, n'hi ha d'altres d'afegides posteriorment que corresponen a bisbes de diferents seus catalanes de cronologia posterior.

Autenticum[1] et ratum habemus ex utriusque Testamenti serie Christum, Dei virtutem et Dei sapientiam, Ecclesiam sibi sponsam perhenniter helegisse eamque fidei annulo[2] subarrasse quam ipse[3] suo formatam ex latere[4] proprio, redemit sanguine sacro, purificavit baptismate.[5] De cuius elegancia et pulcritudine ipse in epytalamio[6] ait: «Tota[7] pulcra es, amica mea, suavis et decora sicut Ierussalem»;[8] et item: «Tota pulcra es, amica mea, et macula non est in te»; et rursus: «Ortus conclusus, soror mea, sponsa, ortus conclusus, fons signatus emissiones tue paradisus». Hanc etiam quidam de paranimphis eius sponsam Dei gloriosam non habentem maculam aut[9] rugam Deique vivi columnam ac fírmamentum appellant.[10] Quinimo[11] constat ex theologię[12] archivis eandem[13] inter Deum et peccatores templum ęssę[14] reconciliationis, domum Dei ac[15] domum orationis.

Quapropter ego Raimundus,[16] Ausonensis ecclesię[17] matricis episcopus, videns ecclesiam beatissimę[18] Marie de Stagno, sedis nostre suffraganeam, fíliam pauperem ac religiosam, sub sancti Augustini regula constitutam, proposui una cum venerabili Ollegario,

Terragonensi metropolitano, in eadem ecclesia diem celebrare dedicationis ex debito pastoralis sollicitudinis ex more antiquae religionis, ut[19] antiquitus prefiguratum[20] est in templo Salomonis. In cuius dedicationis die primo ac principaliter constituimus ut pretaxata ecclesia sub beati Augustini regula quam novit[21] perseveranter maneat sueque matri Ausonensi sedi canonicę[22] atque irrefragabiliter obediat nullamque occasionem recalcitrandi adversus eam aliquo modo inquirat.[23] Ego enim Raimundus,[24] Ausonensis episcopus, hanc prerogativam eidem aecclesie,[25] cum universi capituli nostri assensu et approbacione, concedimus et donamus ut nunquam interdicatur nec a divino cesset officio, nisi ipsa Ausonensis mater ecclesia cessaverit vel nisi ab eadem sede interdicta fuerit. Concedimus etiam praetaxate[26] ecclesie de Stagno et abbati vel priori vel clericis ipsius ut ad quascumque ecclesias in nostra diocesi pervenerint etiam si interdictę[27] fuerint, ipsi habeant licenciam divinum officium celebrare et intromittere quos voluerint, exceptis hiis[28] qui sua culpa propria excomunicati fuerint et ut eis sit[29] licitum recipere omnes illos qui eidem aecclesie de Stagno se voverint tam in vita quam ad mortem, exceptis propria culpa excomunicatis et[30] persoluta tamen illarum laxatione suis parrochianis ecclesiis. Addimus insuper ut abbas vel prior ipsius loci semper sit noster frater ac canonicus ceterique clerici sint fratres et familiares nostri. Canonici vero aecclesie nostre similiter sint participes ipsorum tam temporalis quam spiritualis benefficii idemque quod pro suis acturi sunt obsequium pro nostris agant defunctis.[31] Preterea statuimus ut pauperum domum hospitalem que est in Vico sub ordinatione et regimine abbatis vel prioris iam nominate ecclesie de Stagno permaneat ad egenorum recreacionem ac beneficienciam,[32] ita scilicet ut ipse abbas vel[33] prior cum consilio nostri capituli illud stabiliat atque disponat. Insuper etiam autorizamus[34] et donando confirmamus eidem ecclesie de Stagno omnes aecclesias[35] quas in nostra diocesi vel adquisivit vel iuste adquisitura est cum omnibus ad easdem ecclesias pertinentibus castris, alodiis, possessionibus, mobilibus sive immobilibus. Inter quas prima est aecclesia Sancti Petri de Archellis cum suis saffraganeis ecclesiis, scilicet Sancta Maria de Rabinato et ecclesia Sancti Salvatoris que[36] infra eadem castrum sita est; secundario ponuntur ecclesia Sancti Stephani de Saliente cum suis suffraganeis et cum ecclesia Sancti Iacobi de Olzineles cum omnibus ad se pertinentibus, aecclesia Sancti Fructuosi[37] de Genebreda cum omnibus sibi pertinentibus, aecclesia[38] Sancte Marie de Modeliano[39] cum suis suffraganeis, aecclesia

Sancti Felicis Roturensis, aecclesia[40] Sancti Felicis de Terraciola[41] cum suis suffraganeis, aecclesia Sancti Laurentii de Buada, ecclesia Sancti Aciscli de Tholosa. Salva tamen in omnibus Ausonensis sedis reverencia, auctoritate et iusticia cum suis ebdomadis atque censualibus debitis.

Ad ultimum vero prenominatam ecclesiam Sancte Marie de Stagno cum omnibus ad se pertinentibus sub libertate ecclesiastica ponimus et confirmamus et statutum cimiterium secundum scita canonum sibi concedimus et auctorizamus, videlicet ut omnia quę[42] hactenus iure adquisivit vel in posterum[43] recte adquisitura est vel beneficiencia[44] pontificum vel liberalitate principum vel oblatione fidelium, tam mobilia quam immobilia, inconcusse habeat libere hac tranquille possideat. Quicumque vero eidem ecclesie de suis rebus contulerit[45] sive qui in futuro collaturi sunt sive illi qui eandem ecclesiam vel honores ipsius ecclesie vel ea que sunt iuris ipsius bene defenderint omnium beneficiorum[46] et oracionum sint participes atque in futuro a domino Iesu Christo remunerari mereantur. Si quis e contra, quod absit, contra hanc dotalem paginam ac libertatem ecclesiasticam venire temptaverit, eamque violaverit, nisi admonitus penitendo resipuerit anathema maranata sit.

Facta dotis karta anno ab Incarnacione Domini M° C° XXX° III°, III°[47] nonas novembris, anno XX° VI°[48] regni Lodovici regis.

+ Raymundus, Dei gratia Ausonensis episcopus, SSS.[49] Ollegarius, archiepiscopus SSS. Petrus, Dei gratia Ausonensis episcopus, SSS. Signum+ Petri, Ausonensis episcopi, +[50] Raimundus,[51] gratia Dei Ausonensis episcopus, SSS.[52] Berengarius, gratia Dei ecclesie episcopus Girundensis episcopus, SSS.[53] Guillelmus sacerdos et capellanus Sancte Marie, SSS. Geraldus scriptis faved archidiachonus istis, SSS. Hoc primicherius firmavit nomine Petrus +. Hoc signavit ita Bernardus et archilevita,[54] SSS. Berengarius sacrista, qui hoc confirmo, +. Guillelmus levita, qui hoc firmo SSS. Quod scripto resonat, signis hoc Guillelmus adornat. Sig+num Guillelmi gramatici SSS.[55] Bertrandus levita SSS. Sig+num Guillelmi, Barchinonensis episcope, +. + Ego Bernardus, Dei dignacione Tarragonensis[56] archiepiscopus, que supradicta sunt laudo et confirmo, SSS.[57] Ego Geraldus, Urgellensis archidiaconus, laudo et confirmo, +. Petrus subdiachonus SSS. Ego Gauzpertus,[58] Celsonensis prepositus, hoc laudo SSS.

Petrus diachonus, qui hoc scripsit cum litteris suprapositis in XI[a] et XIII[a] ac XX[a] linea, videlicet ubi dicitur abbati vel et de

Stagno, necnon et cum ecclesia Sancti Yacobi[59] de Olzineles cum omnibus ad se pertinentibus, die et anno SSS. quo supra.[60]

1. F *comença:* Hoc est translatum fideliter sumptum cuius auctoritate et decreto infrascriptis a quodam alio translato auctentico valde antiquo, cuius tenor talis est. 2. anulo F. 3. pro se F. 4. extendere F. 5. babtismate F. 6. epitalamio F. 7. Tota *omet* F. 8. Iherusalem F. 9. ad F. 10. appellat F. 11. Quinymo F. 12. theologie F. 13. tandem F. 14. esse F. 15. et F. 16. Raymundus F. 17. ecclesie F. 18. beatissime F. 19. ex F. 20. perfiguratum F. 21. vovit F. 22. canonice F. 23. incurat F. 24. Raymundus F. 25. eclesie F. 26. pretaxate F. 27. interdicte F. 28. his F. 29. sit eis F. 30. et *omet* F. 31. deffunctis F. 32. benefficienciam F. 33. aut F. 34. auctorizamus F. 35. ecclesias 36. quam F 37. Ffructuosii F. 38. ecclesia F. 39. Modiliano F. 40. aeccesia F. 41. Terreciola F. 42. que F. 43. impostreum F. 44. benificencia F. 45. contulerint F. 46. benefficiorum F. 47. millesimo centesimo tricesimo tercio, tercio F. 48. vicesimo sexto F. 49. SSS. *o zmet* F. 50. + *omet* F. 51. Raymundus F. 52. + F. 53. + F. 54. archi et levita F. 55. + F. 56. Tarrachonensis F. 57. + F. 58. Hauzpertus F. 59. Iacobi F 60. B *acaba:* Raimundus levita, qui hunc translatum fideliter transtulit cum litteris suprapositis in VIII et in VIIX et in XXVII et in XXXVIII linea, scilicet ubi dicitur *firmamentum* vel *irefragabiliter* atque *loci*, […]ve et anno ab Incarnacione Domini Mº CCº IIIº, VI kalendas iulii, die et anno quod su- SSS. pra.

668

1133, novembre, 17

Venda. *Arnau Guillem ven a Berenguer de Sarrovira i a la seva esposa Ermessenda dos sagrers que té a la sagrera de Gallecs i dues feixes d'alou, pel preu de deu sous.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 26, 141 × 266 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 64.

In nomine Domini. Ego Arnallus Giellmi venditor sum vobis Berengarius de ipsa Ruvira et uxor tua Ermessendis. Per hanc scriptura vindicionis mee vindo vobis duos sacrarios, cum solos et suprapositos, cum medietate de una ficulnea, qui sunt in sacraria Sancte Marie de Galexs, ubi stat Berengarius Mironi, sive cum duas fexas de alodio. Advenit ad me Arnallus iamdictus per donacionem quem mihi fecit Bremundus Giellmi sive per ullasque voces. Est hec omnia in comitatu Barchinonensse, in parrochia Sancte Marie de Galexs, in sacraria Sancte Marie prescripta. Et habet affrontaciones ipsa una fexa de alodio de oriente in alodio de Arnallus Geraldi, de meridie in alodio Sancte Marie prescripte, ab occiduo in alodio Arnalli Geralli, de occiduo similiter. Alia fexa de alodio affrontat de oriente in alodio Arnalli Geralli, de meridie similiter, ab occiduo in strata publica, a parte vero circii in alo-

dio Arnalli Geralli. Quantum iste affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic vendo vobis suprascripta omnia, totum ab integre, cum exiis et regressiis earum, in propter precium solidos X de denariis, sine vinculo homo vel femina, aut vindere aut alienare, ad omnia facere quod volueris. Et est manifestum. Quem vero predicta hec omnia de meo iure in vestro trado, ad vestram voluntatem facere. Et qui hoc disrumpere voluerit, componat in duplo. Et in antea ista vendicio firma permaneat in secula.

Actum est hoc XV kalendas december, anno XXVI regnante Ledovici regis.

Sig+num Arnallus Giellmi, qui ista vindicione scribere fecit, firmavit et ad testes firmare mandavit.

Sig+num Raimundus. Sig+num Poncius de Kanalies de Cerdaniola.

Poncius presbiter, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* q[u]o[1] supra.

1. *Manca.*

669

[1119-1133]

Greuges. *Ermessenda, vídua de Ricard Guillem, i els seus fills presenten queixes contra Ramon Gausbert, castlà d'Arraona.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, carp. 360, núm. 3295 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 910), 126 × 200 mm. Bon estat de conservació, però de difícil lectura al dors.
a MIRET, *Pro sermone plebeico*, p. 111 (ed. parcial).
b CONDE, *L'archivio*, doc. 79.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 163.

Datem per l'any de la mort de Ricard Guillem i el de la mort de la seva esposa Ermessenda. Document opistògraf.

He[c][1] sunt querimonie quas habet uxor Ricardi Guillelmi et filii eius de Raimundo Gauceberti. Conqueruntur namque de eo, de duabus partibus placitum quas eis aufert de omni honore quem per eos tenet; et de noveletads et super persones quas facit in mercato Sabatelli, unde aufert eorum directum et abstulit eis universum servicium quod solebat exire de hominibus antecessoribus illorum de omni feuvo quem per eos tenet. Itemque conqueruntur de castro Arrahone quod in desertum perduxit; et de duabus domibus quas ibi fregit unde abstraxit illorum avere; et de omnibus lexivis

quos eis abstulit; et de hominibus universi honoris Arrahone quos distringit ut non molant in illorum molendinis.[2] Item conqueruntur de ipsa fabrica que erat nostra dominicatura et accepit eam per comitem et perdidimus eam quia ipsum castrum[3] non bene eaim[4] custodivit. Conquerimus namque de porcis quos nobis occidit et insuper accepit sibi ipsos paones nostros[5] qui erant in ipso castro. Conquerimus item de nostro baiulo cui directum fecit firmare et abstulit ei suum avere et omnino eum dissipavit. Itemque conquerimus de alberges quas misit in ipso honore unde ipsi homines sunt deteriorati. Conquerimus de ipso manso de Claper, qui erat dominicatura de senior,[6] quem dedit in cavaleries. Itemque conquerimus de ipso manso de Rrocha, quem in sua dominicatura accepit, ubi manebat noster baiulus et destruxit eum et perdidimus inde totum nostrum servicium. Conquerimus quod aprehendit de nostres pareiades, unde crevit ipsum mansum de Arnallo Guifredi ubi plantavit vineas. Conquerimus de nostra dominicatura ubi facit toltes et forces[7] quas facere non deb[ebat]. Et conquerimus [...][8] Sancti Salvatoris quas aufer [...][9] ipso mercato. De his omnibus qui hic scripta sunt conquerimus et de multis aliis [...][10] tollit nobis totum ipsum honorem q[ue] ibi habet vir meus.

1. *Manca.* 2. *Segueix el text escrit per un altra mà, coetània.* 3. ipsum castrum *afegit a la interlínia.* 4. *En lloc d'*eum. 5. nostros *afegit a la interlínia.* 6. i *afegida a la interlínia.* 7. es *afegit a la interlínia;* quem in sua dominicatura accepit ... ubi facit toltes et forces *escrit a sobre d'una raspadura*. *Segueix el text traçat al dors del pergamí, difícilment legible a causa de l'esvaniment de la tinta.* 8. *Espai de 20 mm, il·legible.* 9. *Espai de 15 mm, il·legible.* 10. *Espai de 45 mm, il·legible.*

670

1134, febrer

Carta de poblament. *Alfons I, rei d'Aragó, concedeix als pobladors d'Artasona que siguin francs i lliures, com els pobladors de* Borovia*, i que tinguin lliurement tot allò que puguin conrear, sense altre pagament que el delme.*

A [Original no localitzat.]
B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 43, 122 × 401 mm. Bon estat de conservació.
a *CODOIN*, IV, núm. X.
b MUÑOZ, *Colección,* pp. 512-513.
c LEMA, *Colección diplomática*, doc. 274.
d LEDESMA, *Cartas de población,* doc. 60.

(Crismó) In Dei nomine. Ego quidem Adefonsus, Dei gratia rex, facio hanc cartam donationis vobis, totos populatores de Artasona qui ibi estis vel in antea ibi veneritis populare, ad cavalleros et pedones. Placuit michi libenti animo et, pro amore de illas terras populare, dono et concedo vobis, ad illos cavalleros, ut sint ibi francos et liberos sicut sunt in lures terras; et totos illos alios populatores quod sedeant ibi similiter francos et ingenuos sicut sunt illos populatores de Borovia; et quod abeatis tales foros in totas vestras causas et in vestras facendas et in vestros iudicios sive in vestras calonias et omicidios quomodo abent illos populatores de Borovia. Et quantum potueritis populare vel examplare per ermum, caballeros et pedones, quod illum abeatis salvum et francum sine ullo malo fuero et sine ullo malo censo. Et ullo peito non peitetis nisi sola decima ad Deum et suis sanctis et non detis leçeta[1] nec portatico in tota mea terra. Et de nullo iudicio non respondatis ad nullo homine nisi ad vestra porta de Artasona, ad vestro foro. Et solto vobis illos montes de tota mea terra quod talietis ibi soltamente et non vobis fatiat nullo homine nulla contraria; et quod non detis erbatico in tota mea terra. Et dono vobis termino de Via Lata in suso et de Loarre in iuso et de illos collatos de Cambix et de Galleco inzá, toto illo ermo qui ibi est, de V^{o} annos in suso. Et si nullo homine vobis pignoraverit vel nulla contraria fecerit, quod pectet millem metecals de auro. Et oc donativum quod abeatis illut francum et liberum et ingenuum et securum, vos et filii vestri et omnis generacio vel posteritas vestra, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate, per secula cuncta, amen. Et insuper dono vobis foro ut nullus populatores qui cavallo tenuerit ibi, quod sedeat franco et ingenuo in tota mea terra.

Signum Adefonsi *(senyal)* regis.

Signum+ Raimunni comes, laudo et confirmo hanc cartam. Signum regis *(crismó)* Ranimiri, laudo et confirmo hanc cartam. Signum *(senyal)* Ildefonsi regis, filii Barchinonensium comitis, qui hoc suprascriptum laudo et confirmo.[2]

Facta carta in era M^{a} C^{a} LXX^{a} II^{a}, in mense fervero, in anno quando rex presit Michineza et assitiavit ad Fraga, regnante me, Dei gratia rex, in Aragon et in Pampilona sive in Ripacorza. Episcopus Sancius in Pampilona. Episcopus Arnaldus in Oscha. Episcopus Pere Guillem in Roda. Alius episcopus Sancius in Nagera. Comite Rexo in Tutela. Gonzalvo Petriz in Alagon. Sancio Iohanes in Osca. Petro Tizon in Estella. Castang in Biel. Fortung Lopiz in Soria. Lop Xemenz in Luesia. Caxal in Nagera. Et in

Daroca Garcia Remirez. In Monzon Lop Lopiz. In Ricla Ramon Arnald de Sancta Cruce,[3] senior de illa population.

Et hec sunt testes de ista carta super scripta: Garssion de Sc[h]ala et Faus de Xalon.

Ego Michael scriptor, sub iussione domini mei regis hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum *(senyal)* feci.

1. leçeta *escrit a sobre d'una raspadura.* 2. *Les subscripcions de Ramir II, de Ramon Berenguer IV i d'Alfons I* (*II*) *indiquen la confirmació d'aquests monarques feta a l'inici dels respectius regnats.* 3. Cruce *expressat al text mitjançant una creu.*

671

1134, abril, 15

Constitució de pau i treva. *Oleguer, arquebisbe de Tarragona, i Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, posen sota la treva de Déu les persones i els béns de tots els cavallers que vulguin anar a Jerusalem o que vulguin militar en l'orde del Temple sense sortir del país. També concedeixen a l'orde immunitat respecte a qualsevol jutge. Segueixen les donacions i promeses fetes pel comte i per diversos cavallers de l'orde.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 28, 433 × 398 mm. Estat de conservació deficient a causa dels estrips, que coincideixen amb els plecs del pergamí, i d'algunes taques d'humitat. Els estrips han estat cosits posteriorment. Document opistògraf.

B Còpia [coetània]. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 28 dupl., 215 × 308 mm. Estat de conservació regular a causa de les taques d'humitat que afecten la part superior dreta.

a MARTÍ BONET, *Oleguer,* doc. 114.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 359, 591. — BOFARULL, *Los condes,* II, p. 198. — BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, pp. 65, 66. — PEDEMONTE, *Notes,* p. 106. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 40, 99. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 166.

In piis et religiosis causis augmentandis et confirmandis diligenter[1] operam dare, caritate que operit multitudinem peccatorum persuadente indesinenter compellimur. Eapropter Ollegarius, Dei dignacione Tarrachonensis archiepiscopus, et illustris Raimundus, Barchinonensium,[2] Bisullunensium[3] ac Ceritanensium comes et marchio, cum episcopis et ceteris clericis et comitibus et aliis terrę magnatibus,[4] quorum inferius nomina inveniri possunt, hoc constitutum facimus:

Omnibus militibus, secundum propositum et ordinem [ill]orum, qui lherosolimis pro amore Dei pro fratribus animas ponere

et sine proprio vivere devoverunt in terra nostra Deo famulari et militare voluerint. Personas siquidem et res eorum, predia vide[li]cet et substancias, ubicumque eas habuerint, omni tempore in treva Dei ponimus. Castella quoque et villas ac mansos et domos eorum, quas modo habent et quas de cetero iuste adquisierint vel si quas in suo populaciones constituere valuerint, omnia sub tuicione et defensione Dei ac beati Petri et nostra benigne suscipimus. Et ut omnia sub firma salvitate et securitate consistant, mandamus atque precipimus nulla denique persona cuiuscumque dignitatis seu mediocritatis potestatem habeat vel licenciam in personis eorum vel hominum suorum, in negociis secularibus iudicandi vel distringendi neque in possessionibus[5] vel facultatibus[6] eorum aliquid disponendi, preter voluntatem eorum qui eis prepositi [fu]erint et magistri. Ipsi autem prepositi et magistri secundum Deum et ordinem suum regant se ipsos et suos et que sua sunt et disponant et iudicent parati ad exequendam iusticiam et racio[n]em reddendam, si quis adversus eos vel res eorum iustam se causam dixerit habere. Si qua igitur cuiuscumque condicionis vel sexus persona, quod absit, temerarię adversus hanc constitucionem nostram insurgere temptaverit vel res eorum auferrę vel minuere aud eorum personas infestare maliciose presumpserit,[7] nisi cito se correxerit et emendaverit, res quidem per trevam, iniuriam vero personarum per sacrilegium, iram Dei quem ofendit incurrat et episcopo suo bannum episcopale et suo comiti bannum quod ad comitem pertinet persolvat.

Quod est actum XVII kalendas mai, anno Incarnacionis Dominicę C XXX IIII post millesimum.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Poncii Ugonis*, comitis Impuritanensis. Berengarius*, Dei gratia Girundensis ecclesie episcopus. Ollegarius*, archiepiscopus, SS. Sig+num Ermengaudi, comitis Urgelli.[8] Sig+num Iordanis. Sig+num Berengarii de Cheralto. Sig+num Deusde. Sig+num Petri Bertrandi de [B]ello Locco. Sig+num Otonis. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Berengarii de Pelafollis. Sig+num Petri de Turrucella.[9] Sig+num Arberti de Castelvi. Sig+num Bernardi de Bello Locco. Sig+num Poncii Ugonis. Sig+num Raimundi Fulconis. Sig+num Berenger Raimundi vicarii. Sig+num[10] Gaucefredus* levita.[11] Sig+num Petri* archilevita. Signum Guillelmi de Pug Alto.[12] Signum+ Raimundi de Torroia. Sig+num Petri Bertrandi de Monte Palacio.[13] + Raimundus*, Dei

gratia Ausonensis episcopus. Berengarius*, Girundensis archidiaconus. Sig+num Guillelmi Seniofred et Berengarii[14] de ipsa Garriga.[15] Sig+num Guillelmi, fratris sui.[16] Sig+num Guillelmi de Pedreti. Sig+num Reimundi Renardi de Olivis. Sig+num Petri Raimundi de Petred. Sig+num Reimundi Ademari de Rabedos. Sig+num Berengarii Segarii.[17] Sig+num Gaucberti Guillelmi. Sig+num Bernardi de Vultreria.[18]

Ego propterea Raimundus, suprascriptus comes Barchinonensis, promito omnipotenti Deo quod ad obitum meum dimitam omnia mea garnimenta Templo Iherosulimitano et fratribus ibidem militantibus, sed interim in omni tempore vite mee dabo ipsi milicie Templi XX[i] morabitinos vel libras II argenti per singulos annos.

Sig+num Poncii, notarii comitis Barchinonensis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.[19]

Raimundus, comes Barchinonensis, [sta]bit in ipsa milicia primo anno sub obediencia magistri et dabit ibi garnimenta ad X fratribus militibus et [d]at ibi honorem unde vivant X milites semper. Promitit se Guillelmus Raimundi senescalc et frater eius Oto stare in servicio Dei in ipsa Cavalleria de Graniana[20] uno anno et dabit ibi garnimentum ad unum cavaler, scilicet cavallum et armas et tantum de suo honore unde ibi possit stare unus cavallerius in perpetuum. Iordanus stabit ibi uno anno et [d]abit ibi honorem unde stet ibi unus miles in perpetuum. Raimundus Renardi vel [fi]lii eius stabit ibi I anno et in exitu dimitet ibi cavallum suum cum armis. Arnallus Sancti Martini, uno ano et in exitu dabit ibi suum cavallum cum armis. Poncius de B[...]es,[21] I anno et in exitu dabit ibi suam bestiam meliorem. Arnallus de Monte Ferrer, I anno et in exitu [relinquet] ibi cav[allum] cum armis. Miro de Luciano, similiter. Guilem de Castelar, similiter. Petrus de Galifa, similiter. Bernardus et frater Raimundus de Barberano, uno ann[o] et in exitu relinquet unus cavallus cum armis. Arbertus de Petra, similiter. Ramon Bermon, similiter. Petrus Arnaldus, I anno et, post obitum, suum cavallum [cum] armis. Raimundus Fulconis, I anno et in exitu cavallum cum armis. Iofredus de Sancta Columba, I anno et, post obitum, cavallum suum cum armis. Petrus Arbert[i] de Liciano, I anno et dabit ibi unum mansum. Geral de Iorba, I anno et donat ibi II mansos. Petrus de Sancta Eugenia, I anno. Bernad de Senteies, I anno. Petrus de Sancta Eugenia, I anno. Arnallus de Tamarit, I anno. Deusde, I anno. Pon[…][22] ibi unum mansum in Callis. Ramon de Casoles, I anno. Petrus Bertrandi de

Bello Locco, I anno. Petrus Arnalli de Barchinona, I anno […][23] stabit ibi I anno et donat ibi unum mansum in Rosed.[24]

1. diligenter *omet B*. 2. *Segueix* Bar, *sense cancel·lar*. 3. Bisullunensium ac Barchinonensium B. 4. magnatibus terre B. 5. ibus, *afegit a la interlínia, corregeix* es, *expuntuat*. 6. ibus, *afegit a la interlínia, corregeix* es, *expuntuat*. 7. maliciose presumpserit infestare B. 8. *El grup de signatures format per* Sig+num Poncii Ugonis ... comitis Urgelli *apareixen en el text abans de la signatura del comte de Barcelona.* 9. Sig+num Petri de Torrucella *afegit a la interlínia*; *omet* B. 10. *Segueix* Petri, Barchinonensis archilevitae, *ratllat*. 11. Sig+num Gauceredus levita *omet* B. 12. Puialto B. 13. *Segueix* sig+num, *sense cancel·lar.* 14. Seniofredi. Sig+num Berengarii B. 15. Sig+num Guillelmi Seniofredi et Berengarii de ipsa Garriga *afegit a la interlínia.* 16. Guillelmi de Garriga B. 17. Berengari Reger B. 18. B *acaba aquí, amb la subscripció de l'autor del trasllat:* Guillelmus exorcista, qui hoc translatavit die et anno (*senyal*) quo supra. 19. Ego propterea….quo supra *omet* B. *El text segueix al dors.* 20. Granagrana *al text*. 21. *Espai de tres lletres aproximadament, il·legible a causa del cosit del pergamí.* 22. *Espai de vint-i-dues lletres aproximadament, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta.* 23. *Espai de vint-i-cinc lletres aproximadament, en blanc.* 24. Raimundus, comes Barchinonensis … unum mansum in Rosed *escrit al dors per una altra mà, coetània; manca* B. *Segueix, al peu del document i amb lletra del segle XIII:* Est facta.

672

1134, abril, 17

Testament. *Berenguer de Montcada atorga testament. Fa diverses deixes a institucions religioses, en especial al monestir de Santa Maria de l'Estany, on vol ser enterrat, i a diverses persones, entre elles la seva filla Beatriu i l'espòs d'aquesta, Guillem Ramon, dàpifer.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 29, 252 × 390 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 618, 619, 620, 633. — BISSON, *L'impuls,* p. 80. — BISSON, *The crisis,* p. 156. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 117.

Sub sacrosancte Trinitatis nomine. Ego Berengarius de Monte Scatani, magna egritudine detentus, sensu tamen et memoria plenus, in misericordia omnipotentis Dei spero et, sicut christianorum hominum est consuetudo, testamentum meum scribere iubeo. In quo manumissores meos Guillelmum Raimundi et filiam meam Beatricem[1] atque Petrum de Palacio eligo, quod si mors mihi evenerit subito, res[2] meas sicut scripte sunt ita distribuere rogo. In primis, dimito[3] domino Deo et ecclesie Sancte Marie Stagni corpus meum et duos mansos quos habeo in Montannola, nominatim mansum de Bosco, quem tenet Bernardus, et illum quem tenet Bernardus Raimundi Vilar de Odran, cum omnibus pertinenciis et utilitatibus[4] que istis duobus mansis pertinent et pertinere debent,

simul cum omni alaudio quod habeo in Rosdors in cunctis locis. Et mito Guillelmum filium meum in potestate[5] predicte aecclesie Stagni et cannonicorum ibi degencium, tali modo ut habeat ibi victum atque vestitum, sicut unus cannonicus, honorifice[6] dum vixerit; et si voluerit ibi vivere sub regula sancti Augustini, licitum sit ei. Et dimitto Sancte Marie Montis Scatani ipsa alaudia de Chasanova ut lampada inde semper ardeat ibi in die. Et dimitto Sancto Cucuphati omnia alaudia sicut resonant in scrituris quas ego feci eidem cenobio. Et dimitto ad Beatricem filiam meam et Guillelmum Raimundi, dapiferum, generum meum, omnem meum[7] honorem in omnibus locis, sicut resonat in charta quam illis feci et firmavi, exceptus hoc quod superius dimisi pro anima mea. Et nobilitatem eorum valde deprecor pro Deo ut semper sint memores mei et anime męę et diligant locum illum et faciant bene ubi corpus meum requiescet. Et dimitto ad Arnallum Berengarii qui[n]que[8] bestias inter oves et capras, cum sextarium I de blat ad novum venientem. Et ad Mariam de Rosdors,[9] similiter. Et ad burdam, similiter. Et alias que remanent ad Bernardum Poderos dimito. Et dimito ad filium de Guillelmo Guillelmi ionegam I et teneat eam Bernardus presbiter et custodiat donec puer habeat etatem. Et dimitto ad filiam meam Beatricem ipsum meum almatrac et sardo I et chaldarias III et padelam I minorem et paracingles et caput foger. Et dimito alia vascula aerea et ferea Sancte Marie Stagni simul cum omnibus meis pannis[10] laneis et lineis mediocribus et bonis, cum mula baia et saradi I et somer I. Et dimito[11] ad sedem Barchinone boves II. Et ad Sanctum Cucuphatem boves II. Et sicut dimito totum meum honorem filie męę Beatrici et Guillelmo Raimundi viro illius; ita post obitum illorum ad Guillelmum, nepotem meum, filium eorum, omnino dimito; et si obierit sine infante de legitimo coniugio, remaneant honor cui ipsi dimiserint. Et dimito ad Sebillam sextarios II de blat ad novu venientem. Et istum blat superius dimisum exeat de mea laboratione. Et quod remanserit detur pauperibus. Et dimito vinum et carnem que habeo in Vacherices ad Sanctam Mariam Stagni. Et dimito ad Guillelmum Raimundi, dapiferum, meam espada.

Actum est hoc XV kalendas madii, anno XXVI regnante Luduico.

Sig+num Berengarii, qui hoc testamentum fecit et manu propria firmavit et testes firmare rogavit.

Sig+num Beatricis. Sig+num Petri Bertrandi. Sig+num Petri de Palacio. Sig+num Odonis.

Guillelmus sacer, qui hoc *(senyal)* scripsit die et anno quo supra.[12]

1. c *afegida a la interlínia*. 2. rres *al text*. 3. i *afegida a la interlínia*. 4. *Entre* a *i* t, b *expuntuada*. 5. te *primera afegida a la interlínia*. 6. *Segueix* iu, *ratllat*. 7. u *afegida a la interlínia*. 8. *Manca*. 9. *La segona* r *afegida a la interlínia* 10. *La primera* n *afegida a la interlínia*. 11. t *afegida a la interlínia*. 12. B *acaba:* Berengarius cllericus (*sic*), qui hoc translatum scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

673

1134, abril, 22

Donació. *Berenguer d'Albió, amb el consentiment del seu germà Arnau, dóna a Pere de Montpaó i a la seva esposa Adelaida una peça d'alou, a la torre que hi ha sota Albió, amb el dret d'agafar l'aigua on vulguin i fer-la passar per la condomina de Berenguer.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 30, 221 × 175 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat i d'alguns forats.

B Trasllat del 26 de juliol de 1233: ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 30 dupl., 191 × 157 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat que afecten de manera especial el costat esquerre.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 550.

[In][1] nomine Domini. Ego Berenguer de Al[b]io donator sum vobis Pere de Mont[pao] et uxor tu[a Ad]aled. Donacione mea [don]o vobis pecia I de alaudio, mea propria, [que] abeo infra termine de Albio, ad ipsa turre subtus Albio, que michi advenit per parentorum meorum aut per ullasque voces. Abet affrontaciones prenominato alod de oriente in vinea de Ra[mon] Guillem, de meridie in reger, de occiduo in [a]lod[2] de Berenguer Arnau de Ioval, circi[3] vero parte in ipso fitor. Quantum infra istas affrontaciones includunt, sic dono tibi ego Berenguer et fratre meo Arnall ad te Pere et uxor tua iamdicta et cuncte vestre posteritati prenominato alod ab integrum, sine ulla retinencia, ad vestrum alod proprium, ad facere quod vultis,[4] cum egressiis et exitibus suis, liberum et quietum et franchum,[5] ad vos et posteritati vestre. Et accipietis ipsa aqua ad reger de pas de Albio qui vadit ad Segura in quale loco meliore prehendere volueritis sive ad molino ad molre et pass[6] ipsa [a]qua per ipsa mea condamina de me Berenguer ubi Pere opus abuerit, ad suam volumptatem.[7] Et est manifestum. Si quis autem hanc mea donacione cartam violare presumpserit,[8] nullo modo facere valeat, sed[9] quod temptaverit[10] in duplum[11] componat. Ac deincebs[12] firma permaneat.

Facta ista carta donacione X kalendas madi, anno XXVI[13] regnante Ledovico rege.

Sig+num Berenguer Albio, Sig+num Arnall fatre meo, qui ista carta fecimus scribere et firmamus et ad testes firmare rogamus.

Sig+num Ramon de Timor. Sig+num Bremon de Montpao. Sig+num [Gera]ll de Iorba. Sig+num Berenguer Arnall de Ioval.

Arnallus sacer, qui hoc scripssit die et anno quo sup*(senyal)*pra.[14]

1. B *comença:* Hoc est translatum bene et fideliter factum anno Domini Mº CCº XXXº IIIº, VIIº kallendas augusti. 2. *Manca*. 3. cirrici B. 4. vulltis B. 5. francum B. 6. pas B. 7. voluntatem B. 8. presumserit B. 9. set B. 10. temptavarit *al text*; temptaverint B. 11. dumplum *al text*; duplum B. 12. deinceps B. 13. kallendas madii, anno XXº VIº B. 14. sup(*senyal*)pra B; B *acaba:* Sig+num Pelegrini de Orpinello sacer, qui me pro teste subscribo. [± 4]us presbiter, pro teste me subscribo et cum hoc signo (*senyal*) confirmo. [Sig+num] Balagarius presbiter, capellanus in domo Barberani, qui meum (*senyal*) impono. [± 5], presbiter, me pro teste subscribo et meum signum (*senyal*) facio. Sig(*senyal*)num Bernardi, subdiachoni Barberani, notarii, qui hic me pro teste subscribo. Sig(*senyal*)num Ferrarius de Rocafort levita, qui hoc scripsit die et anno quod supra.

674

1134, abril, 23

Donació. *Arnau Ramon de Soler dóna a l'orde del Temple el mas anomenat* Rosed*, a Sant Hipòlit de Voltregà.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 32, 140 × 300 mm. Bon estat de conservació malgrat la presència d'algunes taques d'humitat als marges superior i inferior.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 64.

Pateat cunctis presentibus et futuris qualiter ego Arnallus de Soler dono et offero, ob peccatorum meorum veniam impetrandam et vitam ęternam consequendam, omnipotenti Deo et milicię Templi Iherosolimitani mansum meum proprium, cum omnibus suis pertinentibus vel pertinere quoquo modo debentibus et cum suis tenedonibus, terris, vineis, cultis et incultis, in prono et in plano, et cum arboribus diversi generis. Est autem predictus mansus in comitatu Ausonensi, in parroechia Sancti Ypoliti martiris, in loco vocitato Rosed. Advenit quoque mihi voce genitorum meorum vel aliis quibuslibet modis. Sicut habetur et continetur, cum terminis et affrontationibus suis et cum ingressibus et egressibus suis, ut melius dici vel intelligi potest, dono et offero predictum mansum

integriter domino Deo et predictę milicię Templi Iherosolimitani et militibus futuris et presentibus ibi Deo militantibus, in perpetuum possessurum sine voce a me et a meis ibi retenta. Ac de meo iure in eorum ius et dominium trado ad suum plenissimum proprium alodium solide et quiete possidendum ad eorum libitum. Et est manifestum. Si qua vero utriusque sexus vel ordinis persona contra hanc meę donationis scripturam ad inrumpendum surrexerit, iram Dei quem offendit in anathema incurrat donec ut sacrilegus satisfaciat et supradicta in duplo componat. Et insuper hęc presens pagina perhenniter maneat firma.

Actum est hoc VIIII kalendas maii, anno ab Incarnatione Dominica millesimo C° XXX° IIII°.

Sig+num Arnallus Raimundus,* qui hanc donationis cartam scribere iussi, laudo, firmo et testes firmare rogo.

Signum+ Berengarii, Signum+ Guillelmi, Signum+ Poncii, Signum+ Rodlandi, isti sunt fratres predicti Arnalli, qui hoc laudant et firmant.

Signum+ Arnalli Petri de Gurbo. Signum+ Raimundi Bernardi de Olost. Signum+ Bernardi Petri de Avinione. Signum+ Guillelmi des Soler.*

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

675

1134, abril, 24

Donació. *Bernat Ramon de Maçanet i el seu fill Berenguer donen a l'orde del Temple la seva meitat de les cases anomenades de Gallifa, a Barcelona, prop del castell de Regomir.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 31, 123 × 293 mm. Bon estat de conservació.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 166.

Omnibus hominibus sit manifestum qualiter ego Bernardus Raimundi, vocitatus de Mazaneto, et filius meus Berengarius, ob peccatorum nostrorum veniam impetrandam et vitam ęternam consequendam, damus et offerimus domino Deo et milicię Templi Iherosolimitani nostram medietatem ipsarum domorum, cum muro et turribus et curtello et puteo. Et sunt ipsę domus, cum muro et turribus, in muris civitatis Barchinonę, ad occidentalem plagam,

ipsas scilicet quas vocant de Galifa, prope chastrum de Regumir. Advenerunt quoque mihi[1] Bernardo Raimundi per vocem uxoris meę, et filio meo Berengario et fratribus suis, per vocem matris suę et parentum suorum vel aliis quibuslibet modis. Terminatur autem ab oriente in muro et domibus Guidonis de Moravid et in androna, a meridie et occasu extra murum in alodio Arnalli Petri militis, a circio in turre et in ipso ferragenaleto de Burgesa femina et in ipso calle. Quantum a predictis terminis concluditur et terminatur et nos ibi habemus et habere debemus omnibus vocibus et modis, sic damus et offerimus domino Deo et predicte milicię Templi Iherosolimitani et militibus ibi militantibus, presentibus et futuris, medietatem nostram et totum nostrum directum et vocem predictarum domorum et turrium, cum muro et curtello et puteo, cum solis et suprapositis, guttis, stillicidiis, foveis, ianuis, hostiis et cloacis et cum ingressibus et earum egressibus integriter, ut melius dici vel intelligi potest. Ac de nostro iure in eorum ius et dominium tradimus ad suum proprium plenissimum alodium, solide et libere ac quiete possidendum semper ad eorum voluntatem. Si qua vero utriusque ordinis[2] vel sexus persona contra hanc nostrę donationis scripturam ad inrumpendum venerit, iram Dei quem offendit[3] et anathema incurrat donec ut sacrilegus emendet. Et insuper hęc nostrę donationis pagina perhenniter maneat firma.

Quę est acta VIIII kalendas maii, anno XXVI regni Leduici regis et ab Incarnatione Dominica millesimo C° XXX° IIII°.

Signum+ Bernardi Raimundi, Signum+ Berengarii, Signum+ Bernardi, Signum+ Petri, nos qui hanc donationem fecimus, laudamus, firmamus et testes firmare rogamus.

Signum+ Olivarii de Palacio. Signum+ Petri de Sancto Laurentio. Gerallus* presbiter.

1. mihi *corregeix* nobis. 2. *La darrera* i *corregeix* a. 3. i *corregeix* a.

676

1134, juny, 5

Definició. *Pere Gall, la seva esposa Rossa i els seus fills, tot declarant que no poden trobar el document sobre la propietat d'un hort que els havia lliurat a Guillem, prevere, com a garantia d'un deute, renuncien a favor d'aquest als seus drets sobre l'hort i es comprometen a no reclamar la propietat en cas que aparegui el document.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 34, 136 × 148 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis qualiter ego Petrus Galli et uxor mea Rossa et filiis ac filiabus nostris subterius roborati diffinimus et evacuamus et pacificamus tibi Guillelmo presbitero et tuis vel illis quibus voluerisi[1] dimitere illam donationem domorum et ortorum sicut sunt tapiati, simul cum arboribus qui intus sunt, quos olim dederatis nobis cum carta quam convenimus vobis reddere et nullo modo potuimus facere. Hanc quoque diffinitionem et evacuationem supradictam, ut melius potest dici vel intelligi ad vestrum salvamentum, facimus tibi et tuis qui hoc volueris dimitere, tali modo ut in sana pace teneatis tu et tui iam semper sine ullo retentu, ad tuas voluntates faciendas. Et ipsam cartam quam inde habebamus, quam vos fecistis nobis de predictis domibus et ortis, si a modo invenire potuerimus, nullam utilitatem teneat nobis nec nostris, sed vacua et irrita fiat omni tempore. Si quis ex nobis vel aliquis per[2] nobis hoc infringere voluerit, in vinculo conponat XX^{ti} morabetinos.

Quod est actum nonas iunii, anno XXVI regnante Lodoyco rege.

Signum+ Petri Galli, Signum+ Rossa uxoris eius, Signum+ Bernardi Galli, Signum+ Pereta uxoris eius, Signum+ Arnalli Galli, Signum+ Guillelma, Signum+ Ermesendis, Signum+ Pereta, nos qui istam diffinitionem facimus et firmamus.

Sig+num Berna[r]di[3] clerici. Signum+ Bernardi subdiaconi.

Petri sacerdotis *(senyal)*, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *En lloc de* volueritis. 2. *En lloc de* pro. 3. *Manca; la primera* r *corregeix* [n]; na, *afegit a la interlínia.*

677

1134, juny, 15

Testament. *Guerau atorga testament, en el qual reparteix els seus béns entre els ordes del Temple i de l'Hospital, algunes esglésies, els seus fillols i diversos particulars.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 33, 111 × 472 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 65.

Cum Dominus et Salvator noster de superna celorum pro sua pietate descenderet ut nos redimeret a laqueo diaboli. Quod ego Gerallus iaceo in egritudine corporis mei et timeo penas inferni et cupio pervenire ad gaudia paradisi, testamentum meum facio de omne meum honore et avere. Et eligo manumissores mei, id est, Poncio capellani et Ramon de Pavia et Bernardo de Termenes et Sancio. Precor vos, amicis meis, ut si mors mihi [advenerit][1] antequam alium testamentum facia, cumque dividatis[2] omne meum honore et avere sicut hic inveneritis. In primis, relinquo corpus meum ad milliciam de Garden cum XL migeras ordei. Et reliquo ad Ospitalis Iherosolime XXX migeras ordei. Relinquo Sancte Marie de Vila Salva V sollidos. Et ad Stephano clebano XII denarios tracturas propter missas, I archa. A Bertrando diachono,[3] XII denarios. Sancte Tecle Terrachone, III migeras ordei. Sancte Marie Vallis Bone, solidos III. Relinquo Poncio capellani mea artiga de rivo Brugiente cum sua tenenca; et I pecia de terra in ripam de Francoli et vadit usque in carraria qui vadit a Vila Salva ad Espelunca et se tenet de I parte in alaudii de Ramon Franc, de alia in alaudi de Per[e][4] de Balager; in riba Angera I orto cum alaudio qui se tenet et I archa. Relinquo ad Arsen de Obrador I chasa; et explet de artiga de riu Brugent inter illa et Petro de Surede, medium per medium. Relinquo Guillelm Mercer et coniux sua pecia I aladii qui vadit de vila usque in Angera et se tenet de I parte cum alaudio qui fuit de Carbonel, de alia in alaudio de Bonet de Cervera; et medietate de obrador quod[5] ego teneo in pignora;[6] alia medietate ad Arnallo Merchader; et de ipsa medietate faciant manumissores mei emenda ad Domenga. Relinquo a Domenga I marc et meas balancas minores et[7] I ataud. Ad presbiter, V sollidos, et preco ut adiuvet mihi dare et interrogare meos directos pro anima mea; et ipsos V sollidos debet mihi Peram de Laurag; et rogo ut sit donator ad P[e]tro[8] Berengarii, ad Sancte Marie augusto. Ad filius de R[aimundo] de Sagarra, qui est filioli mei, omnem alaudii que abeo in Rogalls. Ad filius de P[e]tro[9] de Turre dimito alaudio que abeo ad Orelud. Et preco manumissores mei ut vendant meas mansiones et induant V filiolis mei. Relinquo ad Argenca II sollidos. A R[aimundo] de Aquilo, sollidos III. Obsecro manumissores mei ut faciant caritate pro anima mea sicut melius potuerint facere; relinquo ad hec II porchos. Rogo ut sint persolutos meos debitos: XVI denarios a Per[e][10] de Ivorra; Arsen de Obrador, XIIII et I migera ordei; B[erengario] Cerda, VIIII denarios; Per[e][11] clerico, III denarios. Et debent mihi Per[e][12] de

Turre et Guillelm de Mor II sollidos et VII denarios; Gilelm de Vilagrassa fide et donator, II sollidos, VII denarios; Per[e][13] de Carcasona, XII denarios; Ferrer de Guardia, II sollidos, VIIII, in sua fide; Guillelm de Pinos, I quartera frumenti; R[amon] Ponc de Cervera, VXI[14] denarios. Relinquo infra Raimunda de Guardia et Maria de Munt Palat unas meas paelles. Et de alium meum avere qui remanet, rogo manumissores mei ut donent in supradicta caritate et in qua melius extimare potuerint.

Actum est hoc X°VII° kalendas iunii, anno XX°VI° regnante Lodovico rex.

Sig+num Geralli, qui hunc testamentum scribi feci et firmavi et a testibus firmare rogavi.

Sig+num Poncii capellani, Sig+num R[aimundi] de Pavia, Sig+num Bernardi de Termenes, sig+num Sancii, nos sumus testes.

Hoc rogatus scripsit Bertrandus, cum literis adiectis in prima linea, notato die et anno *(senyal)* superius.

1. *Manca.* 2. dividatis *afegit sobre la primera línia, amb un senyal d'avís que hi remet*. 3. *La darrera* o *afegida a la interlínia.* 4. *Manca.* 5. quas *al text*. 6. o *afegida a la interlínia.* 7. et *afegit a la interlínia.* 8. *Manca.* 9. *Manca.* 10. *Manca.* 11. *Manca.* 12. *Manca.* 13. *Manca.* 14. *En lloc de* XVI *o de* VIX.

678

1134, juliol. Setge de Fraga

Sentència. *Pere, bisbe de Barbastre, publica la sentència donada per la cúria reial en el plet entre Berenguer Ató, abat de Sant Climent de [...], i Sanxo Galindo, abat de Sant Martí de [...].*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 36 (*olim* arm. 12 de Montblanc, sac Maria, núm. 1099), 311 × 196 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 397. — SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, p. 28.

Ego Petrus, Barbastrensis episcopus, multi modis et frequentibus querimoniis pulsatus que erat inter Berengarium Adonis, abbatis Sancti Clementis, et Sancium Galindonis, abbatis Sancti Martini, tandem iussi eos ad obssidionem de Fraga venire ut, in presencia nostra et curia regis Ildefonso, a prudentibus et eruditis viris causa eorum discuteretur vel difineretur. Cui iudicio vel diffinicioni interfuerunt Garseas, episcopus Cesaraugustanus, Sanctus, episcopus Nagarensis, Guido, episcopus Lascurrensis,

Durandus, abbas Sancti Victoriani, et abbas Cadonensis pluresque alii, tam clerici quam laici, in prudencia et iudicio discreti. Qui omnes iudicialiter decreverunt ut ecclesia beati Martini et clerici sibi servientes possesiones, hereditates, decimas de omnibus parrochianibus suis quas laboraverint in terminis de Petra Rubea, de aviaticis et de comparacionibus et de eschalidis integriter et ceteros redditus ad ecclesiam pertinentes abeant, obtineant et possideant omnique tempore, sicut abuit ab antiquis temporibus et ab antiquis hominibus qui eam hedificaverunt, ita ut eandem libertatem et ingenuitatem habeat ecclesia Beati Martini quam habent cetere ecclesie episcopatus nostri. Item ecclesia Sancti Clementis de omnibus parrochianibus suis habeat suas dezimas. Hoc iudicium fuit datum a supradictis episcopis et abbatibus in curia regis et rogatu nostro.

Quod iudicium magister Tomas, capellanus noster, iussione nostra, scripture tradidit sub testimonio tocius curie regis et in presencia nostra, in mense iulii, in obsidione de Fraga, sub era M^{a} C^{a} LXX^{a} II^{a}.

Ego Petrus, Barbastrensis sive Rotensis episcopus, hoc iudicium laudo et confirmo et auctorizo et hoc sig+num sancte crucis confirmo, visores et auditores et testes qui ibi fuerunt omnibus episcopis et abbatibus supra nominati et tocius curie regis.

Ego Adefonsus, Dei gratia rex, laudo et confirmo hoc iudicium suprascriptum, quod iudicatum fuit in curia mea, a supradictis episcopis et abbatis, et hoc *(senyal)* signum feci.

679

1134, octubre, 6

Venda. *Ramon de Madrona ven a Guillem Ramon un alou a Berga, al lloc anomenat el Barri, i un molí a la riera Demetge, prop de l'esmentat alou, pel preu de quatre morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 38 (*olim* arm. 10 de Manresa, sac A, núm. 167), 110 × 287 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Ramon de Madrona vinditor sum tibi, ad te domno Guillelmi Raimundi. Per hanc scriptura vindicionis me vindo tibi ipsum meum aloudem franc, que ego abeo ad ipso bario de Berga, qui mihi advenit de parentorum et pro qualicumque voces. Et insuper vindo tibi ipsum meum moli franc qui est in

Merdica, prope ipsum aloudem iamdictum.[1] Et est ipsum aloudem franc in apendicio de Berga, in locum que vocant ad ipso barrii. Et afrontad ipsum aloudem franc de I part in aloude de Berenger Ramon vel de Berenger Reinald, et de alia in alod comtal, et de tercia in aqua de Medica, et de quarta in aloud de Bernard Guiffre vel in moli de ipso Salice. Quantum infra istas affrontaciones includunt et isti termini ambiunt, sic vindo tibi ipsum aloudem franc iamdictum in propter precium placibile morabatinos IIII^{or} in auro. Et est manifestum. Quod si me vinditore a[u]d[2] ullusque homo ne femina qui ista karta vindicione inquietare vel frangere voluerit in duplo tibi componat. Et in antea ista carta firma et stabilis permaneat modo et omnique tempore non siat disrrupta.

Facta carta vindicione II^{e} nonas octuber, anno XX^{o}VII^{o} regnante Ledovico rege.

Sig+num Ramon de Madrona, qui ista carta vindicione mandavi scribere et ab manus meas firmavi et ad testes firmare rogavi.

Sig+num Petrus Raimundi, capela de Madrona, Sig+num Bertran de Monte Claro, Sig+num Berenger de Arles, nos sumus testes.

Wilelmus levita, qui ista carta vindicione scripsi die et anno *(senyal)* quod supra.

1. Et insuper vindo ... aloudem iamdictum *escrit al final del text, després de la clausura de l'escrivà.* 2. *Manca*.

680

1134, octubre, 20

Venda. *Ramon Albert de Juià, la seva esposa Estefania i el seu fill Ramon donen a l'orde del Temple un alou que tenen al terme de Collsabadell, al Mogent, a canvi de vint morabatins.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 39, 137 × 360 mm. Estat de conservació regular a causa de la mutilació de la part dreta.

Com que el document està mutilat per la part dreta, hem restituït entre claudàtors, sempre que ha estat possible, les parts que manquen. L'any del rei franc i l'any de l'Encarnació pel sistema florentí no són coincidents. Cal pensar que l'escrivà utilitzà el còmput pisà de l'Encarnació.

In Dei nomine. Pateat hominibus cunctis presentibus atque futuris qualiter ego Raimundus Adalberti de Iuiano et uxor eius nomine Stephania et filius eius nomine Raimundus, ob peccatorum nostrorum et paren[torum nostrorum] impetrandam et vitam

ęternam consequendam, donamus et offerimus omnipotenti Deo et milicię Templi Iherosolimitani et militibus ibi Summo Regi servientibus, presentibus et futuris, omne nostr[um alodium quod habemus] et habere debemus in ipso loco qui vocatur Mugent, sicuti Arbertus melius habet et tenet per[1] nos, cum omnibus pertinentiis que ad ipsum alodium pertinent. Est autem preph[atum alodium in co]mitatu Barchinonensi, infra terminos parroechię Sancti Saturnini de Collo de Sabadel. Advenit quoque nobis voce genitorum nostrorum vel aliis quibuslibet modis ac vocibus. [Afrontat] ab oriente in[2] fevo Bernardi de Brugeres, a meridie in alodio de Belucia, ab occasu in alodio de cannonica Sancte Eulalie, a circio in alodio Petri Bereng[arii], quod habet in Senata. Sicut ab his terminis concluditur et terminatur, sic donamus et offerimus predictum alodium, cum ingressibus et eius egressibus integriter, domino Deo et [milicię Templi] et militibus ibi Deo militantibus. Ac de nostro iure in eorum ius et dominium eum tradimus possidendum ad servitium Dei et servorum eius, ad suum proprium alodium, ad suum libitum. [Hanc donationem] facimus in potestate omnipotentis Dei et in manu Arnalli de Bedocio et suorum fratrum, unde accepimus ab eis XX morabatinos. Si quis contra hanc nostre d[onacionem venerit ad] inrumpendam, iram Dei incurrat et secundum sanctorum patrum instituta emendet. Omnibus autem huic loco iusta servantibus et bona facientibus sit pax Domini […].[3]

Actum est hoc XIII kalendas novembris, annus Domini C XXXV post millessimum regisque franchorum Leudovici XXVII.

Sig+num Raimundi Adalberti, Sig[+num Stephanie uxo]ris eius, Sig+num Raimundi filius eius, nos qui hanc cartam scribere iussimus, laudamus, firmamus et testes firmare precipimus et rogamus.

Sig+num Pontii d[e …].[4] Sig+num Raimundi Petri de Far. Sig+num Guielmi Petri de Sancto Christoforo.

Guielmus levita, qui hoc rogatus scripsit die annoque prefixo + cum literis dampnatis in linea V[a].

1. per *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix* alodio, *ratllat, i* fevo, *afegit a la interlínia*. 3. *Espai de dotze lletres, aproximadament, il·legibles a causa de la mutilació del pergamí.* 4. *Espai de deu lletres, aproximadament, il·legibles a causa de la mutilació del pergamí.*

FUNDACIÓ NOGUERA

681

[Després de 1134]

Inventari. *Inventari dels béns de la cambra de Ramon Berenguer III.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, carp. 359, núm. 3203, 55 × 185 mm. Bon estat de conservació.

Datem el document per l'ascens al tron de Ramir II d'Aragó, el rei monjo al qual es fa referència, atès que l'única Amabília, filla de comte, coneguda és germana de Ramon Berenguer III, tot i que casada des de 1112 amb Pere de Carcassona. Ramon Berenguer III morí el 1130, això fa pensar que el document hauria de ser un inventari redactat anys després.

Breve rememoratorii de camera comitis. In primis, post mortem comitis, traxit Amabilia, filia eius, coopertarium I de tirezc et alium de cuniculos coopertum de aufustani, et intus in archa habebat linceolum I optimum quod dedit[1] comitis. Mapas II operatas abuit P.[2] Porter. Tapecium I maiorem accepit P. Garsia. Accepit Bonusvida colcedra I et unum plumacio de seda. Fecit ducere comiti a Terragona morter I. Bonusvida cetril I de latonum et accepit candelabrum magnum optimum de latonum quam dedit rex monachum de Aragone. Et dedit comiti P. Arnalli collera I de ligno. Et abet Radulfus neulers I de ferri. Et abet R. Bada patela I de ferro, manil I et pintena de ivvori. Et tonsuras I abuit comiti.

1. *Segueix* nt, *ratllat*. 2. *No hem desenvolupat les abreviatures dels noms propis*.

682

1135, gener, 11. Seu de Sant Pere de Vic

Jurament de fidelitat. *Ramon Bernat, fill d'Ermessenda, jura fidelitat a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, fill de la comtessa Dolça, en especial pels castells de Castelladral, Salo, Mejà i Mujal.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 40 (*olim* arm. 10 de Manresa, sac Q, núm. 353), 269 × 162 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

B [Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 6b-d.]

a *CODOIN*, IV, doc. VII.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum,* II, doc. 549.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 226. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 29, 40.

Iuro ego Raimundus Bernardi, filius qui fui Ermessendis feminę, quod de ista ora in antea fidelis ero tibi Raimundo, comiti

Barchinonensi, seniori meo, filio Dulcię comitissę, sine fraude et ullo malo ingenio et sine ulla decepcione et sine engan, per directam fidem. Et de ista ora in antea ego Raimundus iamdictus non dezebré te Raimundum iamdictum de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent neque de tuis comitatibus aut comitatu neque de tuis castris aut castellis, rochis aut puis, condirectis vel eremis, terra et honore, alodiis vel fevis,[1] que tu Raimundus prescriptus hodie habes vel habere debes et in antea adquisieris; neque de ipso castro de Castel Edral neque de ipso de Salau neque de ipso de Midias neque de ipso de Muial, neque de ipsis fortitudines que in iamdictis castris sunt aut in antea erunt, no t'o[2] tolré ni te'n tolré, ni te n'engannaré ni te'n decebré, ni t'o vedaré ni te'n vedaré, nec ego Raimundus iamdictus nec homo nec homines, femina nec feminę, per meum consilium nec per meum ingenium;[3] et adiutor te seré a tener et ad aver, sine tuo engan. Et si homo est aut homines, femina vel feminę, qui tibi iamdicto Raimundo tollat vel tollant, vetet vel vetent hec omnia suprascripta aut de istis omnibus suprascriptis, ego Raimundus iamdictus adiutor te seré, sine engan, ad te Raimundum comitem iamdictum contra cunctos homines vel feminas, sine tuo engan; et de ipso adiutorio no te n'engannaré, tuum consilium aut consilia no descubriré per ullum ingenium ad tuum dampnum, me sciente, neque iusticiam vel directum no·t vedaré ni·t contendré; societatem cum tuis inimicis aut inimico, inimica vel inimicas, infideles vel infidele, non habebo nec tenebo ad tuum dampnum, me sciente. Et si tu[4] Raimundus comes iamdictus mortuus fueris et ego vivus fuero, similiter o tenré et o atendré ad filium vel filiam quam habueris de legitimo coniugio[5] vel ad ipsum cui tu Raimundus iamdictus dubitaveris predictum honorem quod habeat post mortem tuam, de homenatico et sacramentis, sicut superius scriptum est, de te Raimundo comite. Et hoc faciam infra primos[6] LX dies quod tu obieris et ego sciero. Et sicut superius scripta sunt, hec omnia sic tenebo et atendam me sciente per Deum et hec sancta.

Quod est actum III idus ianuarii in Ausona, apud sedem Beati Petri, in presentia subscriptorum et aliorum multorum nobilium virorum, anno XXVII regni Ledovici regis.

Sig+num Raimundi Bernardi, qui propria manu iuravit et punctatim firmavit.[7]

Sig+num Arnalli Berengarii de Anglerola. Sig+num Berengarii de Cheralto. Sig+num Guillelmi de Pugalto. Sig+num Bernardi de

Bello Loco. Sig+num Guillelmi Raimundi, dapifer. Sig+num Mironis de Luciano. Sig+num Raimundi de Luciano.

Sig+num Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit.

1. *Entre* i *i* s, n *expuntuada.* 2. t'o *afegit a la interlínia*. 3. um *afegit a la interlínia.* 4. tu *afegit a la interlínia.* 5. *La darrera* o *afegida a la interlínia.* 6. o *afegida a la interlínia.* 7. firmavit *afegit a la interlínia.*

683

1135, gener, 11. Seu de Sant Pere de Vic

Jurament de fidelitat. *Guillem Ramon de Berga, fill de Sicarda, jura fidelitat al comte de Barcelona Ramon Berenguer IV, fill de Dolça, en especial pels castells de Peguera, Fígols, Vallmanya i Torroella, i pel palau de Berga.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del segle XII, ex *A*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 41 (*olim* arm. 10 de Manresa, sac de Santa Anna, núm. 240), 337 × 156 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

C Còpia del final del segle XII, ex *A*. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 78.

D Trasllat del 15 d'octubre de 1239, ex *A*. ACA, Cancelleria, Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 41 tripl. (*olim* arm. 10 Manresa, sac Santa Anna, núm. 241), 365 × 208 mm. Bon estat de conservació.

E Trasllat del 27 d'agost de 1263, ex *C*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 41 dupl. a (*olim* arm. 10 Manresa, sac A, núm. 124), 315 × 323 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

a *CODOIN*, IV, doc. VIII.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum,* II, doc. 570.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 27, 40.

El trasllat *E* copia a continuació d'aquest jurament de fidelitat el que el mateix Guillem Ramon de Berga va fer, uns anys més tard, al rei Alfons el Cast.

Iuro[1] ego Guillelmus Raimundi de Berga, qui fui filius Sicardis femine, quod de ista [hora][2] in antea fidelis ero tibi Raimundo, comiti Barchinonensi, filio Dulcię comitissę, sine fraude et malo ingenio et sine ulla decepcione et sine engan, per directam fidem. Et de ista ora in antea non dedebré te prephatum comitem de tua vita neque[3] de[4] tuis membris que in corpore tuo se tenent neque de totis comitatibus tuis vel comitatu neque de tuis castris aut castellis, rochis, puis, condirectis vel eremis, terra et honore, alodiis vel feuvis que odie habes et habere debes et in antea adquisieris. Nominatim ergo tibi iuro ipsum castellum de Pegera et de Figols et de Valmagna et de Torredela et ipsam domum de Berga et omnes

fortedas que in eo vel in eis sunt modo vel in antea erunt. Quod de predictis omnibus rem tibi no tolré ni te'n tolré, ni te n'engannaré ni te'n dedebré, ni t·o vedaré ni te'n vedaré, ni t·o contendré ni te'n contendré, nec ego Guillelmus Raimundi nec homo nec homines, femina nec feminę, per meum consilium nec per meum ingenium. Et si homo est aut homines, femina vel feminę, qui tibi tollat aut tollant, vetet vel vetent predicta omnia aut aliquid de predictis omnibus, ego predictus Guillelmus finem nec societatem nec amiciciam de illa hora et deincebs, nec habebo ad ullum bonum de eis neque ad ullum tuum dampnum. Et adiutor te seré a tener et ad aver et a defendre contra omnes[5] homines vel feminas, sine tuo engan, semper. Et de ipso adiutorio no t'engannaré ni communir no me'n vedaré per quantas vegadas me'n recherràs o me'n comonràs, per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Et de omnibus predictis fortedis et castellis sicut modo sunt aut in antea erunt, ego prephatus Guillelmus potestatem deliberam tibi et tuis, quos volueris vel iusseris, dabo sine tuo engan, tam cum forfactura quam sine forfactura, per quantas vegadas me'n recherràs o me'n comonràs, per te ipsum vel per tuos missos vel missum. Similiter tibi iuro omnes ęcclesias et eis omnia pertinencia, sicut scriptum est inter me et te. Et omnia scrivaria et[6] diffiniciones et amissiones quas tibi habeo factas, ut ab hac ora et deincebs eas tibi non querelem ne ullus per me vivens, nec meo assensu vel voluntate, neque tuis cui vel quibus ea vel de eis dabis, nisi quantum cum tua mercede de eis adquirere tecum possim tuo gradiente animo, sine ulla forcia. Societatem non auré nec amiciciam non auré ni tenré cum tuis inimicis aut inimico, inimicas vel inimica et infidelibus vel infidele, ad ullum tuum dampnum, me sciente. Iusticiam neque directum no·t vedaré ni·t contendré de me ipso nec de ullis meis. Tuum consilium aut consilia [no] descubriré ad ullum tuum dampnum me sciente. Seniorem nec seniores no faré ni tenré ni affidaré sine tuo solvimento et quem vel quos volueris. Sicut superius scriptum est,[7] te predicto comite sí o tenré et o atendré post te ad tuum filium vel filiam sive ad ipsum vel ad ipsam, cui vel quibus dabis vel dimiseris honorem Bergitani sive de sacramentis quam de omnibus rebus predictis; et hoc faciam infra primos LX dies quibus mortuus fueris et hoc ego sciero, sine mala contencione et sine alio lucro. Et ut hoc[8] quod superius scriptum est, totum tibi et tuis teneam et atendam sine tuo vel eorum engan, mitto tibi et tuis post te omne fevum vel alodium quod habeo vel habere debeo in pignus in omni honore tuo

sine tuo vel eorum engan. Quod si non fecero et ita non atendero sicut prescriptum[9] est, incurrat predictum pignus in potestate tua et eorum ad faciendum quod volueris liberamente. Sicut superius scriptum est et melius dici vel cogitari potest ad tuum bonum et tuorum, sí o tenré et o atendré ego prephatus Guillelmus et tuis predictis de ista ora et deincebs, excepto quantum tu me absolveris vel absolverint tuo vel eorum gradiente animo, sine ulla forcia, per Deum et hec sancta sanctorum.

Quod est actum III[10] idus ianuarii, in Ausona, apud sedem Sancti Petri, in presencia subscriptorum et aliorum multorum nobilium virorum, anno XXVII regni Ledouici regis.

Sig+num Guillelmi Raimundi de Berga, qui hoc propria manu iuravit et suo puncto firmavit.

Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Arnalli Berengarii de Anglerola. Sig+num Berengarii de Cheralto. Sig+num Guillelmi de Pug Alto. Sig+num Bernardi de Bello Locco.

Sig+num Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit die prephato.[11]

1. C *i* E *comencen:* Sacramentale de Guillelmi Raimundi de Berga quod fecit nobili Raimundo comiti Barchinonensi filio dicti Raimundi comitis super castris de Peguera scilicet et [de] Figols, Valle Magna et de Torredela ac de ipsa domo de Bergua. — C *comença:* Hoc est translatum fideliter factum ydus octobris, anno Domini Mº CCº XXXº nono. 2. [hora] *ometen* B *i* D. 3. nec E. 4. de *omet* E. 5. totz E. 6. et *ometen* D *i* E. 7. *Segueix* de, *expuntuat* B. 8. hoc *omet* E. 9. scriptum E. 10. II C. 11. D *acaba:* Arnaldus, Minorisensis prepositus (*senyal*). Petrus Compagni, Minorisensis kamerarius (*senyal*). Raimundus de Sala, notarius publicus Minorise, scripsit, cum literis suprapositis in nona linea ubi dicitur *nec* et in vicesima octava ubi dicitur *tuo*, die et anno (*senyal*) quo supra. — E *acaba:* Sig+num Petri Marchesii, notarii. Sig+num Bernardi de Caderita, notarii. Sig+num Petri de Ribalta, notarii publici Barchinone, qui pro teste subscribo. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum transcribi fecit fideliter et clausit VI kalendas septembis, anno Domini Mº CCº LXº tercio.

684

1135, gener, 19

Definició. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, reconeix que el monestir de Sant Joan de les Abadesses està sota la protecció de la Santa Seu i declara que no s'emparará dels béns del monestir.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 42, 267 × 478 mm. Bon estat de conservació malgrat els petits forats d'un estrip que coincideixen amb els plecs del pergamí.

a VILLANUEVA, *Viage literario,* VIII, doc. 18.

b MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 361-362.
c MARTÍ BONET, *Oleguer,* doc. 118.

Cit. JUNYENT, *El monestir,* p. 48. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 27.

Hem datat el document tot seguint la cronología del rei Lluís VI, en la qual, l'any XXVII del seu regnat no es correspon amb l'any de l'Encarnació indicat en el document, ni pel sistema florentí ni pel pisà. Berenguer Dalmau no va ser bisbe de Girona fins al 1144 i Ramon de Xetmar no ho va ser de Vic fins al 1146, de manera que hem de suposar que les seves signatures en el text són posteriors.

Anno Incarnationis Dominice Mº Cº XXXº VIIº. Ego Raimundus Berengarii, Dei gratia comes Barchinonensium, Bisildunensium, Cerritaniensium[1] et marchio, recognoscens ecclesiam Sancti Iohannis Rivipollensis iuris ęssę Beati Petri et iuxta privilegia romanorum Pontificum in ordine chanonicali in perpetuum collocatam, statui tante iusticie fidem servare et romanis preceptis aurem obedientię dare, ratum abens et confirmans quod erga pastorem et gregem presentes et successuros privilegiorum auctoritates kanonice definiunt de pace et securitate illorum. Sane, recolendum novi quod digne memorie pater meus Raimundus Berengarii eandem iusticiam clericis qui expulsi fuerant observaverit quam Paschalis episcopus literis et iudicio ratam iudicaverit, per presentis, igitur, formam scripture laudo illorum auctenticas voces, promittens et definiens quod nec presenti abbati Petro et subditis nec futuris in abbatiam rectoribus, quolibet modo, causa vel ingenio, imparem ęcclesiam aut bona ad ipsam pertinentia; adiutor et defensor eorum in omnibus semper fide recta permanens quicumque eis auferre ęcclesiam et ordinem kanonicum evertere voluerit. Ad noticiam presentium et futurorum volo perveniat quod feci consensu et voluntate archiepiscopi Ollegarii et ordinatione presulum vicinorum Raimundi Ausonensis et Berengarii Gerundensis, quos deprecor et volo huius rei ęssę testes, laudatores et confirmatores, ymmo ex toto defensores. Quecumque vero persona, magna vel parva, potens aut impotens, frangere aut inquietare statum huius mee definicionis voluerit, in triplo componat. Et in antea nulli in perpetuum violari liceat.

Factum est hoc Xº IIIIº kalendas februarii, anno XXº VIIº regni regis Leudovici.

Udalgarius*,[2] Elennenssis episcopi. Poncii*, Elenensis archidiaconi. + Raimundus*, Dei gratia Ausonensis episcopus. Gaucefredi*, dechanus +. Berengarius*, Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus. Berengarius*, Gerundensis archidiaconus. Gaucefredus*, Bisullunensis archilevita.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Reamballi. Sig+num Bernardi de Bellog. Sig+num Berengarii de Lerc. Sig+num Raimundi de Torreies. Sig+num Dalmacii de Petra Taiata. Sig+num Raimundi Bernardi de Guardia. Sig+num Geraldi Ugonis. Sig+num Arnalli de Lerc. Sig+num Petri de Cervera. Sig+num Guillelmi Raimundi de Malan. Sig+num Gaucerandi de Sales. Sig+num Bernardi Iohannis.

Guielmus presbiter, qui hoc scripsit sub *(senyal)* die et anno quo supra.

1. *La primera* r *afegida a la interlínia.* 2. al *afegit a la interlínia.*

685

1135, febrer. Graus

Donació. *Ramir II, rei d'Aragó, dóna a Gil de Lascellas la vila de Panzano, situada prop de Lascellas.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 275 (*olim* arm. 19 Osca, sac Sant Llorenç, núm. 35), 290 × 385 mm. Bon estat de conservació.

(Crismó) Sub Christi nomine et eius divina gratia. Ego quidem Ranimirus, Dei gratia Aragonensium rex, facio hanc cartam donacionis vobis don Gilii de Lacelgas. Placuit mihi libenti animo, obtimo cordis effectu et spontanea voluntate et propter servicium quod mihi fecistis et cotidie facitis et quod in antea faciatis et sedeatis meo bono bassallo et fidele, dono et concedo vobis villam que dicitur Panzano, qui est prope de Lacelgas, cum omnibus suis terminis heremis et populatis et totis suis directaticis quos ad predictam villam pertinent vel pertinere debent, simul cum ipso castello et montibus et aquis et palustris. Et omnibus hominibus qui ibi abitant vel in antea abitaverint, cum omni censu quod mihi pertinet vel pertinere debet ad meam regalem personam. Dono et confirmo vobis totum ab integrum hoc suprascriptum ut habeatis et possideatis ingenuum et liberum et francum et quietum ad vestram propriam hereditatem per facere inde totam vestram voluntatem, vos et filii vestri et omnis generacio vel posteritas vestra per secula, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per cuncta secula seculorum. Amen.

Signum regis *(senyal)* Ranimiri.

Facta vero hanc[1] cartam donacionis era M^{a} C^{a} LXX^{a} III^{a}, in mense febroario, in villa que dicitur Gradus. Regnante me Dei gracia

in Aragone et in Super Arbi sive in Ripa Curcia. Garcia Ranimiri sub meum imperium rex in Pampilona. Episcopo Dodo in Osca. Episcopo Mikael in Tarazona. Episcopo Garcia in Zaracoza. Comes Arnal Miro Palgarensis in Boil et in Fonte Tova. Vicecomitissa in Uno Castello. Frontin in Sos. Bertran in Exeia et in Boleia. Castang in Biale. Martin Galind in Agerbe. Fortugno Galindez in Osca et in Castelgon. Lope Fortugnones in Albero. Ferriz in Sancta Eulalia. Fortugno Dat in Barbastro. Mikael in Monte Son. Per Ramon in Stata. Garcia Garcez de Grostan in Castro. Enneco Lopiz in Napal. Ramon de Larbasa in Monte Cluso, Sango Ennecon in Abinzanlla, Mikel de Rada in Petra Rubea, Lope Lopiz in Clamosa, Rodric Petriz in Panno, Per Iozpert in Sancto Sthephan, Per Mir in Banavarre.

Ego Raimundus scriptor, sub iussione domini mei regis, hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum *(senyal)* feci.

1. *Segueix* hanc, *ratllat*.

686

1135, març, 5

Convinença. *Ermengol VI, comte d'Urgell, i el vescomte Ponç de Cabrera s'atorguen mútuament llibertat d'actuació cadascun en l'honor de l'altre. Es comprometen, també, a protegir les possessions i els fills del primer que mori i s'hereten mútuament en cas de morir sense descendència.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 55 (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 199), 190 × 247 mm. Bon estat de conservació.

Hec est convenientia quam faciunt inter se domnus Ermengaudus, Dei gratia Urgellensis comes et marchio, et domnus Poncius de Cabreria. Si dominus comes, vivente Poncio, venerit in honorem Poncii, faciat ibi totam voluntatem suam sicut in suo proprio honore. Similiter, si domnus Poncius, vivente comite, venerit in honorem eius, faciat ibi totam voluntatem suam sicut in suo proprio honore. Quod si prius minus venerit de comite, totus honor comitis cum filio eius ac filia remaneat in potestate et baiulia domni Poncii et toti homines comitis ipsius respondeant Poncio sicut proprio seniori suo de toto honore comitis et tendant inde ad predictum Poncium. Et predictus Poncius defendat bene et manu teneat consilio prudentie sue et armis et habeat et teneat

totum honorem comitis potestative ad fidelitatem filii et filie comitis senioris sui, sicut debet. Si autem prius minus venerit de Poncio, totus honor eius cum filio ac filia remaneat in potestate et baiulia domni comitis et toti homines ipsius Poncii respondeant comiti sicut proprio seniori suo de toto honore Poncii et tendant inde ad predictum comitem. Et predictus comes defendat bene et manu teneat consilio prudentie suę et armis et habeat et teneat totum honorem Poncii potestative ad fidelitatem filii et filię Poncii, sicut debet. Quod si minus venerit de filio et filia comitis sine infante legitimi coniugii, totus honor comitis remaneat Poncio ad faciendam inde propriam voluntatem suam. Similiter si minus venerit de filio et filia Poncii sine infante legitimi coniugii, totus honor Poncii remaneat comiti ad faciendam inde propriam voluntatem suam. Preterea quicquid unusquisque comes scilicet vel Poncius actenus pro anima sua dedit vel in posterum daturus est, alterius consilio perpetua soliditate subsistat et a nullo eorum requiratur.

Facta convenientia ista anno ab Incarnacione Domini nostri Ihesu Christi Mº Cº XXXº Vº, IIIº nonas marcii.

Signa+ domni comitis Ermengaudi et domni Poncii, qui hanc cartam scribi iusserunt et scriptura propria manu firmaverunt.

Sig+num Wilelmi de Media. Sig+num Bernardi de Anna. Sig+num Arnalli de Ostoles.

Quia dixit superius de uxore legitima filii vel filie Poncii, si habuerit de hac uxore que non videtur esse legitima, sint in hac conveniencia sicut et alii superius scripti.

Geraldus archidiachonus *(senyal)* scripsit.

687

1135, març, 14

Definició. *Pere Arnau renuncia a favor de l'orde del Temple als drets sobre un mas i uns alous, situats a Santa Perpètua de Mogoda, que el seu germà Arnau Galceran havia llegat en el seu testament a l'esmentat orde.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 44, 78 × 281 mm. Bon estat de conservació.

Datem el document per l'any del rei Lluís el Jove, que no coincideix amb el còmput de l'Encarnació ni pel sistema florentí, ni pel pisà.

In Dei nomine. Ego Petrus Arnalli, prompto animo et bona voluntate, diffinio et evacuo domino Deo et milicię Iherosolimitani Templi et militibus ibi Deo servientibus, in manu Raimundi Gauceberti et Raimundi Arnalli, fratrum eiusdem milicię, mansum cum suis pertinentiis et alodia culta et herema quę frater meus Arnallus Gaucerandi eidem milicię Templi dimisit, sicut in suo testamento continetur scriptum. Est autem predictus mansus, cum suis pertinentiis et prephata alodia, in comitatu Barchinonæ, in Vallense, in parroechia Sancte Perpetuę de Mogoda. Sicut melius habetur et continetur, ut melius dici vel intelligi potest, de meo iure in ius[1] et dominium Iherosolimitanę milicię et fratrum ibi degentium trado ad quod voluerint faciendum, sine ulla voce a me vel a meis ibi retenta. Si quis hoc violare presumpserit, suprascripta omnia in duplo componat et ut reus sacrilegii ubique habeatur donec ad satisfactionem veniat. Et insuper hęc presens pagina perhenniter maneat firma.

Actum est hoc II nonas marcii, anno ab Incarnatione Dominica C XXX IIII post millesimum regisque francorum Leduici XXVII.

Signum+ Petri Arnalli, qui hanc diffinitionis et evacuationis cartam scribere iussi, laudo, firmo et testes firmare rogo.

Signum+ Raimundi Renardi. Signum+ Bernardi de Chastello Uduli. Signum+ Carbonelli.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. s *corregeix* r.

688

1135, març, 15

Empenyorament. *Pere de Montpaó, la seva esposa Adelaida i els seus fills Poncet i Sança empenyoren als esposos Arnau Joan i Maria i als seus fills una quarterada de vinya a Cervera, al lloc anomenat* Sererols, *per raó d'un deute de setze sous i quatre diners i tres mitgeres de forment*.

A [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 45 (*olim* arm. 21 del regne de València, sac M, núm. 555), 103 × 272 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis qualiter ego Petro, que vocant de Monte Phaoni, et coniux mea Adalędis et filio nostro Poncet vel filia nostra

Sanza, nos in simul inpignoratores sumus tibi Arnallus Iohanni et ad coniux tua Maria et ad filias tuas vel filiis. Sic impignoramus nos vobis quarterada I de vinea, qui est nostrum dominicum, qui se tenet ab ipsa vinea de Arnallo iamdicto. Sic mittimus pignus ipsos totos nostros directos quo nos abemus vel abere debemus sive de pane vel vino. Et est hec omnia in chomitatu Barchinona, in termino de Cervarie, in locum que vocant Sorerols. Sic mittimus pignora, cum introuitibus et exitibus suis et affrontationibus quas debent abere, per IIIX solidos et per migeres III formenti et per III solidos et denarios IIII^{or}. Et est terminum usque ad II esplets directos. Et quando venerit ad II esplets directos, qualicumque nos potuimus redimire de monete bone Barhcinone[1] currente, fiant soluta nostra pignora. Et si non, teneat de unes kalendas de marci ad alias.

Actum est hoc idus marci, anno XXVII regnante regis Ledouici.

Sig+num Petri, Sig+num Adaledis, Sig+num Poncii, Sig+num Sanza, nos qui ista carta pignora mandavimus scribere et firmamus et ad testes firmare rogamus.

Signum+ Petri Cuc. Signum+ Guillelmi Esteva. Sig+num Guillelmi Ermengaudi.

Guillelmus presbiter, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* quod supra.

1. *En lloc de* Barchinone. *Hem deixat la forma original perquè és habitual en aquesta època.*

689

1135, juny, 9

Adveració. *Els testimonis del testament de Pere Palau, cavaller, juren damunt l'altar de Sant Joan de la catedral de Vic les darreres voluntats d'aquest, en les quals disposà ser enterrat al monestir de l'Estany i llegà els seus béns a l'orde del Temple.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 46, 157 × 353 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 503. — BISSON, *L'impuls,* p. 54. — SHIDELER, *Els Montcada,* p. 100.

Sub sacro nomine Sanctissime Trinitatis. Hec est publicatio ultime voluntatis cuiusdam militis Petri Palacii morientis, que est

facta iuxta modum quarti ordinis verbis tantumodo, sicut precipitur in Iudiciali libro Gotice legis. Ideoque nos testes, Berengarius Assalid et Petrus Batima,[1] ordinatione Berengarii iudicis, iuramus coram eo, manibus propriis super altare Sancti Iohannis situm in sede Vici, nos vidisse et audisse et iniunctum ab ipso habuisse quando et qualiter supradictus auctor huius testationis voluntatem suam quam nobis iniuncxit scribere, nequiens res suas ita disponi et distribui iussit, sicut textus eius testationis subterius[2] scribitur vel aut notatur. Hac autem ordinatione a prefato Be[re]ngario[3] ordinata est, facta et roborata iussione et litteris suis nobilissimi Roggerii, legis latoris ac Barchinonensium iudicis. In primis, corpus suum ad ecclesiam Sanctę Marię Stagni seppeliri precepit; et omn[e] alodium suum ubicumque habuisset, si in ipsa captivitate in qua erat moreretur, militibus Templi Iherosolimitani, si Guillelmus Raimundi, dapifer, voluerit, dimisit et ut prefati milites de suis elemosinis prefatam ecclesiam Sancte Marię secundum causimentum illorum placcarent, mandavit. Et immutata hac voluntate, interfectus est ab inimicis III nonas aprilis. Et nos iamdicti testes perfecimus has legaliter conditiones tempore constituto legibus, sicut dictum est superius, ordinatione dicti iudicis, iurando manibus propriis et hanc conditionem eius iuramenti infirmando supterius nostra et testium sub signatione atque iudicis scriptione.

Iste autem conditiones sunt facte V idus iunii, anno XXVII regni Lodovici regis.

Sig+num Berengarii Assalid, Sig+num Petri, quem vocant Batima, qui hec legaliter publicando ad plenum perduximus effectum. Bernardus* sacerdos *(senyal)*.

Berengarius* iudex, qui hoc confirmo viceque iusu supradicti iudicis +.

Signum+ Guillelmi dapiferi. Signum+ Otonis dapiferi. Signum+ Petri Bertrandi de Bello Loco. Signum+ Bernardi de Bello Loco. Signum+ Geraldi de Rupiano. Signum+ Petri* primicherii. Signum+ Bernardi* subdiachoni. Signum+ Bernardi Guillelmi de Lussano.* Signum+ Arberti de ipsa Petra.*

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* quo supra.

1. B *corregeix* q. 2. b *corregeix* p. 3. *Manca*.

FUNDACIÓ NOGUERA

690

1135, juny, 12

Definició. *Artau, el seu nebot Ponç i Bernat de Talamanca renuncien a favor de l'orde del Temple al cens que tenen sobre el castell de Calders a canvi del dret de guaita.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 47, 85 × 254 mm. Estat de conservació regular a causa de tres estrips i mutilacions que afecten la part inferior.

In nomine Domini. Ego Artallus et Poncius nepus meus et Bernardus de Talamancha, nos simul in unum donatores sumus domino Deo atque Milicie Iherosolimitane. Manifestum est enim quia placuit animis nostris et placet, [n]ullus[1] quoque agentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria expo[n]tanea[2] nobis elegit Deo bona voluntas ut cartam donacionis fecissemus domino Deo atque suprascripte Milicie. Certum quippe est quod Petrus Arnalli, militem prefate milicie, abet alaudem in castrum Callariis et nos suprascripti abemus ibi censum scilicet guaita. Et ego Artallus et Poncius seu Bernardus, propter Deum et remedium animarum nostrarum, donamus atque difinimus seu evacuamus supradicta guaita quod abemus in ipsum alaudem, ut neque nos neque ullus ex posteris nostris non abeamus potestatem requirere ullum censum in iamdicta honore; et hunc censum sia expensum in servicio suprascripta Milicie. Et est manifestum. Quod si nos donatores aut aliquis homo vel femina qui contra istam cartam elemosinariam venerit ad inrupendum aut inquietare presumpserit et nisi resipuerit, extraneus a consorcio sanctorum Dei et ab ecclesia católica, particeps Iude Scariocis et cum Datan et Abiron anatema fiat. Et in antea i[sta] carta firma et stabilis permaneat omni tempore.

Actum est hoc II idus iuni, anno XXVII Lodovici regis.

Signum+ Artallus, Signum+ Poncius, Signum+ Bernardus, [nos qui ista] carta fecimus scribere et firmamus et testes firmare rogamus.

Signum+ Arbertus. Signum+ Raimundus Arnalli.

Ut res manifesta fi[at ...][3] carta firmo sub prefato[4] die et anno quo *(senyal)* supra.

1. *Manca*. 2. *Manca*. 3. *Fragment d'aproximadament 45 mm, il·legible a causa de la mutilació del pergamí*. 4. to *afegit a la interlínia*.

691

1135, juny, 24

Donació. *Guillem Ramon, senescal, dóna a l'orde del Temple l'alou que havia estat de Pere de Palau.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 61, 98 × 215 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Guillelmus Raimundi, dapifer, hac indicante scriptura affirmans, collaudo militibus Templi Iherosolimitani totum ipsum alodium quod fuit Petri de Palacio vel ipse Petrus ubicumque habuit vel tenuit, tam successione parentum quam profligatione vel possessione propie persone, ut ab hodierno die et deinceps prephati milites, absque ullius inquietudine, in perpetuum habeant et possideant prephata omnia, secundum suam suorumque dispositionem.

Actum est hoc VIII kalendas iulii, anno XXº VIIIº regni Leodici regis.

Signum+ Guillelmi Raimundi, dapiferi. Signum+ Bernardi Guillelmi de Lussano. Signum+ Otonis, dapiferi. Signum+ Berengarii de ipsa Ruvira. Signum+ Arberti de ipsa Petra. Signum+ Petri Bertrandi de Bello Loco. Signum+ Bernardi de Bello Loco. Signum+ Geralli de Rupiano.

Signum+ Petri*, primicherii. Signum+ Bernardi*, subdiachoni.

Signum+ Berengarii levita, qui hoc scripsi die et anno quo supra.

692

1135, juliol, 7

Pacificació. *Guillem Ramon, senescal, després d'haver fet les paus amb Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, li retorna la dominicatura de Caldes i li promet que podrà prendre lliurement l'aigua del riu Besòs per als seus molins de Barcelona, que farà enderrocar l'edifici que ha construït a la muntanya de Sant Llorenç i que complirà l'acord amb Beatriu de Montcada.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 62 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac G, núm. 610), 125 × 291 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 454.]
a *CODOIN,* IV, doc. XVII.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum,* I, doc. 459.

Cit. BOFARULL, *Los condes,* II, p. 168. — KOSTO, *Making agreements,* p. 244. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40.

Ad noticiam cunctorum pervenire volumus qualiter diuturna contentio acta est inter domnum Raimundum, Barchinonensem comitem, et Guillelmum Raimundi, senescalc, unde multa et gravia mala processerunt. Tandem vero, intervenientibus nobilibus et bonis viris, pax inter eos composita est. Promisit namque suo domino comiti Guillelmus senescalc ut licenter acciperet, ubicumque vellet et quandocumque vellet, aquam ad molendinos suos barchinonenses, ita ut non sit impedimentum ad capiendam aquam molendinis suis de Monte Scatano neque faciat ipsos molendinos ingurgitare. Reddit quoque comiti ipsam dominicaturam de Calles, quam pater suus venerabilis Raimundus comes, dederat per cartam Guillelmo Raimundi seneschalc[1] et ipsam cartam reddit ei ut faciat inde quicquid ei placuerit. Convenit etiam illi ut primum chastellanum quem mittet in chastrum Montis Scatani, cum consilio comitis, ibi eum mittat usque ad primum festum Sancti Michaelis.[2] Item convenit ei ut totum edificium quod fieri fecit in monte Sancti Laurentii ex toto destruat. Iterum convenit ei ut faciat ei suas fidelitates et sacramenta quas ei debet facere et faciat et teneat placitum sicut apprehensum est inter ipsum Guillelmum et Beatricem, sicut in scriptis eorum continetur. Et reddat ipse Guillelmus comiti conveniencias de Saliforas, quas accepit de Berengario Guilaberti et de Petro Udalardi, et ipse comes faciat eos reddere Guillelmo Loger quod ab ipso Guillelmo propter hoc acceperunt. Convenit etiam ut emendet Raimundo Bernardi de Ripolet malum quod ei fecit ad laudamentum domni Reamballi et Arnalli, barchinonensis prepositi. Diffinit quoque comiti omnia alodia quæ fuerunt Petri de Palacio ut faciat inde quicquid ei placuerit.

Quod est actum nonas iulii, anno XXVIII regni Ledovici regis.

Sig+num Guillelmi Raimundi, qui hanc diffinicionem et pacificacionem fecit, firmavit testesque firmare rogavit.

Sig+num Bernardi Guillelmi de Luciano. Sig+num Deusde Sig+num Gocerandi de Pinos. Sig+num Bernardi de Bello Locco. Sig+num Reamballi.

+ Raimundus*, Dei gratia Ausonensis episcopus.

Signum+ Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit suprascriptis literis in linea V.

1. seneschalc *escrit a sobre d'una raspadura; segueix un espai d'aproximadament cinc lletres, cancel·lat amb una ratlla.* 2. usque ad primum festum Sancti Michaelis *afegit a la interlínia*.

693

1135, juliol, 7

Sentència. *L'arquebisbe de Tarragona pronuncia sentència de divorci entre el senescal Guillem Ramon i Beatriu de Montcada. Els béns que foren de Berenguer Ramon de Montcada han estat repartits entre ells per amigables componedors, a condició que a la seva mort dits béns passaran als fills haguts del matrimoni.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 63 (*olim* arm. 2 de Barcelona, sac B, núm. 326), 161 × 284 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 325.]

a *CODOIN*, doc. XVIII.

b MIQUEL ROSELL, *Liber Feudorum,* I, doc. 307.

c Martí BONET, *Oleguer*, doc. 123 (amb data de 1136).

Cit. BOFARULL, *Los condes,* II, p. 168. — KOSTO, *Making agreements,* p. 244. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40.

Cunctis innotescere volumus qualiter Guillelmus Raimundi senescalci, et uxor eius Beatrix se presentaverunt ante archiepiscopum Terrachonensem.[1] Erat enim questio inter eos de coniugio suo utrum possent in eodem coniugio iuste remanere. Qui auditis et discussis eorum racionibus et acceptis probacionibus, non sine sacramento, iudicavit divorcium debere fieri inter eos.[2] Unde amici eorum composuerunt pacem hoc modo inter eos: Laudaverunt siquidem ut ipsum honorem qui fuit Berengarii Raimundi Montis Catani, ita inter se haberent. Primum quidem, ut ipsas dominicaturas dum ipsa viveret haberent per medium. Staticam vero castrorum per singulos annos habeat VI mensibus Guillelmus Raimundi et Beatrix VI aliis mensibus, donec ipsa maritum accipiat. Milites autem ipsius honoris faciant hominium Beatrici eo quod, si Guillelmus Raimundi hoc ei frangere temptaverit, valeant Beatrici et teneant se cum illa donec Guillelmus predictus quod infregerit ei restituat. Si vero Beatrix virum acceperit, habeat in vita sua medietatem omnium dominicaturarum et staticam[3] Sancti Marcialis per melioracionem, cum laboracione boum, sine alicuius

contrarietatis obstaculo. Et post obitum suum, remaneant filiis vel filiabus de Guillelmo Raimundi in se procreatis. Et quod Beatrix in vita sua non impediat sue iamdictę partis honorem vindicione, impigneracione vel donacione vel aliquo modo quo filiis suis et Guillelmi Raimundi ad perdicionem veniret. Set milites ipsi stent in hominio Beatricis usque ad obitum eius; excepto hoc Beatricis hominio, ipsi milites serviant Guillelmo Raimundi et sint sui et habeat eos solidos.

Actum est hoc nonas iulii, anno XXVIII regni Ledovici regis.

Signum+ Guillelmi Raimundi, Sig+num Beatricis, qui hanc convenienciam laudaverunt et firmaverunt.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Reamballi de Baseia. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Petri Bertrandi de Bello Locco. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Berengarii de Cheralto. Signum+ Bernardi Guillelmi de Luciano. Sig+num Guillelmi de Pug Alto.

Signum+ Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit die annoque prephato, literis fusis in linea V^{ta} et superpositis in XI^{ma} et rasis in prima et superpositis et emendatis in linea VIII et rasis in linea III et prima.

1. *Segueix un espai de 35 mm, raspat i ratllat.* 2. *Segueix un espai de 65 mm, raspat i ratllat.* 3. staticam *afegit a la interlínia*.

694

1135, juliol, 7

Encomanament. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, encomana al senescal Guillem Ramon els castells de Tudela, Sobreportes de Girona, Estela, Besora, Torelló, Curull, Malla, Tona, Clerà, Montcada, Vacarisses, Ribatallada, Castellar del Vallès i Fornells i li dóna els feus d'aquests castells. A canvi, Guillem Ramon li promet que serà home fidel i soliu seu.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 64 sext. (*olim* arm. 2 Barcelona, sac A, núm. 264), 160 × 297 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 64 dupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Narcís, núm. 26), 96 × 295 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior (amb les lletres invertides, de dreta a esquerra, que coincideixen amb *A*). Estat de conservació regular a causa de dos estrips longitudinals.

B Trasllat de la segona meitat del segle XII fet per Andreu, ex *A*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 64 quadrupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Damàs, núm. 86), 153 × 268 mm. Bon estat de conservació malgrat una taca d'humitat que afecta la part dreta.

C Còpia del final del segle XII, cap a la darrera dècada, ex *A*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 64 quint. (*olim* arm. 2 Barcelona, sac A, núm. 274), 128 × 368 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

D [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 454.]

E Trasllat de la primera meitat del segle XIII, ex *A*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 64 (*olim* arm. 4 de Girona, sac Sant Damàs, núm. 90), 152 × 385 mm. Bon estat de conservació.

F Còpia de la primera meitat del segle XIII, ex *A'*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 64 tripl. (*olim* arm. Lleida, sac F, núm. 311), 262 × 137 mm. Bon estat de conservació.

a MARCA, *Marca Hispanica,* doc. 446, cols. 1345-1346.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum,* I, doc. 457.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 244.

Hec[1] est[2] conveniencia que est facta inter domnum Raimundum, comitem Barchinonensem, et Guillelmum Raimundi senescalc. Comendat[3] namque iamdictus comes Raimundus Guillelmo prelibato castrum de Todela et castrum de Sobre Porta et castrum de Stella, castrum de Besora et castrum de Toreione, castrum de Curul et castrum de Tonna, castrum de Medaia et castrum de Clerano, castrum de Montcada et de Vacherices, castrum de Riba Taiada et de Castelar[4] et ipsum castrum de Fornels, et donat ei ipsos feuvos predictis castris pertinentes ad servicium et fidelitatem suam. Propter hanc quoque comendacionem et donum superius comprehensum, convenit Guillelmus Raimundi senescalc iamdicto Raimundo comiti, seniori suo, quod sit suus homo solidus et fidelis, sicut melius debet homo esse sui senioris; et quod adiuvet eum fideliter habere, tenere, defendere et guerreiare omnem suum honorem, quem hodie habet vel in antea Deo iuvante adquisierit, contra cunctos homines vel feminas qui suum honorem ei tulerint vel aliquid inde tollere temptaverint; et faciat ei curtes et placitos et seguimenta et ostes et cavalcadas cum ipsis militibus predictorum[5] castrorum que tenet per comitem, quocienscumque comes hoc ei per se vel per suos mandaverit. Itemque convenit ei[6] iamdictus Guillelmus quod donet ei potestatem sine engan de omnibus castris sive forticiis,[7] infra eorum terminos existentibus, per quantas vices comes eam requisierit per se aut per nuncium suum vel nuncios, iratus vel paccatus, cum forifactura et sine forifactura, et non vetet se de hoc videri vel comoneri; et nuncius vel nuncii qui hoc ei demandaverint in eundo vel redeundo reguardum non habebunt.

Actum est hoc nonas iulii, anno XXVIII regni Ledovici regis.

Signum+ Raimundi comes. Sig+num Guillelmi Raimundi, senescalc.

Signum+ Reamballi de Baseia. Sig+num Berengarii de Cheralto. Signum+ Arnalli Berengarii de Anglerola.[8] Signum+ Raimundi Renardi. Signum+ Guillelmi Raimundi de Pug Alto. Signum+ Bernardi de Bello Loco. Signum+ Deusde.

Signum+ Poncii scriptoris comitis, qui hoc scripsit die annoque prephato, superpositis literis in linea VII[ma].[9]

1. E *comença:* Hoc est translatum fideliter translatatum cuius series sic se habet. 2. est *omet* E. 3. Convenit C. 4. et castrum de Besora et ipsum de Toreione, castrum de Curul, et castrum de Tonna|Tona et castrum de Medaia et de Clerano et Montcada, et de Vacherices et Riba Taiada et Castelar A' *i* F. 5. predictorum *afegit a la interlínia*. 6. ei *omet* C 7. forciis C. 8. de Anglerola *ometen* A' *i* F. 9. *L'advertiment que fa el rogatari no apareix a l'exemplar* A*, i en conseqüència tampoc a* F*, atès que aquesta correcció no s'ha introduït al text*. Signum+ Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit die annoque prephato, superpositis literis in linea VII[ma] *omet* B*, que en el seu lloc escriu* Signum (*senyal*) Andree scriptor, qui hoc translatavit.

695

1135, juliol, 7

Jurament de fidelitat. *Guillem Ramon, senescal, jura fidelitat a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, i li dóna la potestat dels seus castells.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII, [ex *A*]. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 65 (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Damàs, núm. 88), 243 × 296 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia de la segona meitat del segle XIII, [ex *A*], coetània. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 65 dupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Damàs, núm. 89), 192 × 304 mm. Estat de conservació regular a causa d'un estrip a la part inferior dreta.

D Còpia del final del segle XII, cap a la darrera dècada, ex *C*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 65 quadrupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Damàs, núm. 85), 246 × 374 mm. Bon estat de conservació.

E [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 454.]

F Còpia de la primera meitat del segle XIII, ex *B*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 65 tripl. (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Damàs, núm. 91), 106 × 390 mm. Bon estat de conservació.

a *CODOIN,* IV, doc. XV.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum,* I, doc. 458.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 244.

Iuro[1] ego Guillelmus Raimundi, filius qui fui Agnetis feminę,[2] tibi seniori meo Raimundo Berengarii, filio qui fuisti Dulcię comitissę,

quod ab hac ora et deincebs fidelis ero tibi de vita tua[3] et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent, per directam fidem, sine fraude et malo ingenio[4] et ulla decepcione; et non decipiam te, sed fidelis ero tibi de ipsa civitate quam dicunt Barchinonam et de ipso Barchinonensi comitatu, et de ipso episcopatu Sancte Crucis Sancteque Eulalie et de ipsis abbaciis que in eorum episcopatu sunt, et de omnibus castris vel castellis que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt et de ipsis rochis et podiis, condirectis vel discondirectis, que in prephato comitatu vel episcopatu sunt. Et fidelis ero tibi de ipsa civitate quam vocant Gerundam et de ipso episcopatu Gerundensi Sanctę Marię, ac de ipso comitatu Gerundensi et de ipsis castris vel castellis, rochis, podiis, condirectis vel discondirectis, que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt, simul cum omnibus abbaciis que ibi sunt. Et fidelis ero tibi de ipsa civitate quam dicunt Minorisam et de ipso comitatu quem vocant Ausonam et de ipso episcopatu[5] Sancti Petri sedis ipsius comitatus, et de ipsis castris aut castellis, rochis, podiis, condirectis vel discondirectis, que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt. Et fidelis ero tibi de ipso comitatu Penitensi; et de ipso castro quod vocant Cardonam cum omnibus suis terminis et pertinencias; et de ipsis castris Cervarię et Tarrega cum eorum terminis et pertinencias; et de ipso castro de Tamarit cum terminis et pertinenciis suis; et de ipsis castris Camarara,[6] Cubels[7] et Estopanna cum eorum terminis et pertinencias; et de ipsis pariis de Ispania quas inde qualicumque modo habebis. Et fidelis ero tibi de ipso comitatu Bisullunensi et de ipsis castris[8] vel castellis, rochis, podiis, condirectis vel discondirectis, que in predicto comitatu sunt vel erunt et de omnibus abbaciis et ęcclesiis que in predicto comitatu sunt. Et fidelis ero tibi de ipso comitatu Cerritanensi et de omnibus castris vel castellis, rochis, podiis, condirectis vel discondirectis, que in predicto comitatu sunt vel erunt, et de ipsis abbaciis et ęcclesiis que in predicto comitatu sunt.[9] Et ego predictus Guillelmus Raimundi dabo tibi seniori meo, Raimundo comiti prelibato, potestatem de ipso castro de Todela et de Sobre Porta, et de Stela et de Besora, et de Toreio et de Curul, et de Tonna[10] et de Fornels, et de Medaia et de Clera,[11] et de Montcada et de Vacherices, et de Riba Taiada et de Castelar, cum omnibus eorum edificiis et forticiis que modo sunt in predictis castris vel terminis aut deincebs fuerint, quantasque vices michi requisieris ipsam potestatem per te ipsum aut per tuum nuncium vel nuncios. Et post obitum tuum similiter hoc faciam et

atendam ipsi cui tu dimiseris predictum honorem testamento vel verbis, vel illi filio vel filiis cui vel quibus predictus honor advenerit legali successione; et non vetabo me videri vel comoneri de omnibus supradictis; et nuncius vel nuncii qui hoc mihi demandaverint in eundo vel redeundo reguardum non habebunt; et de omni supradicto honore non tollam tibi nec inde aliquid tollam, nec ego nec homo nec homines, femina vel feminę, per me vel per meum consilium vel ingenium. Et fidelis adiutor ero tibi de omni honore quem hodie habes vel in antea Deo dante adquisieris tenere et abere, defendere et guerreiare, contra cunctos homines vel feminas qui inde tibi aliquid tulerint vel tollere voluerint, per directam fidem, sine[12] engan. Sicut superius scriptum est, ego supradictus Guillelmus sí o tenré et o atendré sine tuo[13] engan tibi seniori meo supradicto[14] Raimundo comiti, excepto quantum tu comes iamdictus me inde absolveris tuo gradiente animo, per Deum et hec sancta.

Signum+ Guillelmi Raimundi, dapiferi.

Quod est actum nonas iulii, anno XXVIII regni Ledovici regis.

Sig+num Poncii, qui hoc scripsit.[15]

1. E *comença:* Hoc est translatum fideliter translatatum cuius series sic se habet. 2. filius qui fui Agnetis femine *omet* D. 3. tua vita D. 4. engano F. 5. episcopatu *escrit a sobre d'una raspadura, tot deixant un espai d'aproximadament dues lletres entre* pa *i* tu. 6. C *afegida a la interlínia*. 7. de Camarasa et de Cubells D. 8. castris *omet* C. 9. sunt vel erunt F. 10. *Segueix un espai d'aproximadament nou lletres, raspat i ratllat, i* et de Fornels, *afegit a la interlínia.* 11. *Segueix un espai de setze lletres, aproximadament, raspat i ratllat.* 12. sine *afegit a la interlínia*. 13. tuo *ometen* C *i* D. 14. suprascripto C *i* D. 15. Sig+num Poncii, qui hoc translatum scripsit suprapositis literis in linea IIª et VIIIIª C *i* D.

696

1135, juliol, 24

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, dóna a Deudat la desena part de les pàries d'Hispània, amb la condició que vagi a cobrar-les, i li promet que li donarà fins a cinquanta cavalleries a la part de València a mesura que hi conquereixi terres. Deudat promet que, quan hagi rebut les cinquanta cavalleries, es farà home del comte contra tothom, excepte contra el comte de Cardona.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 66 (*olim* arm. 10 Manresa, sac N, núm. 297), 175 × 381 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 84.

Hec est conveniencia que est facta inter domnum Raimundum, comitem Barchinonensem, et Deusde. Donat namque prelibatus comes Raimundus iamdicto Deusde decimum de ipsis pariis Ispanię que amodo inde exierint comiti nominatim per ipsam pacem, ad fevum. Tali quoque modo ut ipse Deusde vadat aut mitat nuncium suum illuc[1] ad ipsas parias fideliter recipiendas et faciat ex eis quiquid comes ei mandaverit secundum posse suum. Propter hoc quoque donum superius comprehensum, iamdictus Deusde est homo eius et convenit ei ut sit ei inde fidelis et serviat ei bene. Iterum convenit prephatus comes prelibato Deusde ut quando Deus dederit ei de terris Ispanię, multum aut parum, vadat donando de ipsis terris secundum esse ipsius honoris ad ipsum Deusde tandiu donec habeat ei completas quinquaginta cavallarias in honore, usque ad partes Valencię. Propter hoc totum donum suprataxatum, prephatus Deusde convenit seniori suo Raimundo comiti ut bene serviat ei et sit ei fidelis. Et cum compleverit ei comes iamdictus prephatas quinquaginta cavallerias in honore usque Valenciam, prephatus Deusde sit suus et sit ei fidelis de omni honore eius contra omnes homines et feminas, excepto vicecomite Cardonę. Et quod tunc ei faciat conveniencias et sacramentalia laudimio curię comitis nobilium hominum. Et quod iamdictus Deusde non habeat licenciam dimitendi predictum honorem nisi filio suo. Et si predictus comes veniret ad discordiam cum vicecomite Cardonę, filius Deusde vel homines ipsius honoris valeant comiti per fidem, sine engan. Et comes accipit de Deusde morabetinos CC in auro.[2]

Quod est actum VIIII kalendas augusti, anno XXVIII regni Ledovici regis.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Deusde, qui hanc convenienciam fecit, firmavit firmarique mandavit.

Sig+num Guillelmi Raimundi, dapiferi. Sig+num Guillelmi de Pug Alto. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Bernardi Guillelmi de Luciano. Sig+num Bernardi de Casteleto. Sig+num Raimundi Petri de Baneres.

Sig+num Poncii scriptoris comitis, qui hoc scripsit die annoque prescripto.

1. *En lloc d'*illud. 2. Et quod iamdictus Deusde ... morabetinos CC in auro, *afegit pel mateix escrivent després de la data, ocupa, en part, l'espai de les subscripcions.*

697

1135, agost, 2

Donació. *Berenguer Gilabert de Sentfores, la seva esposa Pagesa i el seu fill Bernat donen a l'orde del Temple un alou a Sant Sadurní de Collsabadell, sota l'església de Sant Martí d'*ipsa Strata.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 48, 147 × 263 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Berengarius Guilaberti de Salfores et uxor mea Pagesa et filius noster Bernardus, prompto animo et bona voluntate, ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, ut Deus opus propicietur peccatis et negligentiis nostris, damus et offerimus domino Deo et Iherosolimitanę milicię Templi Salomonis et militibus ibidem Deo servientibus, in manu Raimundi Gauceberti, eiusdem milicię fratris et baiuli, alodium nostrum proprium et liberum. Est autem prescriptum alodium in comitatu Barchinonę, in territorio Vallensi, in parroechia Sancti Saturnini[1] de Collo Sabatelli, subtus ęcclesiam Sancti Martini de ipsa Strata.[2] Terminatur autem ab oriente et a meridie in flumine Mugent, ab occasu in alodio Arnalli Pauli et heredum eius et in alodio fevali Geralli Guillelmi de Palacio, a circio in strata publica que pergit ubique. Sicut ab his terminis concluditur et terminatur et nobis advenit per omnes voces, sic damus domino Deo et iamdictę sanctę milicię et fratribus ibi Deo servientibus predictum alodium, cum ingressibus et egressibus suis integriter, et aquarum meatibus, ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem sanctę iamdictę milicię et servorum ipsius. Ac de nostro iure in ius et dominium omnipotentis Dei et prescriptę milicię et fratrum ibi Deo servientium tradimus, ad proprium plenissimum alodium liberum, secure et quiete possidendum, ad eorum voluntatem faciendam ad quod voluerint faciendum, sine ullius contrarietatis obstaculo et sine voce a nobis vel a nostris ibi retenta. Si quis hoc disrumpere vel inquietare temptaverit, supradictum alodium cum omnibus edificiis et meliorationibus ibi factis domino Deo et predictę milicię et suis servis militibus et baiulis in quadruplum componat. Et insuper hęc presens scriptura perhenniter maneat firma.

Actum est hoc IIII nonas augusti, anno ab Incarnatione Dominica C XXXV post millesimum regisque francorum Leduici XXVIII.

Sig+num Berengarii Guilaberti, Sig+num Pagesę uxoris eius, Sig+num Bernardi, nos qui hanc donationis cartam scribere iussimus, laudando firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Raimundi Gauceberti de Salfores. Sig+num Bernardi de Sancto Andrea. Sig+num Bertrandi de Cungusto. Sig+num Raimundi, filii Berengarii Guilaberti.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. t *corregeix* r. 2. r *afegida posteriorment entre* t *i* a.

698

1135, agost, 3

Definició. *Pere Berenguer, la seva muller Guilla i el seu fill Pere de Santa Eugènia, a canvi de trenta morabatins d'or, renuncien a favor de l'orde del Temple als seus drets sobre un camp a Sant Sadurní de Collsabadell, sota l'església de Sant Martí d'*ipsa Strata*, que tenien en feu per Berenguer Gilabert de Sentfores, el qual l'ha donat a l'orde.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 49, 149 × 261 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 702.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Petrus Berengarii et uxor mea Guilia et filius noster Petrus de Sancta Eugenia[1] damus et vendimus Iherosolimitane milicię Templi Salomonis et militibus ibidem Deo servientibus, in manu Raimundi Gauceberti, eiusdem milicię fratris et baiuli, campum unum nostrum proprium, qui nobis contigit iure fevali, quem tenemus ad fevum per Berengarium Guilaberti de Salfores, qui iamdictę milicię per scripturam habet eum datum ad proprium alodium. Est autem iamdictus campus in comitatu Barchinonensi, in territorio Vallensi, in parroechia Sancti Saturnini de Collo Sabatelli, subtus ęcclesiam Sancti Martini de ipsa Strata. Terminatur vero ab oriente et a meridie in flumine Mugent, ab occasu in alodio Arnalli Pauli eiusque heredum et in fevali alodio Geralli Guillelmi de Palacio, a circio in strata publica que pergit ubique

locorum. Sicut ab his terminis concluditur et terminatur et nobis advenit per omnes voces, sic damus et vendimus omnipotenti Deo et predictę milicię et militibus ibidem Deo militantibus predictum alodium, cum ingressibus et egressibus suis integriter, et aquarum meatibus, ut melius dici vel intelligi potest, ad eorum utilitatem, ut Deus omnipotens propicietur peccatis et negligenciis nostris. Ac de nostro iure in ius et dominium et potestatem iamdictę milicię, in manu Raimundi Gauceberti, eiusdem milicię fratris et baiuli, et aliorum fratrum ipsius sanctę milicię Deo servientium tradimus ad proprium plenissimum liberum alodium, secure et quiete possidendum, ad proprium libitum, ad quodcumque exinde facere voluerint sine ullius contrarietatis obstaculo. Accepimus[2] quoque pro hac donatione et venditione de manu prescripti Raimundi Gauceberti, de bonis iamdictę sanctę milicię, XXX moabetinos legitimos boni auri et bene ponderatos, sine nostro engan. Et est manifestum. Si quis hoc violare presumpserit, supradicta omnia cum omni sua melioratione iamdictę sanctę milicię et suis baiulis in quadruplum componamus sive componat. Et insuper hęc presens donationis sive venditionis scriptura semper maneat firma.

Quę est acta III nonas augusti, anno ab Incarnatione Dominica C XXXV post millesimum regisque franchorum Leduici XXVIII.

Sig+num Petri Berengarii de Sancta Eugenia, Sig+num Guilię feminę, nos qui hanc donationis sive venditionis cartam scribere iussimus, laudando firmamus et testes firmare rogamus. Sig+num Petri de Sancta Eugenia, qui hoc laudo et firmo et testes firmare rogo.

Sig+num Geralli Guillelmi. Signum+ Petri Girberti.[3] Signum+ Raimundi Arberti. Sig+num Bernardi de Brugeres. Signum+ Oliver Sancti Licerii.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris supra-positis in linea I[a], die et anno quo supra.

1. et filius noster Petrus de Sancta Eugenia *afegit sobre la primera línia*. 2. m *escrita a sobre d'una raspadura.* 3. *Manca el punt a la subscripció.*

699

1135, octubre, 11

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, concedeix com a esposa Beatriu de Montcada a Guillem de Sant Martí amb*

tots els seus béns i amb els mateixos pactes que s'havien acordat amb Guillem Ramon, dàpifer. A canvi, Guillem de Sant Martí es fa home soliu del comte.

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 50 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac C, núm. 311), 140 × 208 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 324.]

a *CODOIN*, IV, XVI.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum,* I, doc. 305.

c RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 171.

Cit. BOFARULL, *Los condes,* II, p. 168. — SAGARRA, *Sigil·lografia Catalana*, I, pp. 40, 99. — KOSTO, *Making agreements,* pp. 226, 244.

Hec est conveniencia que est facta inter domnum Raimundum, comitem Barchinonensem, et Guillelmum Sancti Martini. Concedit namque et laudat iamdictus comes Raimundus prelibato Guillelmo domnam Beatricem in uxorem et donat ei ipsum honorem de Montcada, sicut resonat in conveniencis et sacramentalibus scriptis et firmatis inter ipsam Beatricem et Guillelmum Raimundi dapiferum. Propter hoc quoque donum superius comprehensum, convenio ego prephatus Guillelmus tibi Raimundo comiti quod sim tuus fidelis homo et solidus contra cunctos homines et feminas, per fidem, sine engan, sicut homo debet esse sui melioris senioris; et faciam tibi ostes et cavalcadas, cortes et placita et seguimenta. Et quod adiuvem te habere et tenere, defendere et guerreiare omnem tuum honorem quem hodie habes vel in antea, Deo iuvante, adquisieris contra omnes homines et feminas, per fidem, sine engan. Convenio iterum ego prescriptus Guillelmus tibi domino meo Raimundo, comiti Barchinonensi, quod de meo honore quem habeo in Vallensi, scilicet de Montbui et de Mont Tornes, non exiat tibi vel tuis modo vel deincebs ullum malum vel aliquod dampnum per me vel per meos,[1] meo ingenio vel consilio sive assensu. Si autem, quod absit, ullum malum vel dampnum inde tibi exierit, ego redirigam tibi illud ad laudamentum tuum et proborum hominum tuę curię infra XXX dies quibus a te amonitus fuero. Insuper ego prephatus comes Raimundus convenio tibi iamdicto Guillelmo quod sim tibi adiutor et defensor ad tenendum et habendum contra omnes homines et feminas omnem prenominatum honorem. Et si quis hoc disrumpere[2] temptaverit, nichil proficiat, set duplam composicionem persolvat. Et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore.

Quod est actum V idus octobris, anno XXVIII regni Ledoici regis.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Guillelmi Sancti Martini, qui hanc convenienciam feci, laudavi, firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsi, dampnatis literis in linea[3] VIIII et XIII.

1. *Segueix* mea ingenio, *ratllat*. 2. *Segueix* temptaverit, *ratllat*. 3. literis in linea *afegit a la interlínia*.

700

[c. 1135, octubre, 11]

Jurament de fidelitat. *Guillem de Sant Martí jura fidelitat a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 28 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac C, núm. 353), 70 × 138 mm. Bon estat de conservació.
B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, I, f. 325.]
a *CODOIN*, IV, doc. 158.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 306.
c RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 172.

Datem per la convinença entre els mateixos personatges, de la qual aquest document és el jurament. Vegeu el document núm. 699.

Iuro ego Guillelmus Sancti Martini tibi domino meo Raimundo, comiti Barchinonensi, quod de ista ora in antea fidelis ero tibi de vita tua et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent; et de omni honore tuo quem hodie habes vel in antea Deo iuvante adquisieris. Et quod adiuvabo te tenere, habere, defendere et guerreiare omnem tuum honorem quem hodie habes vel in antea Deo iuvante adquisieris contra cunctos homines et feminas, per fidem, sine engan. Et quod faciam tibi et atendam sicut scriptum est in conveniencia inter me scripta et te, me sciente. Per Deum et hec sancta.

701

1135, novembre, 24

Donació. *Ermengarda i els seus fills Ramon i Arnau, Guillem Bradila, la seva esposa Maria i el seus fills Martí i Bernat donen a l'orde del Temple tots els béns que tenen a Santa Cecília de Voltregà, al lloc anomenat* Sargantanes.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 51, 108 × 327 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes mutilacions a la part dreta.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Ermengardis et filiis meis Raimundo et Arnallo atque Guillelmo Bradila et Maria coniux ipsius et filiis[1] ei[us Martino et] Bernardo donamus nos[2] insimul omnes nostras domos et hereditates quas habemus franchas in loco quem vocant Sargantanes ad militibus Templi et R[aimundo Ioz]berti, frater et baiuli. Omnes namque nostras domos[3] et hereditates quas[4] habemus[5] franchas in prenominato loco et habere debemus qualicumque modo, totum v[obis do]namus, nostro bon[o animo] et spontanea voluntate, pro remedium animę nostrę vel parentum nostrorum et sine alia qualibet retinencia, cum omnibus suis pertinenciis et afrontationibus su[is, et] cum exitibus et regressibus earum, ad omnem vestram voluntatem peragendam, sine ulla retinencia. Et sic de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem sine b[lan]dimento alicuius persone. Sunt autem prenominatas hereditates et domos quas habemus franchas in comittatu[6] Ausona et in terminio kastri Veltregani et in parr[ochie] Sancte Cecilie de Mucons et in prenominato loco de Sargantanes. Sicut dictum est superius, sic donamus tibi Raimundo Iozberti, baiuli, et militibus Templi et successorum [vestro]rum, ut dictum est, sine blandimento alicuius persone, ad vestram voluntatem faciendam. Quod si nos aut aliquis homo vel femina per nostras voces vel per alias aliquas hanc scripturam donationis infringere presumpserimus vel presu[m]pserint,[7] nullo modo agere valeamus[8] vel valeant, sed hec scriptura donationis et quod in ea continetur firma persistere valeat in perpetuum.

Actum est hoc VIII kalendas decembris, anno XXVIII regnante rege Lodovico.

Sig+num Ermengardis, Sig+num Raimundi, Sig+num Arnalli, filiorum eius, Sig+num Guillelmi Bradila, Sig+num Marie, coniux ipsius, Sig+num Martini, Sig+num Bernardi, filiorum illorum, qui hanc donationem fecimus et firmamus firmarique testes rogamus.

Sig+num Berengarii Petri. Sig+num Guillelmi de Bass. Sig+num Berengarii de Sau.[9]

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit, cum literis suprapositis[10] in III linea, et die et anno quo supra *(senyal)*.

1. *La segona* i *corregeix* o. 2. nos *afegit a la interlínia*. 3. omos, *afegit a la interlínia, corregeix un traç anterior.* 4. a, *afegida a la interlínia, corregeix* e. 5. habemus, *afegit a la interlínia, corregeix una paraula raspada*. 6. u *afegida a la interlínia*. 7. *Manca.* 8. m, *afegida a la interlínia, corregeix* rn. 9. *Segueix* G, *sense cancel·lar*. 10. suprapositis *afegit a la interlínia*.

702

[c. 1135]

Notícia. *Narració de la separació dels regnes de Navarra i Aragó i de l'intent frustrat de reunió mitjançant l'afillament del rei electe de Navarra, Garcia Ramires, per Ramir II d'Aragó.*

A [Original no localitzat].

B Trasllat de l'11 de juny de 1293. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 17 (*olim* arm. 7 Concòrdies reials, sac Sant Francesc Xavier, núm. 18), 290 × 515 mm. Bon estat de conservació.

a *CODOIN*, IV, doc. CL.

Datem un any després de la mort d'Alfons I d'Aragó.

Incipit[1] ab obitu Adefonsi regis. Post obitum Adefonsi, magni regis Aragonensis, surrexerunt navarri et inierunt consilium Latro, filius de senior Enneneco Veliz, Guillelmus de Acenarz de Oiteza et Semen Acenarz de Torres et episcopus Panpilonensis Sancius de Larossa, isti cum multis aliis, et erexerunt regem in Panpilona civ[itat]em[2] Garsia Remiriz, sine consilio aragonensium. Aragonenses vero hoc audientes quia sine eorum consilio navarri facerunt sibi regem, ne genus aragonensium regum deficeret, erexerunt Ranimirum sibi in regem, fratrem Adefonsi regis defuncti, filium Sancii regem bone memorie. Super hoc surrexit guerra inter aragonenses et panpilonenses. Tandem, anno transacto, ne guerra haberent aragonenses cum panpilonensibus et panpilonenses cum aragonensibus, quia urgebantur germanitate et consanguinitate, probi et sapientes viri hinc et inde inierunt consilium. Ex parte Aragonis: Lexal et Ferriz de Osca et Petro a Tereza; ex parte vero Navarre: Latro suprascriptus et Guillelmus Acenarz et Semen Acenarz. Et coadiniaverunt se in Vado Longo et tractaverunt quomodo haberent pacem aragonenses cum navarris et navarri cum aragonensibus et facerent amicos ambos reges, et esset rex Raymundus[3] pater et rex Garsias Remiriz filius; tamen uniusquisque cognoceret suum regnum et ut rex Ranimirus esset super omnem populum et rex Garsias Remiriz super omnes[4] milites[5] et ipse ageret bella et faceret prelia. Ab utraque parte bonum visum est consilium et ab utraque parte fuit laudatum et firmatum inter omnes. Ad regem Ranimirum venierunt Latro et Guillelmus Acenarz et Semen Acenarz et Lexal et Ferriz et Petro a Tareza et tot et tanta dixerunt ei quod placuit sibi et adquievit consilio eorum. Diem statuerunt et venit rex Ranimirus ad Pampilonam cum istis suprascriptis in die sabati et rex Garsias Remirrez cum militibus suis exivit ei obviam et recepit eum cum magna honorificencia. Et similiter

episcopus cum suis canonicis et multis aliis clericis recepit eum honorifice cum magna processione. Tota die illa statuerunt et firmaverunt hoc quod superius scriptum est et diviserunt regnum Aragonense et regno Panpilonensi sicut divisit eum Sancius rex Maior, excepto illas tenenzas quas dedit regi Garsie in Aragone et regi Ranimiro in Navarra, de Sancta Garsia usque Biezal cum toto Roncali. Statuerunt ad Aragonem sicut semper fuit honor de Rosta et de Biozali, sicut curit Sarasazo usque cadit in Ida[6] et inde sicut currit aqua ad pontem Sancti Martini, et de ponte Sancti Martini sicut vadit Ida.[7] Et dividit Navarra et Aragona usque cadit in fluvio Aragonis, inde vero per medium[8] pontem usque Vadum Longum, et de Vado Longo usque Galipenzo et de Galipenzo vero, sicut currit fluvius Aragonis, usque iungit se cum Arga et cadit in Ebro flumine magno, et inde sicut currit Iber usque Tutelam. Hec omnia fuerunt firmata et collaudata a rege Ranimiro Aragonensi et a rege Garsia Remiriz Panpilonensi erant utraque parte. Hoc peracto, rex Garsia Remiriz cum Lexal et Feriz et Petro a Tereza et Latrone iamdicto et Guillelmo Acenarz deprecatus est regem Ranimirum quia ex quo ita erat pater et filius ut daret ei aliquid de regno suo sic pater dat ad filium suum et teneret illum pro eo. Petunt illi Ronoal[9] et Alasos et Quadrerra et Balterra, qui persuasus a deprecatoribus concessit ei et dedit illi Roncal usque Biozal et Alasos et Quadrerra et Balterra ut teneret eos per manum eius et hoc in vita sua, scilicet in vita regis Garsie Remiriz. Et fecit ei nomenage de hoc quod ita recognoceret ei et ut post mortem suam non se posset alzare filius eius cum ista honore. Et tunc in illa die firmaverunt amicicias inter se et paces. In eadem vero nocte venit quidam de consilio regis Garsie Remiriz ad Remirum regem Aragonensem, dice[n]s[10] ei secrete sciens in veritate quia rex Garsias Remiriz accepit consilium cum quibusdam de suis ut in crastinum faciat tibi persolvere nomenage quod fecit tibi de Roncal et Alasos et Quadrerra et Balterra, quod datum est ei consilium quod modo potest habere regnum tuum, quia monachus es et non convenit tibi regnum; et si persolvere volueris ei nomenage non dimitat te donec illud persolvas ei et regnum Aragonis ei ereddas et hoc pro certo habeas; super hoc vide quid sis facburus.[11] Ranimirus vero rex audiens talia expavit putans se esse deceptus a suis. Tamen convocans a se Caxal et Feriz et Petro a Tereza retulit eis omnia que sibi dicta fuerant, qui vix credere potuerunt quomodo talia facere posset, tamen timuerunt et habito consilio clam nocte et caute recesserunt et, per totam noctem equitantes, mane illucescente

die dominica ad Ligerense pervenerunt monasterium cum pausis; et receperunt Garsias, abbas Sancti Salvatoris, et omnes monachi ligerenses honorifice cum magna devocione et magna processione, sicut regem suum et dominum naturalem, et dederunt ei ensem de Lop Iohan, qualis in toto regno inveniri non poterat, et mansit ibi tribus diebus expectans illos quos dimiserat in Pampilona. Mane autem facto, ut comperit rex Garsias Ramiriz[12] ita esse videns se esse illusum ab aragonensibus, iratus est valde et convocans ad se episcopum et obtimates suos quos ibi coadunaverat petiit ab eis consilium. Qui dederunt ei consilium ut faceret comitem in terra sua et faceret milites et abtaret ut posse se deffendere de inimicis adungentes hoc quia totum quod factum fuerat ab aragonensibus, totum fuerat factum per consilium de Caxal. Erat enim tunc temporis consilium de Caxal quasi consilium achirofelicis et si aliqua occasione vel quolibet modo posset fieri ut caperetur Caxal destrueretur penitus consilium aragonensium; et etiam de thesauro de Caxal posset abtare ducentos vel trescentos milites de omnibus armis et quod in presenti acciperet thesaurum Sancte Marie Pampilonensis et abtaret milites. Placuit regi Garsie Remiriz valde consilium et eadem die fecit Latronem, filium de senior Enneco Veliz, comite in Pampilona et impetravit thesaurum Sancte Marie ab episcopo et canonicis et misit insidias quomodo posset capere Caxal. Factum est autem quod Ranimirus, rex Aragonis, miteret Caxal ad imperatorem. Caxal vero putans se habere amiciciam cum quibusdam obtimatibus Navarre missit si posset habere transitum per Navarra; duo obtimates navarros venerunt et ibant cum Caxal per Navarram et inter Zirauchi et Ochoren fuit captus Caxal. Erat enim Caxal valde amicus Garsie, abbatis Legerensis, qui postea, mandato Ranimiri, regis Aragonis, dedit thesaurum Sancti Salvatoris pro redempcione per Caxal. Caxal etiam per mandatum domini regis Aragonensis dedit Sancto Salvatori totum quod habebat in Tutela, in Sancto Adriano de Vado Longo, totum quod habebat excepto hoc quod dederat de cluniacenses.

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter translatatum III idus iunii, anno Domini Mº CCº XCº tercio, a quadam carta precamenea cuius tenor talis est. 2. *Manca*. 3. *En lloc de* Ranimirus. 4. s *corregeix* bus. 5. s *corregeix* bus. 6. *En lloc de* Ira. 7. *En lloc de* Ira. 8. i *corregeix* o. 9. *En lloc de* Rencal. 10. *Manca*. 11. *En lloc de* facturus. 12. a *corregeix* e.

FUNDACIÓ NOGUERA

703

1136, gener, 3

Donació. *Pere de Terrassa dóna a l'orde del Temple el mas que té a Matamala, a Sant Hilari Sacalm. Fa la donació per la salvació de la sevà ànima i la dels seus pares.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 52, 125 × 318 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 52 dupl., 77 × 267 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 104.

In[1] Dei nomine. Ego Petrus, vocitatus de Terracia, dono omnipotenti Deo et Iherosolimitane[2] Milicie, ob remedium anime mee et parentum meorum, ut Deus omnipotens propicietur peccatis et neglegenciis meis, alodium meum proprium, scilicet ipsum mansum que habeo in Mathamala,[3] cum suis pertinenciis totis, ubi stat Seniofre Ramon. Est autem predictus mansus in comitatu Ausonense, in parrochia Sancti Ilarii de ipsa Calme. Predictum quoque mansum cum domibus, solis et suprapositis, cum terris et vineis, cultis et incultis, cum terminis et affrontacionibus suis et cum omnibus suis pertinenciis, et arboribus et pascuis, et aquis et aqueductibus, et cum ingressibus et egressibus suis integriter, sicut melius teneo et possideo, ut melius dici vel intelligi potest, dono domino Deo et predicte Milicie Iherusalem. Hac de meo iure in ius suum et potestatem trado cum omnibus serviciis et expletis et dominacionibus, in manu domni Raimundus Iocberti, eiusdem Milicie baiuli, et successorum eius, ad proprium alodium iamdicte Milicie, secure et quiete, hac plenissime possidendum omni tempore, sine ullius contrarietatis obstaculo. Et est manifestum. Si qua utriusque sexus persona que hanc mee donacionis cartam disrumpere presumpserit, nil valeat, set pro suo temerario ausu supradicta Iherosolimitane[4] Milicie in consimili loco cannonice componat. Et post modum hec presens pagina perhenniter maneat firma omni tempore.

Actum est hoc III nonas ianuarii, anno XXVIII regni Ledovici regis.

Sig+num Petrus de Terracia, qui hanc donacionem pro anima mea et parentum meorum feci scribere et firmo firmarique rogo.

Sig+num Giellmus,[5] fratri suo. Sig+num Arbertus, fratri suo. Sig+num Gerallus, nepoti[6] suo. Sig+num Ermessendis, mater sua.

Sig+num Gerallus Ponci. Sig+num Berengarius de Ruvira.

Poncius presbiter, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* q[u]o[7] supra.

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter factum. 2. so *afegit a la interlínia*. 3. Matamala B 4. Ierosolimitane B. 5. *En lloc de* Guillelmus. 6. o *afegida a la interlínia*; i *corregeix* o. 7. *Manca.*

704

1136, gener, 11

Reconeixement de deute. *Guillem Ramon, senescal, el seu germà Odó i la seva esposa Beatriu, després d'haver recuperat de Bernat Ermengol de Freixenet el castell de Tornamira, reconeixen que li deuen mil cent cinquanta-sis morabatins, un asberc i una espasa.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 53 (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 275), 145 × 198 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada,* p. 179.

Manifestum sit cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Guillelmus Raimundi[1] dapifer et Odus frater meus et Beatrix coniux mea, nos omnes kastrum de Tornamira recuperavimus de Bernardo Ermengaudi de Frexaneto post obitum Ermessendis, uxoris sue, que domina erat predicti castri. Predictum castrum recuperatum et redditum Mironi de Luciano, ego prephatus Guillelmus Raimundi et frater meus Odus venimus ad computum cum Bernardo Ermengaudi de Frexaneto ipsius debiti quem ei debuimus, videlicet in presencia Bernardi Guillelmi Lucianensis et Mironis, eius fratris, et Guillelmi Bernardi Duorum Castrorum et Raimundi Bernardi Olostensis et Bertrandi de Villa Granada et Berengarii de Tornamira. Et fuit hoc debitum videlicet MCL et VI morabetinos et alspergum[2] I quem Arnallus Arnalli de Tornamira habuit et espadam I quam amisit predictus Bernardus Ermengaudi quando fuit capti mecum ante gradum de Malguiro, intus mare, et captivavit nos decanum de Poscheres. Et ego predictus Guillelmus Raimundi dapifer et Odus, frater meus,[3] convenimus tibi Bernardo Ermengaudi et omnibus tuis dubitantibus proximis ut sine occasione et sine omni malo ingenio suprascriptum totum avere persolvamus.

Actum est hoc III idus ianuarii, anno XXVIII regnante Ledovico rege.

Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi, Sig+num Odi, eius fratris, Sig+num Beatricis, uxoris predicti Guillelmi Raimundi, qui hoc, ut superius est scriptum, laudamus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Bernardi Guillelmi Lucianensis. Sig+num Mironis, eius fratris. Sig+num Guillelmi Bernardi Duorum Castrorum. Sig+num Raimundi Bernardi Olostensis. Sig+num Bertrandi de Villa Granada. Sig+num Berengarii de Tornamira.

Bernardus Guillelmi sacerdos, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* quo supra, cum literis suprascriptis in XI linea.

1. Raimundi *repetit*. 2. l *corregeix* s. 3. et Odus, frater meus, *afegit a la interlínia*. *El senyal d'avís per a l'afegit a la interlínia està situat entre* Raimundi *i* Odus; *malgrat aquesta puntualització, hem transcrit el terme* dapifer *a continuació de* Raimundi.

705

1136, gener, 16

Dotació. *Bernat de Montesquiu i la seva esposa Saura donen a Guillem de Portella la seva filla Marquesa per esposa amb tota la seva honor, amb la condició que els donadors en retindran la meitat vitalíciament.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 54 (*olim* arm. 7 Concòrdies reials, sac Sant Josep, núm. 88), 137 × 301 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Bernardus de Monte Eschivo et Saura uxor mea donatores sumus tibi Guillelmo de Portella filiam nostram Marchesam in coniugem, cum omni honore[1] quem habemus vel habere debemus in Bergitano et castrum de Cherol et castrum de Monte Maiore cum terminis eorum; et cunctum honorem quem habemus vel habere debemus in Cerritania sive in Baritano et castrum de Macana cum terminis eorum et denariis de Cardona. Tali vero tenore hoc donum facimus, quod nos prescripti donatores Bernardus et Saura retinemus medi[e]tatem[2] tocius honoris prelibati quamdiu vixerimus; aliam quoque medietatem abeatis per nos. Post obitum nostrum revertatur ipsa medietas tibi Guillelmo et uxori[3] tue Marchese et posteritatis vestris qui ex vobis ambobus procreati fuerint. Quod si ego Bernardus et Saura obierimus absque infante masculo qui sit vivus et ex nobis ambobus procreatis, in die obitus nostri donamus vobis Guillelmo de Portella et coniugi

tue Marchesa [in][4] civitatem Minorise et Baies, quantum ibi abere debemus, et castrum de Mureze et castrum de Monte Fulconis cum terminis eorum et tota ipsa honore quem habemus vel habere debemus de Sancti Iuliani de Altura amunt vel de Monte Serato, qui nobis advenit per parentorum vel per ullasque voces. Quod si ego Bernardus prescriptus et Saura prescripta abuerimus filium masculum in die obitus nostri et ipse obierit absque legitimo infante, abeat Guillelmus prescriptus et Marchese prenominata et eorum soboles totum prenominatum honorem. Quod si Marchesa prenominata[5] obierit absque infante, totum istum honorem revertatur nobis donatoribus vel nostris sine blandimento ullius hominis; et si ipsa habuerit filium aut filiam in die obitus sui et ipse aut ipsa obierit absque legitimo infante, totum hunc honorem prenominatum revertatur nobis donatoribus vel nostris. Si quis hoc fregerit, in duplo componat.

Actum est hoc XVII kalendas februarii, anno XXº VIIIº rege Ledovico regnante.

Sig+num Bernardi, Sig+num Saura, Sig+num Bernardi de Rochafort, Sig+num Beatrice, uxor eius, Signum Guillelm de Sancta Columba, Sig+num Berengarius de Avinione, Sig+num Guillelmi de Portela, Sig+num Gaucerandi de Pinos, Sig+num Petri de Merles, Sig+num Arnalli de Tornamira, qui hanc cartam scribere iussimus.[6]

Petrus presbiter et monacus, qui hoc scripsi die et anno *(senyal)* prefixo.

1. *Les dues* o *afegides a la interlínia. Així es repeteix les diverses vegades que apareix aquest terme en el text.* 2. *Manca.* 3. o *afegida a la interlínia.* 4. *Manca.* 5. *La darrera* a *corregeix* d. 6. iussiimus *al text*.

706

1136, març, 16

Venda. *Sança, amb el consentiment del seu marit Pere Joan i dels seus fills, ven a Pere Geribert i a Dalmau la meitat d'un mas a Sant Julià d'Altura i a Sant Quirze del Vallès, al lloc de* Miranbel*, pel preu de dos morabatins.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 56, 98 × 267 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat que afecten les parts superior i esquerra.

Sit notum cunctum quoniam ego Sancia, cum assensu viro meo Petro Iohanni et filiorum meorum, vindo[1] vobis Petro Girberti

atque Dalmacio medietatem unius mansi quem habeo in comitatu Barchinone, in terminio Terracie, in parrochia Sancti Iuliani et Sancti Quirici, in loco vocitato Miranbel. Affrontat ab oriente in alodium Lobet et fratri suo, a meridie in alodio[2] Sancte Marie Riopulli, ab occiduo in alodio[3] Sancti Laurencii et de te Petro Girberti, a circio Sancti Cucuphatis. Sicut ab his terminis terminatur et concluditur, sic vindo vobis predictam medietatem de ipso manso sicut ego melius habeo vel habere debeo, ut habeatis securi et quiete ad possidendum, ad omnia que volueritis, sine contrarietatis obstáculo, propter duos moabetinos in auro legitimos, quos vos michi dedistis et ego manibus meis[4] recepi. Et advenit ad me per vocem genitorum meorum aliisque vocibus. Et est manifestum. Quod de meo iure in vestrum trado ad vestrum proprium alodium francum ad omnia que volueritis facere, sine blandimentorum ullorum hominum. Si quis hanc vinditionem disrrumpere[5] voluerit, in duplo componat. Et post hoc firmiter maneat semper.

Actum est hoc XVII kalendas aprilis, anno XXVIII cepit regnare Francie Ledoyci[6] vere.

Sig+num Sancia, Sig+num Petri Iohanni, nos qui hanc vinditionem fecimus et firmamus et ad testes subscriptis firmari rogavimus. Sig+num Arnalli, Sig+num Petri, nos qui sumus filii predicti Sancia et Petri Iohanni et firmamus hoc et laudamus.

Sig+num Poncii Gitardi. Sig+num Guillelmi Gitardi.

Poncii presbiteri, qui hoc scripsit, cum literis superpositis in linea I et III et V, die et anno quo *(senyal)* supra.

1. vindo *afegit a la interlínia*. 2. in alodio *afegit a la interlínia*. 3. odio *afegit a la interlínia*. 4. meis *afegit a la interlínia*. 5. sr *corregeix* m. 6. *Segueix* [II], *afegit a la interlínia i ratllat*.

707

[1135, juny, 24 / 1136, juny, 23]

Donació. *Els germans Pere Bertran i Bernat de Bell-lloc donen a l'orde del Temple l'església de Sant Martí d'*ipsa Strata *amb tots els seus alous, situada a Sant Sadurní de Collsabadell.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 57, 182 × 404 mm. Estat de conservació deficient a causa de la mutilació de la part dreta.

La part del text que manca a causa de la mutilació del pergamí ha estat restituïda, sempre que ha estat posible, entre claudàtors. Hem datat el document per l'any vint-i-vuit del rei Lluís el Jove.

Omnibus hanc legentibus et audientibus scripturam sit manifestum qualiter nos ambo fratres Petrus Bertrandi et Bernardus de Bello Loco, prompto animo et bona voluntate, ob remedium animarum nostrarum et par[entorum] nostrorum, ut Deus omnipotens propicietur peccatis et negligentiis nostris, damus et offerimus domino Deo et Iherosolimitanę milicię Templi Salomonis et militibus ibidem Deo servientibus, in manu domni Raimundi Gaucebert[i], milicię fratris et baiuli, ęcclesiam Sancti Martini de ipsa Strata, cum omnibus alodiis quę habemus et habere debemus paterno et materno iure aliisque quibuslibet modis ac vocibus et homines tenent per nos et per [ius] in circuitu eiusdem ęcclesię, simul cum vięductibus et reductibus et aquarum meatibus. Est autem predicta ęcclesia cum iamdictis alodiis in comitatu Barchinonensi, in Vallensi territorio, in parroechia S[ancti Saturnini] de Collo Sabbatelli, in prenominato loco. Terminantur autem predicta alodia ab oriente in flumine quod descendit de Villa Maiore et in flumine quod vocatur Mugent, a meridie in strata publica quę pergit ubique, [ab occiduo] in alodio Berengarii Guilaberti de Salfores, quod est fevum Petri Berengarii de Sancta Eugenia, et in alodio comitali et in alodio Olivarii de Sancto Licerio, et in alodio Sancti Mathei, a circio similiter in alodio Sancti Math[ei et in] alodio Sancti Saturnini. Sicut ab his terminis concluduntur et terminantur et nobis advenerunt per omnes voces, sic damus et offerimus domino Deo et prescriptę sanctę milicię et fratribus servis Dei[1] ibi pro nobis Deo supplicantibus, omnia alodia et predictam ęcclesiam cum suis iusticiis, simul cum ingressibus et egressibus suis integriter et cum aquarum meatibus ad rigandum et ad quod voluerint faciendum, ut melius dici vel intelligi potest, ad utilit[atem] milicię. Ac de nostro iure in ius et dominium et potestatem tradimus prephatę milicię et fratrum ibi Deo servientium, ad proprium, plenissimum, liberum alodium, solide et secure ac quiete possidendum, ad eorum [voluntatem] faciendum ad quodcumque exinde voluerint facere fratres et baiuli sanctę sepedictę milicię, sine ullius contrarietatis obstaculo et sine voce a cunctis nostris hominibus et a nobis et a progenie nostra ib[i retenta]. Et ab hac hora et deincebs ulli nostrorum vel alicui personę, potenti vel mediocrę, non liceat dominari nec baiulare nec aliquam dominationem habere in prescriptis alodiis et in eorum ędificiis. Quod qui te[mptaverit], a Sancta Katholica ęcclesia et a consorcio fidelium, ut sacrilegus et invasor sacrarum rerum, extraneus fiat, donec eidem sanctę milicię, sicut[2] sancti patres ei componere sancxerunt, in consimili loco c[uadruplum] satisffaciat.

Et insuper hęc presens nostrę donationis pagina perhenniter maneat firma. Omnibus autem huic loco iusta servantibus et bona facientibus sit pax Domini nostri Ihesu Christi.

Act[um est hoc], anno ab Incarnatione Dominica C XXXV[3] post millesimum regisque franchorum Leduici XXVIII.

Sig+num Petri Bertrandi, Sig+num Bernardi Bertrandi, nos qui hanc donation[em facere] iussimus, laudando firmamus et testes firmare rogamus. Sig+num.[4] Sig+num Sancię, ux[oris eius].

Sig+num Raimundi Petri de Faro, qui hoc donum laudo et confirmo. Sig+num Petri Guillelmi, baiuli, qui hoc laudo et firmo et omnem baiuliam in prescriptis alodiis pro me et pro meis successo[ribus] sanctę milicię concedo et diffinio sine aliquo retentu.

Sig+num Petri de Faro. Sig+num Berengarii de Faro. Sig+num Gaucefredi de Faro. Sig+num Guillelmi Berengarii. […].[5] Sig+num Guillelmi Petri de Sancto Christoforo. Sig+num Raimundi Mironis. Sig+num Berengarii Mironis. Sig+num Poncii de Faro. Sig+num Guillelmi Raimundi Chastri Vetuli.

Signum+ Raimundi comes.[6]

1. i *corregeix* o. 2. sicut *afegit a la interlínia*. 3. *Segueix* I, *mal esborrat*. 4. *Segueix un espai en blanc d'aproximadament 155 mm. De les subscripcions que segueixen, només les de Ramon Pere de Far, Pere Guillem, batlle, i Guillem Berenguer porten els puntets que indiquen la intervenció directa dels subscriptors.* 5. *Espai il·legible a causa de la mutilació del pergamí.* 6. *Manca la clausura del rogatari.*

708

1136, abril, 16

Donació. *Guillem Ademar dóna a Santa Maria de Finestres el mas de* Collo*, amb tots els seus béns i els homes que hi habiten. Fa la donació pel salvament de la seva ànima i de la del seu fill Ramon Ademar.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 58 (*olim* arm. 4 Girona, sac H, núm. 476), 93 × 297 mm. Bon estat de conservació.

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 362-363.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 535. —MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XI, p. 427.

Sit notum cunctis quoniam ego Guillelmus Ademari dono Deo omnipotenti et gloriose semper virginis Marie Finestris, hac indicante scriptura, illum mansum de Collo cum omnibus suis pertinentiis quem predictus mansus debet habere vel possidere,

et homines qui ibi morantur, scilicet Bernardus et Bernardus, socer et gener, cum omni illorum familia. Tali vero tenore ut ab hodierno die et deincebs sit omnium liberum et francum et in ius vel dominium predicte gloriose semper virginis Marię, propter remedium animę męę et pro unico filio meo Raimundo Ademari et pro omnibus parentibus meis, tam vivis quam et defunctis. Quod si ego donator aut ullus vivens homo aud femina qui contra presentem donationem venerit ad inrumpendum, non hoc valeat vendicare quod quisierit, sed componat in duplo in consimili loco. Et postea presens scriptura firma maneat nunc et in evo.

Que facta est XVI kalendas madi, anno XXVIII regni rege Leudovico.

Sig+num Guillelmus Ademari, qui ista karta donatione fieri iussi, firmavi firmarique rogavi.

Sig+num Berengario Bernardi, milite. Sig+num Raimundus Adalberti de Ladrera. Sig+num Berengarius Bale. Sig+num Guillelmus Petri. Sig+num Petri Guifredi, capellani. Sig+num Raimundus Guillem de Per[dudes]. Sig+num Petri Arnalldi, baiuli. Sig+num Arnallus, levita. Sig+num Bernardus, clerici de Planes. Sig+num Arnallus, clerici de Bostim.

Petrus presbiter et monachus, qui istam kartam donationis rogatus scripsit sub die et anno quo *(senyal)* supra.

709

1136, abril, 30

Empenyorament. *Berenguer empenyora a Bernat, a la seva muller Magença i als seus fills el feu d'*ipsa Torra*, al terme de la* Torre d'en Gad*, per raó d'un deute de deu morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 59, 82 × 365 mm. Bon estat de conservació malgrat la presència d'algunes taques d'humitat a la part dreta.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 680.

In nomine Domini. Ego Berengarius impignorator sum tibi Bernardus et uxori tue Maienza filiisque tuis vel filiabus. Ego iamdictus impignoro vobis ipsum fevum de ipsa Torra[1] ex pane et vino et carne et ortis sive ipsum molendinum, cum ipsorum fructus ortuum et ipso lin vel cannemar, cum omnia et cum omnibus que pertinere possint [et] ad ipsum decimum. Advenit mihi Berengarius

hec omnia per vocem parentorum meorum sive per ullasque voces. Et est hec omnia in comitatu Minorisa, in terminum ipsa Torre d'en Gad. Que omnia impignoro tibi per moabitinos X, de istas kalendas madias usque ad festum Sancti Mihaelis, levatos ipsos explets. Et si volueris redimere per festum Sancti Michahelis, [ad] nos possis reddere; et si redimere nolueris usque ad istum terminum, non possis redimere usque ad aliam festam Sancti Micahelis. Et si minuerit tibi, quando tibi reddidero predictum debitum ex sextarios X^{m} annone, quod est ordeum et triticum ad mensuram Cervarie, si tibi nihil minuerit ex supradicta mesuram, Berengarius tibi emendet de suo. Et ut facias firmare istam impignoracionem ad Arnall fratrem tuum et ad Berengarium de Muntfar.

Facta impignoracione II kalendas maii, anno XX^{o} VIII^{o} regis Ludoici.[2]

Sig+num Berengarius, Sig+num Arnall, qui hanc pignoracionem fecimus et firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num Berenger Arnall de Ioval. Sig+num Ramon de Vila d'Aster. Sig+num Bernard Berenger de Lorag.[3] Sig+num Ug Bernard de Rudrig. Sig+num Ramon Guillelm de Nozed.[4] Sig+num Gerall de Taiada.

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit *(senyal)* die et anno quo supra.

1. Torra *afegit al marge esquerre.* 2. Pludoici *al text*. 3. *Segueix* N, *sense cancel·lar.* 4. d *afegida a la interlínia.*

710

1136, maig, 16

Empenyorament. *Pere Ricard empenyora a Pere Joan i als seus el mas que havia estat de Guitard Jetó i dues peces de terra, tot situat al territori de Barcelona, per raó d'un deute de cent morabatins.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm 60 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 750), 140 × 215 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 83.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40. — BENSCH, *Barcelona,* p. 142. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 172.

Cunctorum noticię pateat quod ego Petrus Ricardi mito in pignere tibi Petro Iohannis uxorique tuę et filiis vel filiabus[1] tuis ipsum meum mansum, qui fuit Guitardi Ietonis, cum solis et

suprapositis, gutis, foveis, clohacis et stillicidiis, cum omnibus in se existentibus vel sibi qualicumque modo pertinentibus, simul cum duabus terrę peciolis separatim positis, quarum una super eundem mansum habetur proxima, altera vero iuxta ipsos parietes, prope viam publicam. Abet afrontaciones iamdictus mansus, ab oriente in alodio episcopali, a parte vero circii in alodio Beati Petri Puellarum, ab occiduo in alodio eiusdem Sancti Petri, a meridie in aqua maris. Quantum predictis IIII^{or} affrontacionibus continetur, ego iamdictus Petrus Ricardi mito in pignere tibi Petro Iohannis cum exitibus et ingressibus eius quiquid ibi habeo vel habere debeo, simul cum ipsis duabus peciolis terre suprascriptis, pro centum mohabitinis legitimis auri et pensi quos accomodas et ego de te recepi. Tali vero modo[2] ego prefatus Petrus mito in pignere hec omnia tibi prescripto Petro Iohannis uxorique tue ac filiis et filiabus tuis quatenus hec omnia tantum teneas vel teneant, possideas vel possideant, tu vel quibus hec dimiseris vel dederis aut post te dubitaveris testamento vel verbis donec ego reddam tibi vel quibus hec omnia dederis vel dimiseris centum mohabetinos bono ac legitimo auri et pensi, de uno festo sancti Petri ad aliud festum eiusdem. Et si tu predictus Petrus miseris aliquid de tuo in ipso manso vel in ipsis parietibus mansi consilio mei vel meorum, totum tibi redderem. Adveniunt michi Petro hec omnia hereditario iure per vocem matris mee et per comparacionem patris mei et aliis vocibus. Et de meo iure hec omnia in tuum trado posse modo prescripto.

Quod es actum XVII kalendas iunii, anno XXVIII regni regis Ledovici.

Sig+num Petri Ricardi, qui hanc inpigneracionem fecit, firmavit firmarique rogavit.

Sig+num Bernardi de Bello Locco. Sig+num Gaucerandi, fratris Petri Ricardi. Sig+num Eimerici de ipsa Perucia. Sig+num Bernardi Sancti Ieorgi. Sig+num Raimundi Geralli. Signum+ Raimundi comes. Sig+num Petri Bernarddi*.

Signum+ Poncii scriptoris comitis, qui hoc scripsit die annoque prephato, rasis literis in linea VIIII.

1. *Entre* i *i* a, si *expuntuat.* 2. *Segueix un espai de tres lletres, aproximadament, raspat.*

FUNDACIÓ NOGUERA

711

1136, agost, 5

Donació. *Sança, filla del difunt Ramon Miró de Palau, dóna a l'orde del Temple tots els drets que li pertanyen en els béns que foren dels seus pares i, a canvi, serà alimentada i vestida per l'orde de per vida*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 67, 124 × 266 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Sancia femina, quę filia fui cuiusdam Raimundi Mironis de Palacio olim defuncti, votive et potentialiter, dono et offero domino Deo et sanctę milicię Iherosolimitanę Templi Salomonis omnem meam hereditatem et totum meum ius quod mihi contingit advenisse paterno et materno iure in omni honore qui fuit iamdicti patris mei ac matris: domibus, mansis, terris, vineis, ortis, pratis et pascuis, cultum et heremum, pronum et planum, cum vieductibus et reductibus, cum aquarum meatibus, sicut melius habetur et continetur et ut melius dici vel intelligi potest, ad utilitatem iamdictę sanctę milicię. Sic de meo iure in ius et dominium ipsius sanctę milicię trado in manu religiosissimi militis Arnalli de Bidocio nomine ac Raimundi Gauceberti, fratris et baiuli, et aliorum fratrum, ad suum proprium plenissimum alodium liberum et franchum iure perpetuo possidendum, ad [quivis][1] deinde facere voluerint, ad suum libitum, sine ullius contrarietatis obstaculo. Dabunt namque mihi dum vixero milites iamdictę sanctę milicię victum et vestitum pro hac donatione, secundum quod me oportuerit et illis ad honorem fuerit. Est autem predictus honor in comitatu Barchinonensi separatim positus in plurimis ac diversis locis. Si quis, quod absit, contra hanc meę donationis scripturam ad disrumpendum venire temptaverit, supradicta omnia iamdicte sancte milicię in quadruplum componat. Et insuper hec presens pagina perhenniter maneat firma.

Que est acta in presentia domni Berengarii de ipsa Ruvira et Berengarii de Graiana aliorumque nobilium virorum ibi assistentium.

Actum est hoc nonas augusti, anno ab Incarnatione Dominica CXXXVI[2] post millesimum regisque francorum Leduici XXVIIII.

Sig+num Sancie femine, quę hoc donum laudo et confirmo et testes firmare rogo.

FUNDACIÓ NOGUERA

Sig+num Berengarii de ipsa Ruvira. Sig+num Berengarii de Graiana. Sig+num Bernardi Guillelmi de Mogoda. Sig+num Guillelmi de Canalies. Sig+num Petri de ipsa Ruvira. Sig+num Berengarii de Mogoda. Sig+num Bernardi Guadalli*. Signum+ Petri Bernardi*.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. v *corregeix* d. 2. *Segueix* I, *raspat*.

712

1136, novembre, 9

Convinença. *Reverter, vescomte de Barcelona, i el seu fill Berenguer encomanen a Guillem, nebot i cosí seu respectivament, el castell de la Guàrdia de Montserrat i li donen la meitat de la dominicatura que hi tenen. Acorden, a més, que si Reverter i Berenguer moren sense descendència, el castell passarà a mans de Guillem, el qual els promet ser home fidel i soliu seu.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 68, 116 × 424 mm. (*olim* arm. 10 Manresa, sac Q, núm. 394). Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

a RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, núm. 170 (amb data de 1135, novembre, 9).

Cit. RIBAS, *Història*, pp. 129-130. — CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 265. — BISSON, *L'impuls,* p. 50.

Notum sit homnibus hominibus, tam presentibus quam futuris, quod ego Revertarius, vicecomite Barchinone, et Berengarius filius meus comendamus castrum de Guardia[1] Guillelmo nepote meo et consubrino de me Berengario, et donamus medietatem dominicature que ibi abemus vel abere debemus et milites solidamente et illorum fevos, exceptus ut donent nobis potestatem et liberent nobis staticam pres[c]riptos[2] milites ad nos vel ad nostros nuncios et hoc iurent. Et propter hoc donum convenit Guillelmus prescriptus ad vicecomite et ad filio suo ut fiat solidus de illis sicut homo debet esse de suos meliores seniores, per fide recta, sine malo ingenio; et faciat illis hostes et cavalcades et curtes et placitos et seguis et adiuvet illorum honore ad tenere et defendere et gueregare et placitare, que hodie abent vel in antea adquesierint cum suo consilio, contra cunctos homines et feminas, per fide ret[c]a,[3] sine [en]gan,[4] Et si demenuerit de me Reverter ad[5] de fillio meo sine legitimos proles, abeas prescriptum castrum te Guillelmum ad tuum francum

et liberum alaudem. Et si demenuerit de Guillelmum prescriptum,[6] castrum abeat Pere. Et si demenuerit de Pere, abeat Arniallus.[7] Similiter abeat Berenger, si demeneverint sine infantes legitimi. Et conveniencia suprascripta teneam ego cum sacramento et illi.

Acta ista conveniencia V idus novembris, ano XXVIIII regni rege Ledovici.

Sig+num Reverter vicecomite, Sig+num Berengarus filius eius, qui ista conveniencia mandavimus scribere et testes firmare.

Sig+num Artald de Caldders. Sig+num Pere Ponc de Falcs. Sig+num Berenger de Granera. Sig+num Pelet de[8] Castel Novo. Sig+num Arbert de Apierola. Sig+num Bernardus de Guardia. Sig+num Guillelmi prescriptum, qui hac conveniencia laudat et firmat. Sig+num Raimundi Fulconi*. Sig+num Bernardus* prepositus.[9]

Arnallus sacerdos, rogatus scripsit sub die et ano *(senyal)* quo supra.

1. Gaurdia *al text*. 2. *Manca*. 3. *Manca*. 4. *Manca*. 5. *En lloc d'*ad. 6. ri *afegit a la interlínia*. 7. i *afegida a la interlínia*. 8. de *afegit a la interlínia*. 9. Sig+num Raimundi Fulconi*. Sig+num Bernardus* prepositus *escrit al text a continuació de la clausura del rogatari*.

713

1136, novembre, 23

Complantació. *Ermessenda i el seu fill Ramon donen als esposos Guillem Pere i Gerberga i Bernat de Vergós i Maria una peça de terra per plantar-la de vinya, al castell d'Albió, al lloc anomenat la* Devesa*, amb la condició que quan doni fruits se la dividiran a parts iguals*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, núm. 69 (*olim* arm. 21 Regne de València, sac M, núm. 567), 94 × 218 mm. Bon estat de conservació malgrat una taca d'humitat que afecta la part central inferior.

a SANS I TRAVÉ, *Col·lecció diplomàtica*, núm. 29, pp. 104-105.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 661-662.

In Dei nomine. Ego domna Emessen et filio meo Ramon, nos ambos, donatores sumus ad te Guillelm Pere et ad coniux tua Girberga, et ad Benardus de Vergos et ad coniux tua Maria, ad vos et ad posteri vestro. Per hanc scriptura donacionis nostre donamus namque vobis pecia una alaudio ad complantandum vinea et donamus nos ad vos ad vinea et ad alode. Et quando ipsa vinea fuerit plantada et fuerit bene edificada et reddierit fructum,

tota per equal dividamus per medietatem: abeatis vos donatores unam medietatem et nos plantatores alia; et vos donatores que adiuvetis ad nos ad cludir et ad defendre et siatis ad nos guarentes contra cunctos homines vel feminas. Et est ipso alaudio vel vinea in comitatum Minorisa et in kastrum Albio, in locum vocitato ad ipsa Devesa. Et advenit ad nos donatores ipsa hec omnia suprascripta per nostrum avior sive patrimonio vel per qualicumque voces. Et abet affrontaciones ipsa hec omnia suprascripta de I parte in ipsa Devesa, de alia in via qui pergit ad Segura, de IIIª in ipso reger, de IIIIª in nos donatores. Quantum inter istas IIIIor affrontaciones includunt et isti termini continent, sic donamus nos ad vos et ad vestra posterita sicut superius scriptum est. Et vos plantatores vel vestri si volueritis vestra medietate de ipsa vinea inpignorare vel vindere, non habeatis licenciam nisi ad nos et ad nostris; et nos et nostris faciamus similiter ad vos et ad vestris. Et est manifestum. Et vos et vestris faciatis ad nos et ad nostris servicium de vestra medietate per unumquemque annum et parilio I de galines[1] et parilio I de fogaces et quater I de vi.[2]

Facta ista karta donacione VIIII kalendas decembris, anno XXVIIII regni Leovicus rex.

Sig+num domna Ermesen, Sig+num Ramon de Albio, nos qui ista carta donacionis mandamus scribere et ad testes firmare rogamus.

Sig+num Arnalli de Albio, Sig+num Guillelm Gitard, Sig+num B[ernat] Gitard, nos sumus visores[3] et auditores de hac re.

Arnallus sacer, qui hoc scribsit *(senyal)* et signum impressit sub die et anno prefixo.

1. g *corregeix* [s]. 2. Et vos et vestris faciatis... et quater I de vi *escrit al text a continuació de la clausura del rogatari.* 3. *La primera* s *corregeix* d.

714

1136, novembre, 30

Empenyorament. *Guillem Ramon de Castellvell empenyora a Arnau Bernat de Cornellà i a la seva esposa Rossa dos masos situats al terme de Castellvell, les illes del torrent de Lavern, al Llobregat, i unes vinyes, per raó d'un deute de quaranta morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 1, 135 × 348 mm. Bon estat de conservació.

Cit. PEDEMONTE, *Notes,* p. 106.

Document cancel·lat mitjançant talls practicats a la part central.

Omnibus hominibus sit manifestum qualiter ego Guillelmus Raimundi Chastri Vetuli debeo tibi Arnallo Bernardi de Corneliano et uxori tuę Rossę XL moabetinos legitimos quos mihi in auro prestastis sine meo engan. Propter quos impignoro vobis duos mansos cum suis pertinentiis infra terminum Chastri Vetuli, scilicet mansum de ipsa Devesa ad ipsum Cuncustum, cum suis pertinenciis, in quo stat Arnallus Tord cum suis heredibus, et mansum cum suis pertinentiis de Iohane Amati de la Vall. Item addo vobis huic impignorationi ipsas meas islas, sicut vadit a parte circii de ipso torrente de Lorent usque in flumine Lubricati, ab oriente in flumine Lubricati, ab meridie in pug de Renoval, ab occasu in ipsas Ripas. Et insuper addo vobis huic impignorationi meas vineas cum terra quas habeo super ipsas islas. Sicut superius est scriptum et mihi advenit per vocem genitorum meorum et uxori meę per suum decimum et Vidianus ibi habet per me et per meam vocem, sic impignoro vobis predictos duos mansos cum suis pertinentiis, pratis, pascuis, boscis et garricis, cum serviciis et usaticis et districtis et mandamentis, simul cum omnibus expletis et eximentis quę ibi habeo vel habere debeo et predictas islas et homo ibi habet per me in ipsas islas,[1] et iamdictas vineas cum terra simul cum ingressibus et egressibus suis integriter. Ac de meo iure in vestrum trado dominium et potestatem, tali pacto ut teneatis et possideatis et expletetis, potenter et integriter, vos et homines per vos et per vocem vestram sicut superius est scriptum, ut dici vel intelligi potest melius ad vestrum produm. Nec liceat mihi vel meis redimere hoc prescriptum pignus nisi in festivitate Sancti Michaelis; et sic vadat annuatim de festo in festum Sancti Michaelis. Cum vero in predicto termino ego reddidero vobis vel vestris XL moabetinos in auro sine vestro engan, reddatis mihi hanc cartam de pignus sine mora. Interim, si facere volueritis, liceat vobis impignorare et dare per tantum quantum ibi habetis et non per amplius. Si quis hoc infringere temptaverit in duplo vobis componam sive componat supradicta omnia. Et postmodum semper maneat firmum.

Actum est hoc II kalendas decembris, anno XXVIIII regni Leduici regis.

Sig+num Guillelmi Raimundi Chastri Vetuli qui hoc laudo[2] et firmo et testes firmare rogo. Sig+num[3] Amahalt uxoris eius, quę hoc laudo et confirmo. Sig+num Arberti Chastri Vetuli.

Sig+num Geralli Raimundi. Sig+num[4] Chaboth. Sig+num Raimundi Bermundi de Chastro Episcopali. Sig+num Guillelmi Berengarii. Sig+num Bernardi Guillelmi de Sanctis.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris supra-positis in linea VII[a], die et anno quo supra.

1. islsas *al text;* et homo ...ipsas islsas *afegit a la interlínia.* 2. l *corregeix* h. 3. *Manquen els punts a la subscripció.* 4. *Manquen els punts a la subscripció.*

715

1136, desembre, 23

Donació. *Pere de Sentmenat cedeix a l'orde del Temple els seus drets sobre el mas* Roviradec*, a Sentmenat, i sobre una rovira a Castellar del Vallès, al lloc anomenat* Solaned*, que té en feu per Pere de Palau*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 70, 107 × 235 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada,* p. 158.

In Dei nomine. Ego Petrus de Sancto Minato, ut Deus propicietur peccatis et negligenciis meis, dono et offero domino Deo et Ierosolimitanę Militię Templi Salomonis mansum unum cum suis pertinentiis et tenezonibus et unam roviram cum terra et arboribus diversi generis, que omnia tenebam ad feudum per Petrum de Palatio. Est autem predictus mansus in comitatu Barchinonensi, in Vallensi, infra parrochiam Sancti Minati, mansum scilicet quem vocant Roviradec. Et iamdicta rovira est in parrochia Sancti Stephani de Castellar, in loco vocitato Solaned. Prescriptus vero mansus cum suis tenezonibus terminatur ab oriente et meridie in alodio Guillelmi Raimundi, saneschalc, ab occasu in alodio Sancti Petri de Cervaria, a circio in alodio Sancti Petri de Rodas. Sicut ab his terminis concluditur et terminatur, sic dono et offero domino Deo et iamdictę Militie, votive et potencialiter, in manu Arnaldi de Bedociis, fratris et baiuli eiusdem Militia, prescripta omnia, cum ingressibus et egressibus suis integriter, ut melius dici vel intelligi potest. Ac de meo iure in ius et dominium iamdicte Militie et fratrum militum ibi Deo servientium et suorum baiulorum trado ad suum proprium plenissimum alodium liberum et franchum, secure et quiete perpetuo possidendum, ad quid inde ab hac hora et deincebs facere voluerint fratres et baiuli iamdicte Militie. Persona que contra hanc mee donationis scripturam ad

infringendum venire temptaverit, supradicta omnia in consimili loco iamdicte Militie componat. Et insuper hec presens mee donationis pagina perhenniter maneat firma.

Que est acta VIIII kalendas ianuarii, anno ab Incarnatione Dominica CºXXXºVIº post millesimum, regni autem Lodoyci XXVIIII.

Sig+num Petri de Sancto Minato, qui hoc donum feci et hanc cartam scribere iussi, laudando firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Berengarii fratris sui. Sig+num Guillelmi fratris sui. Sig+num Berengarii de ipsa Rovira. Sig+num Petri de ipsa Rovira.

Petrus diachonus scripsit hoc die et anno quo supra.

716

1136, desembre, 24

Donació. *Berenguer de Sarrovira, la seva esposa Ermessenda i el seu fill Ramon donen a l'orde del Temple un mas situat a Santa Perpètua de Mogoda, al lloc anomenat* Morral*, amb la condició que si Berenguer vol entrar a l'orde hi serà acollit.*

A ACA, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 71, 158 × 254 mm. Bon estat de conservació.

In Dei omnipotentis nomine. Ego Berengarius, vocitatus de ipsa Ruvira, et uxor mea Ermessendis et filius noster Raimundus, ob peccatorum nostrorum veniam promerendam[1] et cęlestis patrię gaudia consequenda, votive et potencialiter, damus et offerimus omnipotenti Deo et Iherosolimitanę Milicię Templi Salomonis, in manu Arnalli de Bidociis, fratris et baiuli militum iamdictę Milicię, alodium nostrum proprium, scilicet mansum unum cum suis tenedonibus et pertinentiis omnibus. Est autem prescriptus mansus cum suis tenedonibus in comitatu Barchinonensi, in Vallensi, in parrochia Sanctę Perpetuę martiris de Mogoda, in loco vocitato ipsum Morral. Adveniens mihi Berengario per donationem et laxationem quam inde mihi fecit Bermundus de ipso Morral, meę vero uxori per suum decimum et filio meo per meam vocem sive aliis quibuslibet modis ac vocibus. Terminatur autem ab oriente et a meridie in alodio cenobii Sancti Cucuphatis et in alodio de nobis donatoribus, ab occidente in alodio de nobis donatoribus et in alodio iamdictę Milicię quod est pratum, a circio in alodio

predictę Milicię et Iherosolimitani Hospitalis. Sicut a predictis terminis concluditur et terminatur, sic damus et offerimus, votive et potentialiter, prescriptum mansum, cum suis pertinenciis et tenedonibus universis, iamdictę Milicię et fratribus militibus ibidem pro nobis Deo supplicantibus, simul cum vięductibus et reductibus undique, ab omni integritate, ut Deus omnipotens propicietur peccatis et negligentiis nostris et parentum nostrorum. Ac de nostro iure in ius et dominium iamdictę Milicię et fratrum militum ibi Deo servientium et suorum baiulorum tradimus, ad suum proprium plenissimum alodium liberum et franchum, secure et quiete perpetuo possidendum, ad quid inde facere ab hac hora et deincebs voluerint fratres et baiuli iamdictę Milicię. Ego namque prelibatus Berengarius humiliter deprecor presentes et futuros milites et baiulos iamdictę Milicię ut quando Deo inspirante huic seculo abrenunciare voluero et de eorum societate et ordine ac religione essę, accolligant et recipiant me volentem Deo militare in ipsorum ordine; et prescriptus mansus cum suis pertinentiis sit hereditas mea. Persona quę contra hanc nostrę donationis scripturam ad infringendum venire temptaverit, supradicta omnia in consimili loco iamdictę Milicię componat. Et insuper hęc presens nostrę donationis pagina perhenniter maneat firma.

Quę est acta VIIII kalendas ianuarii, anno ab Incarnatione Dominica Cº XXXº VIº post millesimum, regni autem Leduici XXVIIII.

Sig+num Berengarii de ipsa Ruvira, Sig+num Ermessendis, Sig+num Raimundi, nos qui hanc donationis cartam scribere iussimus, laudando firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Petri de ipsa Ruvira, qui hoc laudo et confirmo. Signum+ Osberti* magistri.[2] Signum+ Petri Bernardi*. Sig+num Petri* levite.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. pro *corregeix* o. 2. *Segueix* Sig+num, *sense cancel·lar, probablement traçat per a la signatura de Pere Bernat, que signa de pròpia mà.*

717

1136, desembre, 27

Empenyorament. *Ramon Renard i el seu fill Ramon empenyoren a Bernat de Dosrius i a la seva esposa Ermessenda el castell de*

Muntanyola, amb tota la seva dominicatura, per raó d'un deute de cent morabatins marins nous. S'acorda que el monestir de Santa Maria de l'Estany pugui pagar el deute perquè Ramon i el seu fill han fet donació del castell a l'esmentat monestir per a després de la seva mort.

A [Original no localitzat.]

A' ACA, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 72, 141 × 220 mm. Carta partida, traçant una divisa il·legible pel marge superior. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 703. — BOTET i SISÓ, *Les monedes,* I, p. 65.

Sit notum cunctis quia ego Raimundus Renardi et filius meus Raimundus debemus tibi Bernardo de Duobus Rivis et Ermessendi feminę, tibi in uxorem affirmatę, C moabitinos marinos novos. Propter quos impignoramus vobis chastrum de Montaneola et totam nostram dominicaturam et totos nostros directos quos in ipso chastro et infra terminos ipsius chastri, in cunctis locis, in prono et in plano, habemus vel habere debemus per vocem nostrorum parentum. Prephata quoque omnia, cum vięductibus et reductibus, cum ingressibus et egressibus suis integriter, sicut nos melius habemus vel habere debemus, totum vobis impignoramus. Tali convenientia ut vos et homines per vos et per vocem vestram teneatis et possideatis et expletetis omnes nostros directos et voces quas ibi habemus vel habere debemus per omnes voces, potenter et integriter, sine ulla diminutione. Et non liceat nobis vel nostris successoribus redimere iamdictum pignus nisi in Natale Domini; et sic vadat per unumquemque annum de Natale in Natale Domini. Cum vero in prescripto termino reddiderimus vobis vel vestris C moabetinos marinos novos sine vestro engan, reddatis nobis hanc cartam sine mora. Sit etiam a primo venturo Natale Domini ad unum annum licitum redimendi iamdictum pignus clericis Sanctę Marię de Stagno, cui, iam per scripturam a nostris vel aliorum manibus corroboratam, ad proprium alodium post obitum nostrum prescripta omnia tradidimus; et sic ab illo die et deincebs liceat eis in perpetuum redimere hoc pignus de Natale in Natale Domini, quibus statim hanc cartam et pignus reddatis. Si quis, quod absit, hoc pignus disrumpere presumpserit, in duplo componat ea que infringere temptaverit. Et insuper hoc maneat firmum semper.

Actum est hoc VI kalendas ianuarii, anno ab Incarnatione Dominica C XXX VI post millesimum.

Sig+num Raimundi Renardi, Sig+num Solastendis uxoris eius, Sig+num Raimundi de la Rocha, nos qui hoc laudando firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Petri Bertrandi de Bello Loco, Sig+num Sancię uxoris eius, Sig+num Reamballi, nos qui hoc laudamus et confirmamus.

Sig+num Raimundi Berengarii de Paladol. Sig+num Gaucefredi de Sancta Columba. Sig+num Guillelmi de Chanalies.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

718

1136, desembre, 28

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, dóna en feu la ciutat de Tortosa i tot el seu territori a Guillem de Montpeller. A canvi, aquest promet ser home fidel i soliu del comte.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 73 (*olim* arm. 14 Tortosa, sac Sant Ruf, núm. 11), 214 × 394 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Estat de conservació regular a causa de set forats de mida decreixent, d'esquerra a dreta, que afecten la part central del pergamí.

A' [Original no localitzat.]

B Còpia de principis del segle XIII. Montpeller, Archives de la Ville de Montpellier, AA 1, Cartulari dels Guillems (Liber instrumentorum memorialium), ff. 69v-70.

a MARCA, *Marca Hispanica,* doc. 390, cols. 1281-1282.

b VILLANUEVA, *Viage*, XVII, ap. doc. L.

c CODOIN, IV, doc. XXII.

d GERMAIN (ed.), *Liber instrumentorum*, doc. CLII.

e FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats,* doc. 46.

Cit. DEVIC-VAISSETE, *Histoire Générale de Languedoc*, III, p. 703. — SAGARRA, *Sigillografia catalana*, I, pp. 40 i 99. — KOSTO, *Making agreements,* pp. 99, 148.

Les parts transcrites entre claudàtors al llarg del text són interpretacions dels fragments que manquen a causa dels forats del pergamí.

Hec[1] est conveniencia que est facta inter domnum[2] Raimundum, Barchinonensem comitem, et Guillelmum de Monte Pessulano. Donat namque iamdictus comes Raimundus prephato fideli suo Guillelmo de Monte Pessulano per fevum[3] civitatem Tortuosam, cum omnibus terris et castris et municionibus et omnibus ad eius dominatum pertinentibus, secundum determinacionem ipsius episcopatus. Propter hoc autem donum superius comprehensum, ipse Guillelmus de Monte Pessulano efficitur homo eius manibus propriis et convenit ei ut sit fidelis eius et amicus per fidem, sine malo ingenio; et quod adiuvet eum tenere et defendere omnem honorem quem hodie habet vel in antea adquisierit[4] per eius consilium contra cunctos homines et feminas, per fidem,[5] sine engan. Et ipse comes convenit ipsi Guillelm[o] ut adiuvet eum[6] tenere et

defendere sicut fideli homini suo omnem suum proprium honorem quem hodie habet vel in antea habuerit per eius consilium contra omnes homines et feminas. Quando vero, [auxiliante D]eo ipsa civitas Tortu[osa in po]testatem christianorum deve[niat], habeat eam predictus Guillelmus et proienies eius[7] [per i]psum comitem, cum omnibus sibi pertinentibus, sicut superius scriptum est. Et tunc fac[iat omnes volun]tates suas et servi[cia sicut ho]mo eius solidus et adi[uvet eum con]tra omnes homines [et feminas, p]aganos et christian[os, et t]eneat pacem pro [eo et f]aciat guerram quandocumque prepha[tus come]s ei[8] mandaverit.

Hactu[m est] hoc V kalendas ianuarii, anno Dominice Incarnacionis C^mo^XXXVI^to^ post millesimum.[9]

Signum+ Raimundus comes,[10] qui hoc[11] donum fecit, firmavit et testes firmare rogavit.

Sicgnum Guillelmi Montis Pessulani*. Sig+num Raimundi Fulconis*. Sig+num Raimundi de Monte Lauro*. Signum+ Bernardi de Pinnano. Signum+ Guillelmi Airtadi. Signum+ Petri Girberti. Signum+ Gauceberti, vicecomitis Castelli Novi. Signum+ Gauceranди de Pinos. Signum+ Reamballi. Signum+ Guillelmi de Pug Alto. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Signum+ Petri Bertrandi de Belog. Signum+ Bernardi de Belog. Signum+ Artalli de Castello Novo. Sig+num Petri Raimundi Mainardi. Signum+ Gerberti, cannonici Sancti Ruphi.[12]

Sig+num Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit superpositis literis in linea VI^ta^ que dicunt *proienies eius*.[13]

1. B *presenta, prèviament, la rúbrica següent:* Scriptura donacionis super civitate Tortosa quam fecit Raimundus comes Guillelmo, domino Montis Pessulani, et convenientia quam fecerunt ad invicem. 2. n *afegit a la interlínia*. 3. feudum B. 4. acquisierit B. 5. fidem et B. 6. ut adiuvet eum *afegit a la interlínia*. 7. et proienies eius *afegit a la interlínia*. 8. ei *omet* B. 9. M^o^ C^o^ XXX^o^ VI B. 10. Raimundi comitis B. 11. o *corregeix* i. 12. *Segueixen dues subscripcions raspades i il·legibles en l'exemplar* A. *En les subscripcions d'aquest exemplar només Bernat de Bell-lloc i Artau de Castellnou varen procedir a posar el punt corresponent.* 13. B *presenta la següent distribució de les subscripcions i de la clausura:* Signum Oldegarii archiepiscopi. Sig+num Raimundi Fulconis. Signum Arnaldi, Barchinonensis ecclesie sacriste atque diaconi. Signum Bernardi de Pinnano. Signum Guillelmi Airadi. Signum Petri Girberti. Signum Gauzberti, vicecomitis Castelli Novi. Signum Gaucerandi de Pinos. Signum Reiambaldi. Signum Guillelmi de Pugalto. Signum Guillelmi Castri Vetuli. Signum Petri Bertrandi de Belloc. Signum Bernardi de Bellog. Signum Artaldi Castelli Novi. Signum Petri Raimundi Mainardi. Signum Gerberti, canonici Sancti Rufi et presbiteri. Signum Stephani, canonici Sancti Rufi. Signum Raimundi Montis Lauri. Signum Poncii, scriptoris. *Com s'ha pogut observar, aquesta còpia, a més d'alterar l'ordre de les subscripcions, presenta les subscripcions de l'arquebisbe Oleguer i d'Arnau, ardiaca i sagristà de Barcelona, probablement les dues que no es poden llegir a l'original. Afegeix, de més a més, la subscripció d'Esteve, canonge de Sant Ruf.*

719

1137, gener, 4

Donació. *Bernat Bertran de Bell-lloc dóna a l'orde del Temple un mas a Sant Andreu de Palomar, tocant al coll de Finestrelles*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 74, 108 × 374 mm. Bon estat de conservació malgrat unes petites taques d'humitat.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40.

In Dei nomine. Ego Bernardus Bertrandi, qui vocor de Bello Loco, ut Deus propicietur peccatis et negligentiis meis et parentum meorum, votive et potencialiter dono Domino Deo et Iherosolimitanę milicię Templi Salomonis, in manu Arnalli de Bidociis, baiuli et fratris eiusdem milicię, ad usus militum eiusdem milicię, mansum unum meum proprium, cum terris et vineis, cultis et heremis, cum arboribus diversi generis, in quo habitat Guillelmus Iuschafredi, cum omnibus sibi pertinentibus vel pertinere debentibus ubique locorum.[1] Advenientem mihi per vocem genitorum meorum vel aliis quibuslibet modis ac vocibus. Est autem prescriptus mansus cum suis pertinentiis in territorio Barchinonę, in parrochia Sancti Andreę de Palumbario, iuxta collum de Fenestreles. Terminatur autem ab oriente in flumine Bisocii, a meridie in alodio Sancti Cucuphatis, ab occasu in strata publica qua itur ad Barchinonam, a circio in collo de Fenestreles et in strata[2] publica. Sicut ab istis terminis concluditur et terminatur, sic dono Domino Deo et iamdictę milicię, votive et potentialiter, ut dici vel intelligi potest melius, cum ingressibus et egressibus suis integriter. Ac de meo iure in ius et dominium iamdictę milicię Templi Salomonis et militum ibi omnipotenti Deo servientium trado, ad proprium plenissimum alodium, secure et quiete perpetuo possidendum, ad quid inde facere voluerint fratres et baiuli iamdictę milicię, sine ullius contrarietatis obstaculo. Si qua persona contra hanc meę donationis scripturam ad infringendum venire temptaverit, in consimili loco supradicta omnia in quadruplum componat. Et insuper hec presens meę donationis pagina perhenniter maneat firma.

Quę est acta II nonas ianuarii, anno[3] ab Incarnatione Dominica C° XXX° VI° post millesimum, regis autem Leduici XXVIIII.

Sig+num Bernardi Bertrandi, qui hanc donationem feci, laudando firmo et testes firmare rogo. Sig+num Petri Bertrandi, fratris sui, qui hoc laudo et confirmo. Sig+num[4] Petri, filii eiusdem Petri Bertrandi. Sig+num Arnalli de Sancto Ilario.

Signum+ Ramundi* comes. Signum+ Poncii*, scriptoris comitis. Sig+num Berengarii Raimundi, vicarii Barchinonę.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra, cum litteris suprapositis in linea III[a].

1. cum omnibus ... ubique locorum *afegit a la interlínia*. 2. r *afegida a la interlínia*. 3. *La primera* n *corregeix* b. 4. *Manquen els punts a la subscripció.*

720

1137, abril. Benavarri

Carta de franqueses. *Ramir II, rei d'Aragó, atorga carta de franqueses als habitants de Benavarri.*

A [Original no localitzat.]
B Trasllat del 6 de setembre de 1288. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 288, 150 × 285 mm. Estat de conservació regular.
a BALAGUER, *Ramiro II*, doc. 8.
b LEDESMA, *Cartas*, doc. 62.

(Crismó)[1] In Christi nomine. Ego Ranimirus, Dei gracia in Super Arbre et Rippa Curcie rex, facio cartam franquitatis et libertatis vobis homnibus[2] hominibus de Benavarre. Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate, propter amore Dei et remissionem pecatorum meorum vel parentum meorum, et quia vos guanaynavistis castrum de Benavarre et eum abstulistis paganis et tornavistis ad cristianis, et ideo per vestra voluntate dedistis michi castrum et villa de Benavarre, placuit michi et facio vobis omnibus hominibus de Benavarre et vestris, per secula cuncta, cartam ffranquitatis et libertatis, ita quod vos et vestros sitis ffrancos et liberos et fideles mei et non de alio. Et ego nec mei non possim vos nec vestros de mea seynoria abstraere nec gitare, set semper sitis de rege. Et nullum censum censualem non detis michi nec mei nisi sola decima que detis michi et filiis meis; et quod nos et nostri teneatis fidelitatem per directam ffidem, sine engano. Et ipsos homines qui hodie de Benavarre sunt aut in antea erunt cavallarios in meo servicio et de filiis meis ipsi et eorum cum eorum decima quod retineant ad eorum opus et sint quieti et franqui et ingenui et nullus omo vel femina ex progenie mee vel alicuique persona qui inde abstraere ut voluerit aut forçare iram Dei et de suis sanctis incurrat super eum et cum Iuda traditore et cum Datan et Abiron sint dampnati in infernum. Amen.

Signum + regis Ramiri.[3]

Ffacta vero anc cartam in mense aprilis, era Mª Cª LIXª[4] Vª in castro Benavarre, regnante me, Dei gracia, in Super Arbii et Rippa Curtie. Episcopo Gauçfrido in Barbastro. Pero A. in Benavarre. Episcopo Dodo in Osca. Comite Arnaldo in Fonte Tuba. Fortuyno Dato in Barbastro. Pero Mir in Benavarre. Pero Iuçpert in Cornutella. Gombalt in Satarue. Pere Ramon in Capella. Peregrin in Albeçar.[5] Ferriç in Santa Eulalia, Pero Taresa in Osca, Gaufredus Pe[re]gri[6] in Petra Rubea.

Ego Sancius de Petra Rubea iussu domini mei regis hanc cartam scripsi et hoc signum *(senyal)* feci.[7]

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter factum VIIIº idus septembris, an[n] o Domini Mº CCº LXXXº octavo a quodam privilegio illustrissimi domini Ranimiri, Dei gracia in Super Arbre et Rippa Curcia rex, cuis tenor talis est. 2. *En lloc d'*omnibus. 3. *La segona* i *corregeix* us. 4. *En lloc de* LXXª. 5. *En lloc d'*Alkeçar. 6. *Manca*. *Lectura dubtosa.* 7. Sig(*senyal*)num mei Berengarii de Felz, publici notarii de Benavarre, qui me pro teste subscribo. Ego Dominicus de Barraves, publicus notarius de Benavarre, qui hoc translatum bene et fideliter scripsi ut in originali privilegio verbo ad verbum inveni et hoc sig(*senyal*)num feci.

721

1137, maig, 20

Empenyorament. *Pere Ricard empenyora a Eimeric de Perusa i als seus fills una terra i un mallol situats al territori de Barcelona, a l'Olivera Rodona, per raó d'un deute de seixanta-un morabatins que els ha de pagar en el termini de nou anys. Pere Ricard retindrà la terra i el mallol i en pagarà cada any el quart i el desè. Satisfet el deute, Eimeric i els seus rebran aquestes terres en establiment a canvi de pagar cada any igualment el quart i el desè.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm 75 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 776), 175 × 193 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 86.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 659. — BENSCH, *Barcelona,* p. 142. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 172.

Sit notum cunctis qualiter ego Petrus Ricardi debeo tibi Aimerico et filiis tuis sexaginta unum moabitinos quos mihi in auro prestasti sine engan. Propter quos impignoro tibi peciam unam terre et aliam de malleolo cum terra quam habeo per vocem genitorum meorum in territorio Barchinonę, super ipsam Olivariam Rotundam, prope viam qua itur ad Serrianum. Quę terminatur ab oriente in torrente, a meridie in alodio canonicę, quod fuit

Guillelmi Bernardi monetarii, et in alodio Martini Petith, ab occasu in terra et vinea Petri Raimundi canonici, a circio in alodio cenobii Sancti Petri et in alodio quod fuit Arnalli Gonterii. Sicut ab istis terminis concluditur et terminatur, sic impignoro tibi et tuis infantibus cum ingressibus et egressibus suis integriter, tali pacto ut teneas et possideas potenter et integriter usque novem anni venturi sint completi. Ita ut ego laborem bene de cunctis suis laborationibus predictam peciam malleoli et postquam levaverit, de fructu quem Deus ibi dederit donem tibi et tuis quartum et decimum; completis[1] vero noven annis ego reddam tibi vel tuis sexaginta unum moabitinos in auro sine tuo engan et tu mihi hanc cartam sine mora. Quod nisi ita fecero deinde non liceat mihi vel meis redimere hoc pignus nisi in[2] festivitate sancti Michaelis, et sic transcurrat annuatim de festo in festum sancti Michaelis. Interim, si facere volueris, liceat tibi impignorare per tantum quantum ibi habes et non amplius. Interim vero si ego non laboravero bene predictum malleolum, sicut bonam vineam oportet, liceat tibi eum imparare, tenere, possidere et expletare integriter donec ego redimam per prescriptum terminum. Et postquam ego hoc pignus per prescriptum terminum redemptus habuero, tu et progenies tua habeas per me et per meos et possideas predictam vineam et dones inde mihi et meis, de fructu quem Deus dederit, per unumquemque annum quartum et decimum; et faciam inde tibi et tuis cartam precariam. Si quis hoc infringere presumpserit, in duplo componat ea que infringere temptaverit. Et insuper semper maneat firmum.

Actum est hoc XIII kalendas iunii, anno XXVIIII regni Leduici regis.

Sig+num Petri Ricardi, qui hoc laudo et confirmo et testes firmare rogo. Sig+num Gaucerandi fratris eius, qui hoc laudo et confirmo.

Sig+num Petri Iohannis. Sig+num Martini Orucię. Sig+num Umballi, Signum+ Raimundi comes. Sig+num Petri Bernarddi*.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. o *corregeix* u. 2. in *corregeix* de.

FUNDACIÓ NOGUERA

722

1137, agost, 11

Donació. *Ramir II, rei d'Aragó, dóna a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, la seva filla per esposa i tot el regne d'Aragó, amb la condició que serà rei en els seus territoris i en els del comte.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 86 dupl. (*olim* arm. 17 Aragó, sac A, núm. 210), 317 × 157 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia de la segona meitat del segle XII, coetània de l'anterior. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 86 (*olim* arm. 17 Aragó, sac C, núm. 323), 418 × 268 mm. Bon estat de conservació.

D Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, ff. 5d-6b.

a MARCA, *Marca Hispanica,* doc. 394, cols. 1284-1285.

b *CODOIN*, IV, doc. XXIV.

c MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum,* I, núm. 7.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40.

Com que els sistemes de datació que dóna el document no són coincidents, hem pres l'any de l'Encarnació com a correcte.

In Dei nomine. Ego Ranimirus, Dei gratia rex Aragonensis, dono tibi Raimunde, Barchinonensium comes et marchio, filiam meam in uxorem cum tocius regni Aragonensis integritate, sicut pater meus Sancius rex vel fratres mei Petrus et Illefonsus melius umquam habuerunt vel tenuerunt, ipsi vel utriusque sexus homines per eos, salvis usaticis et consuetudinibus quas pater meus Sancius vel frater meus Petrus habuerunt in regno suo. Et comendo tibi omnes prephati regni homines sub hominio et iuramento, ut sint tibi fideles de vita tua et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent, sine omni fraude et decepcione; et ut sint tibi fideles de omni regno pretitulato et universis omnibus ad illud regnum pertinentibus, salva fidelitate mei et filie mee. Hec autem omnia superius scripta, ego prephatus rex Ranimirus taliter facio tibi Raimunde, Barchinonensium comes et marchio, ut si filia mea mortua fuerit prephata, te superstite, donacionem prephati regni libere et immutabiliter habeas absque alicuius impedimento post mortem meam. Interim vero si quid augmentacionis vel tradicionis de honoribus vel municionibus prephati regni, me vivente, facere tibi voluero, sub prephata hominum fidelitate firmum et immobile permaneat. Et ego prephatus rex Ranimirus sim rex, dominus et pater in prephato regno et in totis comitatibus tuis dum mihi placuerit.

NOGUERA

Quod est actum III idus augusti, anno Incarnacionis Dominice C XXX VII post millesimum, era millesima C^ma^ LXX VI, prephato rege Ranimiro regnante.

Signum Ranimiri *(crismó)* regis.

Ut omnia superius scripta fideliter et incomutabiliter observentur, prenominatus rex Ranimirus comendavit comiti Barchinonensi suos barones subscriptos, sub hominio et iuramento: in primis, comitem Palearensem. Raimundum Petri de Eril.[1] Petrum,[2] filium eius. Petrum Raimundi de Stada. Gonballum de Benavent. Blasc[3] Furtuno d·Azlor.[4] Guillelmum de Capela, filium Berengarii Gonballi. Bernardum Petri de Laguarres. Petrum Lobic Sancti Stephani. Gali Garcec[5] Sancti Vincencii.[6] Petrum Mironis de Entenza.[7] Gomballum[8] de Entenza. Lop[9] Garcez[10] Laita. Frontinum Gomez. Ferriz. Pelegri de Castelazol. Arpa. Sansanc d·Arsu. Maza. Furtudat[11] de Barbastro. Furtun[12] Garcez, fratrem de Maza. Garcia Cez[13] d·Oscha. Garcia de Radelar.[14] Lapo Blasc[15] de Pomar. Porchet. Petrum, fratrem eius.[16] Ramon de Larbes. Michael[17] d·Albera. Sanc d·Andilone.[18] Gali Sanc de Grads. Lop[19] Sanc de Iacha. Gaiet. Pedro Lobic[20] de Lusia. Gali Xemenons d·Alcala.[21]

Poncius scriptor, hoc scripsit domini regis precepto die annoque prephato, qui solito more hic suum posuit[22] signum+.

1. d·Eril C. 2. Petrum Raimundi C. 3. Balasch C. 4. d·Aclor C. 5. Garcecz C. 6. de Sancto [Stephano *ratllat*] Vincencio C. 7. z *corregeix* c; de Entenza C. 8. Gonbal C. 9. Lob C. 10. e *afegida a la interlínia.* 11. tu *afegit a la interlínia.* 12. Furtu C. 13. Ces C. 14. Rodelar C. 15. *En lloc de* Lopo Balasc; Lobalasc C. 16. Petrus, frater eius C. 17. a *afegida a la interlínia.* 18. d·Andio C. 19. Lup C. 20. Lopic C. 21. Alchala C. 22. hoc imposuit C.

723

1137, agost, 24. Altar de Sant Gil de la catedral d'Osca

Formulari de jurament de fidelitat. *Jurament de fidelitat dels habitants d'Osca a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, per la ciutat d'Osca i tot el regne d'Aragó, salvat la fidelitat al rei Ramir II i a la seva filla.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 76 (*olim* arm. 19 Osca, sac G, núm. 118), 142 × 132 mm. Bon estat de conservació.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 258.

Iuro ego[1] tibi Raimundo Berengarii, comiti Barchinonensi, quod de ista ora in antea fidelis ero tibi de vita tua et de cor-

pore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent, per fidem, sine engan. Et fidelis ero tibi de ipsa civitate de Oscha et de omni regno Aragonensi, quod nec ego illud tibi tollam nec inde tollam, nec homo nec femina per meum consilium vel assentimentum. Et ero tibi fidelis[2] adiutor contra omnes homines et feminas, per fidem, sine engan, salva fidelitate regis Ranmiri et filię suę. Sicut superius scriptum est ita tenebo et atendam per Deum et hec sancta IIII evangelia.

Hoc iuramentum fecerunt omnes burgenses oscenses Raimundo, comiti Barchinonensi, ex precepto regis Ranmiri, in sede Oschensi, super altare sancti Egidii et super IIII Evangelia, VIIII kalendas septembris, anno M C XXXVII ab Incarnacione Domini.

1. *Segueix un espai en blanc d'aproximadament deu lletres per a posar-hi el nom corresponent*. 2. *Segueix* ero fidelis, *sense cancel·lar*.

724

1137, agost, 28

Encomanament. *Guillem Dalmau, Berenguer Bermon i Arnau Camperol encomanen a Berenguer Ramon i a la seva esposa el castell de Montargull i li donen el feu que pertany al castell i la meitat de la dècima. Berenguer Ramon promet que serà home fidel i soliu seu.*

A ACA, Cancelleria, pergs. de Ramon Berenguer IV, núm. 77 (*olim* arm. 23 Templers, sac A, núm. 63), 115 × 183 mm. Bon estat de conservació.

a SANS I TRAVÉ, *Col·lecció diplomàtica*, núm. 31, pp. 106-107.

Hec est convenientia que est facta inter Guielm Dalmad et Berenger Bermon et Arnad Camperol, que fa[ciunt] a Berenger Ramon de Munt Ergul. Comendamus nos supradicti, ego Guielmi Dalmad et Berenger Bermon et Arnad, a tu Berenger Ramon et ad uxor tua castrum de Munt Ergul et donamus ipsum fevum de ipsum castrum que pertinet. Et donamus nobis medietatem de ipsum decimum extra nostras dominicaturas et ballos et medietate de lexivos de ipsos que nos non potuimus stabilire et tota ipsa civada. Et si per servicium de ipsum castrum perdes cavallum, nos tibi emendamus. Et ego Berenger Ramon et mulier mea convenit vobis, Guielmus Dalmad et Berenger Bremon[1] et Arnad Campirol,[2] ut sia vobis solidus per fidem, sine engan; et condrega Mont Ergul ab lombard que donent ipsos heredes et defenda ipsum castrum levant ipsos aguaits; et faciat vobis hostes et II asinos, que ipsum

heredem prestet, et corts et pleits et seguis. Et ipsa honor tota que nos abemus vel in antea acaptarem per suum consilium adiuvet nos ad defendere et a tenere ves totos homines vel feminas; et donamus tibi stacament de ipsos homines. Post mortem Berenger Ramon, laxo ad mulier mea, in vita sua, et ad filium meum; et ista mulier non prena marid fora chel que·ls heredes de Munt Ergul donunt. Post mortem meam vel uxor mea, remanet ad filium meum ipsum a cui ego dubitavero.

Facto isto translactio IIII kalendas septembris, anno XXX regnante Ledovico rege.

Sig+num Bermon, Sig+num Guillem Dalmad, Sig+num Arnad, qui ista convenientia scribere fecerunt et testes firmare rogavimus.

Sig+num Berenger R[amon] de la Guardia. Sig+num Ramon Guillem. Sig+num Alarig.

Raimundus presbiter, qui hoc scripsit translactio die et anno quod *(signum)* supra.

1. m *corregeix un traç anterior.* 2. i, *afegida a la interlínia, corregeix o.*

725

1137, novembre, 13. Saragossa

Convinença. *Ramir II, rei d'Aragó, renuncia a favor de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, a tot allò que s'havia retingut en la carta de donació que li havia fet de la seva filla amb tota la seva honor, amb la condició que ho tingui al seu servei i fidelitat.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 85 (*olim* arm. 17 Aragó, sac A, núm. 206), 167 × 274 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia de la segona meitat del segle XII, coetània de l'anterior. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 85 dupl. (*olim* arm. 17 Aragó, sac A, núm. 207), 149 × 217 mm. Bon estat de conservació.

Omnibus est manifestum quod ego Ranimirus, Dei gratia rex Aragonensis, dedi filiam meam Raimundo, comiti Barchinonensi, simul[1] cum omni regni mei honore. Nunc ergo, spontanea voluntate ac firmo cordis affectu, volo, precor et mando cunctos homines meos, milites scilicet clericos ac pedites, quatenus castra et municiones sive alios omnes honores, ita per eundem Raimundum comitem deincebs teneant et habeant sicut per regem debent tenere

et habere et ei tanquam regi in omnibus sub continua fidelitate obediant. Et ut in hoc nullum ocasionis vel pessimę[2] machinacionis ingenium ab aliquo possit intelligi, totum ei dimito, dono atque concedo quiquid retinueram in ipsa alia carta donacionis regni quam ei antea feceram cum filiam meam ei dedissem. Supradicta quoque omnia ego Ranimirus, Aragonensium rex, dono et firmiter laudo prephato Raimundo, comiti Barchinonensi, ut hec que illi presencialiter dono et omnia alia que habebat, semper habeat ad servicium meum et fidelitatem omni tempore.

Quod est actum insuper Saragoza,[3] idus novembris, in presencia multorum nobilium hominum regni Aragonensis inibi asistencium, anno Dominice Incarnacionis C^mo^ XXX^mo^ VII^mo^[4] pot millesimum, era millessima[5] C LXXV.

Supradicta omnia illi dono et firmiter laudo sicut melius unquam habuit[6] fratrer meus Andefonsus[7] et habeat ea omnia[8] ad fidelitatem meam omni tempore.

Signum regis *(crismó)* Ranimiri*.[9]

Signum+ Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit domini regis precepto.

1. simul *omet* C. 2. pessime C. 3. Zaragoza C. 4. CXXXVII C. 5. M C. 6. unquam ea habuit C. 7. Adefonssus C. 8. et habeat ea omnia *omet* C. 9. Signum regis Ranimiri (*crismó*) C.

726

1137, novembre, 19

Donació. *Ramon Renard, la seva esposa Solestenda i el seu fill Ramon donen a Santa Maria de l'Estany, per després de la seva mort, la seva part del castell de Muntanyola, amb la dominicatura i els drets que hi tenen, i el mas de Llobet, amb la condició que, si no ho han pogut fer ells abans, el monestir desempenyori el castell.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 78, 213 × 421 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET i SISÓ, *Les monedes,* I, p. 65. — SHIDELER, *Els Montcada,* p. 176.

Res ęcclesiarum sicut a sanctis patribus traditur oblationes sunt fidelium precia peccatorum patrimonia pauperum. Quapropter, in Dei nomine, ego Raimundus Rernardi et uxor mea Solastendis et filius meus Raimundus, ob peccatorum nostrorum et parentum nostrorum veniam consequendam et cęlestis patrię gaudia promerenda, damus domino Deo et ecclesię Sanctę Marię

de Stagno et clericis nunc et in perpetuum ibi Deo servientibus, in manu domni Guillelmi, prioris eiusdem loci, nostrum directum et hereditatem et vocem ipsius chastri de Montaneola et nostram dominicaturam quam ibi habemus vel habere debemus per omnes voces, cum alodiis et fevis et militibus qui eos per nos tenent, cum terminis et affrontationibus, domibus, terris et vineis, cultis et incultis, in prono et in plano, cum boscis et garricis et rochis, pratis et pascuis, cum baiuliis et senioraticis et dominationibus universis, cum hominibus et mansis in quibus habitant, cum serviciis et usaticis, cum aquis et aquarum meatibus, cum vieductibus et reductibus, simul cum omnibus quę ad eundem chastrum pertinent vel pertinere debent. Et sicut nos ibi melius habemus vel habere debemus per omnes voces, sic damus domino Deo et iamdictę ecclesię Sanctę Marię, post obitum nostrum. Advenerunt autem mihi, Raimundo Renardi, et filio meo Raimundo prescripta omnia per vocem et per hereditatem Renardi Guillelmi patris mei et per donationem avunculi mei Bernardi Guillelmi, Barchinonensis ęcclesię archidiachoni. Per istorum vero amborum vocem, scilicet patris mei et avunculi mei, debemus habere in prescripto chastro et in omnibus eius terminis et pertinentiis duas partes, unam per patris mei hereditatem et aliam per iamdicti avunculi mei donationem, quas duas partes olim potenter et integriter ibi multo tempore habuimus et tenuimus. Et sicut nunc tenemus et unquam melius tenuimus et habuimus et possedimus, sic damus domino Deo et iamdictę ecclesię Sanctę Marię et eius clericis. Ac de nostro iure in ius et dominium omnipotentis Dei et iamdictę ecclesię Sanctę Marię post obitum nostrum tradimus, secure et quiete perpetuo possidendum omni tempore, ad suum proprium plenissimum alodium. Modo vero per tenedonem tocius prescriptę donationis damus domino Deo et iamdictę ecclesię Sanctę Marię mansum[1] Lobeth cum suis pertinentiis et hominiaticum chastlani eiusdem chastri, quem comendamus ad hominem iamdicto Guillelmo priori, salva nostra fidelitate tantum in vita nostra. Sicut superius scriptum est et ut dici vel intelligi melius potest, sic damus domino Deo et sepedictę ecclesię Sanctę Marię post obitum nostrum; et mandamus ipsi chastlano ut habeat et teneat iamdictum chastrum de Montaneola post obitum nostrum per prescriptam ęcclesiam Sanctę Marię et per suos clericos, sicut per nos et per antecessores nostros tenuit et habuit. Si autem nos in Iherosolimitanis partibus remanserimus aut proprium relinquerimus aut si in vita nostra eum nos non redimerimus, prior et clerici iamdicti loci

Sanctę Marię redimant prenominatum chastrum de Montaneola C moabitinos marinos de potestate Bernardi de Duobus Rivis et recuperent ipsam cartam et teneant et possideant prescriptum chastrum cum suis pertinentiis per suum proprium alodium sicut superius est scriptum. Si vero nos ipsum pignus redimerimus, simili modo, post obitum nostrum, sicut superius est scriptum, sit proprium alodium iamdictę ecclesię Sanctę Marię. Persona vero quę contra hanc nostrę donationis scripturam ad infringendum venire presumpserit, nullatenus facere possit, sed tandiu anathematis vinculo subiaceat donec ut reus sacrilegii canonice satisfaciat; et supradicta in consimili loco insuper iamdictę ecclesię Sanctę Marię de Stagno in quadruplum restituat. Et insuper hęc presens nostrę donationis scriptura perhenniter maneat firma.

Quę est acta XIII kalendas decembris, anno ab Incarnatione Dominica C° XXX° VII° post millesimum.

Sig+num Raimundi Renardi, Sig+num Solastendi feminę, Sig+num Raimundi de Rocha, nos qui hanc donationis cartam scribere iussimus, laudando firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Martini Orucię, Sig+num Bernardi de Castello Odulino, Sig+num Renardi de Rocha, Sig+num Poncii Bernardi Rossel, Sig+num Petri Samuelis, Sig+num Petri Bertrandi de Bello Loco, Sig+num Sancię uxoris eius, filię iamdicti Raimundi Renardi, qui hoc laudamus et confirmamus. Sig+num Reamballi, filii eiusdem Sancię, Sig+num[2] Guillelmi, Sig+num Raimundi, Sig+num Bertrandi, isti sunt filii iamdicti Petri Bertrandi et Sancię uxoris eius. Sig+num Bremundi Mironis de Duobus Rivis, Sig+num Bernardi de Duobus Rivis, qui hoc laudamus et confirmamus. Sig+num Bermonel*.

+ Raimundus*, Dei gratia Ausonensis episcopus.[3]

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Segueix un espai en blanc d'aproximadament nou lletres.* 2. *Manquen els punts a la signatura.* 3. *La signatura del bisbe ausonenc apareix en el text després de la del rogatari.*

727

1137, desembre, 27

Establiment. *Arnau de Bedós, mestre del Temple, estableix a Pere Guillem de Llobera, a la seva esposa Pereta i als seus fills l'alou que té*

*al costat de l'església de Sant Martí d'*ipsa Strada*, a Sant Sadurní de Collsabadell, a cens del cinquè per la part situada per sobre del camí i de la tasca per la part de sota el camí, així com un parell de capons per Nadal. Es paguen vint morabatins en concepte d'entrada. S'acorda que els emfiteutes resideixin en el lloc i que l'alou tornarà a l'orde si moren sense descendència. Acorden, també, que si se'ls tornen els vint morabatins de l'entrada hauran de lliurar a l'orde la cinquena part de l'alou.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat de l'11 d'octubre de 1250. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 79, 273 × 249 mm. Bon estat de conservació.

Sub[1] Trinitatis nomine sa[n]cto.[2] Ego Arnaldus de Bidociis, servus et baiulus et magister milicie Templi Salomonis, cum assensu et voluntate fratrum nostrorum, donamus vobis Petro Guillelmi de ipsa Lobera et uxori tue Perete, et filiis tuis qui de te in illa procreati fuerint, alodium nostrum quod habemus circa ecclesiam Sancti Martini de ipsa Stradam, in parrochia Sancti Saturnini de Colo de Sabadel. Tali tenore ut de omni alodio quod habemus super stratam donetis nobis et nostrisque successoribus, semper, fideliter, V^am^ partem; de illo vero alodio quod habemus subtus stratam donetis nobis et nostris, semper, fideliter, ipsam tascham. Et pro hoc dono subteriori accepimus a te XX moabitinos in auro. Si autem contingerit nobis vel successoribus nostris reddere vobis prefatos moabatinos, tunc deinceps[3] donetis nobis V^am^ partem de ipso alodio subteriori sicut de superiori. Sub tali etiam convenientia hoc donum vobis fascimus ut semper tu, cum uxore tua et familia, ibi maneas in pace et sine gerra et donetis nobis pro censu propter ipsas domos parilium unum caponum in Natale Domini; et non liceat vobis ibi alium seniorem facere vel proclamare ad nostrum dampnum nisi tantum nos et succesores nostros. Si autem, quod absit, vos sine infante legitimo ad hoc seculo discesseris, omnis adqisisio quam de nobis facitis, cum omnibus edificiis et melioracionibus quas ibi facturi estis, remaneat prephate milicie Templi et pauperibus ibi Deo servientibus. In perscripto[4] nostro alodio sitis semper stantes in pace et sine gerra ad servicium nostrum et Dei; quod si inde gerram feceritis et ibi vos vel filii vestri non stabitis in pace, secure et libere absque ulla contrarietate, vobis et vestris in egressibus perscriptum[5] alodium revertatur ad nos vel ad nostros successores ad nostram voluntatem. Si quid ex utraque parte hoc alteri fregerit, habeat in dampnum L morabatinorum. Et insuper hoc donum semper maneat firmum.

Actum est hoc sexto kalendas ianuarii, anno ab Incarnatione Dominica CXXXVII post millesimum.

Sig+num Arnaldi de Bidociis, Sig+num Geraldi de Nochura, Sig+num Petri de Arham fratris, Sig+num R[aimundi] de la Rocha, Sig+num Raimundi de Subiradis, Sig+num Berengarii de ipsa Ruvira, Signum+ Guillelmi de Avures fratris, nos fratres qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Petri de ipsa Lobera, qui hoc laudo et firmo. Et si fratres iamdicte milicie in vita mea non redderint mihi iamdictos XX morabatinos, post hobitum nostrum illos sepedictos XX morabatinos dimito eidem milicie pro anima mea; et post hobitum meum infantes meos teneant et habeant prephatum campum subteriorem sicut superiorem ad quintum omni tempore per seniores eiusdem milicie.

Guillelmos[6] Raimundi, sacer. Signum+ Petri, baiuli.

Sig+num Petri, presbiteris, cum literis emendatis, qui hoc scripsit, ubi dixit *caponum* et cum versu addito, die et anno quo supra.[7]

1. B *comença:* Hoc est translatum a qodam instrumento fideliter sumtum cuius series talis est. 2. *Manca.* 3. p *corregeix* b. 4. *En lloc de* prescripto. 5. *En lloc de* prescriptum. 6. *En lloc de* Guillelmus *al text*. 7. B *acaba:* Sig+num Bernardi de Campo Sintillis, presbiteri. Sig+num Arnaldi de Alodio, presbiteri. Sig+num Iacobi de Roviradech, notarii publici ville de Calidis pro ebdomedariis, qui hoc translatum fideliter scribi fecit et clausit V° idus octobris, anno Domini M° CC° quinquagesimo.

728

[1137]

Jurament de fidelitat. *Relació dels aragonesos que juraren fidelitat a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 27 (*olim* arm. 17 Aragó, sac C, núm. 330), 440 × 225 mm. Bon estat de conservació.
a *CODOIN*, doc. CLIX.

Hic sunt nomina illorum scripta qui iurando fecerunt hominium et fidelitatem Raimundo, comiti Barchinonensi, in regno Aragonensi, de Iacha scilicet et de aliis castris Aragonis.

In primis, de Iacha fecerunt hominium et sacramentum: Peregrinus d·Atrussil, Calvet, filius Galin Dat, Bernad Andreu, Ponc Andreu, Costantini Sancti Antuli, Guillelmus de Forches, Petrus Richer, Nadal, Arnallus, filius Galiciani, Guillelmus Beli, Lanbert,

Iohan de Meitad, Bartolomeu de Chahorc,[1] Peitavi Mercer, Banc Fortunons, Magnet, Bernad de Ban, Garner, Pere de Madel, Iorda de Gali Dat, Bernad de Tarba,[2] Alaman Sancti Antuli, Pere de Forches, Ermengo Det, Geral de Chaorc, Ramon de Fortsanc, Bernad Quarter, Guillem Belabarba, Pere Beli, Pere Bonet, Guillem Barrau, Arnal Eschasset, Pere Grass, Selvan, Marti Domeng, Ebrard, Garcia de Porta, Beceli, Palai, Galito, Ponc de Camp Franc, Domeneg de Madel, Guillem Assota, Pere Ramon, moneder, Ramon de Terrachona, Pere Assiu, Tebal Pelicer, Pere Giral, Bofil, Guillem de Pampalona, Bernad Celesti, Furtun de Madel, Ramon Mercer, Ramon de Carrio, Guillem Benassis, Bonet Estable, Arnal Ferrer, Esteva Mercer, Garsio Texener, Andres, Arbert Cabater, Pere Maiorges, Berard, Muza de Caorc, Aimerig Mercer, Allbert Pelicer, Vidal de Liurada, Iovan Long, Ez de Befoneria, Ponc Ferrer, Pere Bru, Bernad de Muli, Garsio Cabater, Pere de Ruphet, Sanc Guillem, pelicer, Garsia Sanc de Esa, Bernad Miroela, Sanc Galinc Alhaiat, Garsio de Baseia, Guillem Garsia, Guillem de Sanc, sacerdot, Gilabert Cabater, Vidal Cabater, Pere Choia. Elias de Peragus, Bonet Carter, Sanc de Burg Nou, Bru Cabater, Pere Bernad, Guillem Iovan, Arnall, filius Sanc Habic, Bonet Beli, Iovan Radolf, Lucad, Ioies Cabater, Osmo Cabater, Rogger Cabater, Pere Lanbert, Arnal Calvet. Bonet Alleger, Guillem Paniner, Pere Trentalabres, Guillem Blanc, Bru d·Oreci, Guillem Trosseler, Ramon Colteler, Arnal Vestid, Pere Alleger, Iovan Richarc, Bernad Malvestid, Guillem de Camp Franc, Duran de Morlans, Arnal Cabater, Guillem Arnal, Ug Cabater, Deussalvet, Sanc d·Agossa, Calvet Ferrer, Ramon Costanti, Christia Madeler, Vidal, filius Dominici, Marti Bataia, Iovan de Gorra, Constanti Ferrer,[3] Pere d·Orchau, Ramon Picho, Perola, Furtun Dates, Bonet Arnolf, Marti Osmon, Francesc Cabater, Chastan Dates, Bonet Formes, Marti Cabater, Baro Muliner, Sanc Pelicer, Bertran Cabater, Bernad de Oscha, Constanti de Burgs, Ubert, Borrel, Bru Camiador, Iocbert de Chaorc, Bernad Gocelm, Bernad Ross, Guillem Richer, Ramon de Todela, Guillem Burg Nou, Galicia, Sanc Cabater de Tolosa, Vidal Cabater, Guillem Flotes, Steve de Chaorc, Pere d·Aissa, Ramon de Condom, Renall de Partanai, Ponc Barba, Garsio de Morlans, Pere Archimbal, Ramon de Forches, Iovan Fabre, Geral Ross.[4] Bernard Umball, Vidal Ferrer, Armengod Cabater, Forester, Enego Duran, Garsia Madeler, Iofre Seler, Gocelm de Montpestler, Ponc Esteve de Iacha, Bertran filius eius, Steva Carpenter, Guillem de Iacha, Gocelm de Iacha, Guillem Bocha, Pere de Toronia, Grasset,

Esteve de Aver, Elies Forner, Calvet Madeler, Garsia Tascher, Sanc Curador, Petito, Simon, Iovan Duran, Gali de Madel, Folco de Treies, Aner de Forces.

Assotani: abbas Blasc, Blasc Oriol, Enego Blasc, Garci Arcec, Furtun Acenarc, Alchal, Garcia Sanc de Fau, Sanxo Fort, Bitarnall, Forts, Monxo, Beliarrala, Garcia Tonoxoa, Oriol Arraia.

De Bardaisa: Galino Baions, Maiaio, Sanx Acenarc, Garcia Dat, Garcia Cenarc, Xemeno Garcians, Garcia Riol, Garcia Blasc.

De Siroesa:[5] Gali, prior, Oliver, Saxo Vorra, Salvo, Iovans, Dat Enecons, Garsia, Furtun, Blascho, Navarro.

De Vila Nova: Lup Garcec, Ariol,[6] San Sanc, Xeme Lobec, Acenar, Bonet, Benet, Furtun[7] Lobec.

De Aruxo: Neco Blasc, Eneco Necons, Gali Garcec. Acenar Blasc, Enego, Gali Sanc, Anaiola, Ramon, Galvan.

D·Aratores: Garcia Sanc, Banc Adogar, Arnal Oriol de Vergossa, Gali Garcec de Vergossa, Gali de Vergossa, Sanxo de Castelo, Blasc Varcec, Garcia Dat, Garcia Xemenons, Garcia Blasc, Sanxo Arcec, Sanxo Arcec de Sancto Martino, Garcia Necons d·Aratoressa, Ato de Vergossa, San Xemenons, Acenar Galinc de Vergossa, Xome Acenar de Vergossa. Gali Marti de Vergo[ssa], Blasc Arcec de Veschoss, Sanxo de Arox, Mucartica de Usa, Enec Acenarc de Darag, Eneg Xemenons d·Aratores, Blasc Varcec de Castel, Garcia Sentar d·Osse, Sanx Enecons de Veschoss, Oriol de Vila Noela, Sanx Acut, Sanx Oriol de Vila Noela, Petrus filius eius, Albaro de Vila Nova, Mir de Vila Nova, Arnal de Vila Nova.

De Acin: Acenar, Enec Acenarc, San Garcec de Canalela, Acenarcec de Castel, Enec Oriol de Vila Noela, Acenar de Vergossa, Sanxo de Sires, Sanxo de Castelo, Enec Arcec de Rossa, Francho de Castelo, Gali de Rossa, Petro d·Acin, Garci Acenarc de Rossa.

Uncastel: Alchal, Enego Mic, San Sanx, Daniel, San Iacivel, Petro Garcec, Eneg Xemenons, San Fertinons, Iovan Garcec, Petro Enegons, Garcia Orbita, Enec Arcec, Furtun Balast, Garcia Fertunons, San Fertinons, Iovan Sanc, Garcia Sanc, Iovan Fertinons, Iovan Cornei, Garcia Sanc, Almorabid, San Garcec, Garcia Canuto, Iovan de Certan, Eneg Fertunons, Fertun Lop, Petro Fertinons, Cantador, Garci Acec, Iovan Oriol, Furtun Biel, Garcia Fertinons, Guillem Arnal, Ciprianus, Guillem de Samata, Garci Acec de Bel, Furtu Enecons.

Aoer: Enec Arcec, Alcal, Garcia Linic, Marti Garcec, Gali Acenarc, Garcia Necons de Comaire, Eneg Lobic de Liso, Garcia

Sanc, filius Sanciac, Xeme Bacons, Garci Acec menestral, Petro, filio Enego, Sanxo Barcec d·Argileva, Pero Lobec, Sanx Oriol, Pedro Acenar, Pedro Sanc filius de Carnerer, Eneg Alinic de Cimel, Gali Sanc, fil de San Sanc, Blasc Arcec, Garcia Necons, nepos eius, Eneco Necons de Romarux, Garcia Necons Bronx, Furtun Garcec Paracol,[8] Enec Arcec de Rump Sacs, Xeme Galons, Banc Acenarc, Sanc Galinic, Garci Acec de Nan, Eneg Fertinons, Furtu Xemenons.

Lusia: Pardo, Alchal, Pedro Sanc, Garcia Lobec, Bonet, Assiu, Furtun Sanc, Garcia Necons, Enec Sanc, Camanol, Pedro Sanc, Iovan Enecons, Furtun Sanc, Bonet Cabater, Saxo Arcec Iovan, Garcia Sanc.

Morel: abbas Gali, Gali Acenarc, Lop Enegons, Gali Dat, Lop Lobec, Bitanan, Gali Necons, Garci Acenarc, Xeme Sanc, Eneg Xemenos, Gali Garcec, Furtun Fertunons, Gali Sanc, Garci Acec, Garsia Sanc, Garcia Bacons, Gali Garcec, Enec Necons, Enec Acenarc, Garcia Fertinons, Eneg Sanc, Eneg Fertunons, Garcia Fertunons, Garcia Fertunons alter, Eneg Fertunons, Garci Acec, Petro Galinic, Iovans, Sanxo Arcec, Garcia Sanc, Furtun Dat,[9] Salvador, Eneg Lobec, Sanxo, Pedro Arcec, Gali Iovan, Garcia Fertinons, Enec Ariol, Pedro Arcec, Garcia Sanc, Eneg Xemenons, Donat, Garcia Fertinons,[10] Lop Enegons, Pedro Lobec, Sanx Enegons, Gali Enegons, Banc Enegons, Furtun Garcec, Acenar Fertunons.

Biel: Alchal, Galegons, Eneg Sanc, Garci Ardonic, San Fertunons, Garcia Necons, Garci Arcec,[11] Furtu Galinc, Sanxo Bacons, Garcia Sanc, At Acenarc, Fertu Iovans, Galino Bacons, Ariol, Anaia, Eneco Necons, Sanxo Ferrero, Sanxo Galinic, Ato Garcec, Lop Enegons, Enego Necons, Oriol, Eneg Sanc, Fertuno, San Sanc, Garcia Necons, Enec Acenarc, Munter, Albaro, Dato, Xeme, Garcia Fertunons, San Sanc, Acenarc Sanc.

1. *La segona* h *afegida a la interlínia.* 2. *La segona* a *afegida a la interlínia.* 3. *La darrera* r *afegida a la interlínia.* 4. *Segueix* Fabre, *ratllat, i* Ross, *afegit a la interlínia.* 5. e *afegida a la interlínia.* 6. r *afegida a la interlínia.* 7. *Segueix* Dat, *ratllat.* 8. col *afegit a la interlínia.* 9. Dat *afegit a la interlínia.* 10. s *afegida a la interlínia.* 11. r *afegida a la interlínia.*

729

[1117-1137]

Testament. *Bernat Bernat atorga testament. Fa deixes a diverses institucions religioses i divideix els seus béns entre els seus fills Berenguer, Pere i Arnau.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, carp. 359, núm. 3232, 160 × 197 mm. Bon estat de conservació.

Datem pels anys en què Oleguer va ser alhora bisbe de Barcelona i arquebisbe de Tarragona, la qual cosa explica la menció d'arquebisbe de Barcelona al text.

Quoniam legi talis conditionis debitum nemo valet evadere mortalium. Quapropter, in Dei nomine, ego Bernardus Bernardi, letali metu perteritus, cupiens sub[s]tancias[1] meas disponere post occasum mortis męę, institui manumissores facultatum mearum, scilicet Petrum Bernardi et Poncium Guitardi meamque coniugem, precipiens eis ut sicut hoc testamentum fuerit hic a me hordinatum ita perhenniter obtineat firmum nullisque temporibus in aliquo convellendum. Precipio quoque vobis iamdictis helemosinariis meis ut si me mori contigerit antequam alium testamentum faciam, secundum potestatem a me vobis traditam distribuite res meas et hordinate possesiones meas et ita adimplete hanc meam ultimam[2] volumptatem quemadmodum ego ingungo in hoc testamento. Primum namque dimitto ad cenobium Sancti Sebastiani kavallum meum apud corpus meum ibi sepieliendum. Item concedo ad kanonicam Sancte Crucis Sancteque Eulalie morabitinos[3] II; et ad archiepiscopum eiusdem sedis morabitinos III. Et ad Sanctam Mariam de Pug I. Inter Sanctum Michaelem Olerdule et Sanctam Margaritam, I per missas. Concedo ad dedicationem ecclesie Sancti Salvatoris sestario I ordei, mancusos II per missas. Concedo Sancte Marie Celsone mancusos II; Sancti[4] Cucuphatis cenobio, mancusos duos. Prechor primum ut siant solutos meos debitos in comune. Dimitto ad[5] Berengarium, filium deum, ipsam turrem cum ipso solario et medietatem de ipso cortal intus et foris aput medietatem de ipsa cudina; et ipsum alodium quomodo vadit ipsa strada ad ecclesiam Sancti Salvatoris et de alia parte quomodo vadit ipsa strada a Savarigas cum ipsa maiola que iuxta est torrentem et cum ipsa albareda sive cum ipsis casalibus et ortis et aquis et cum ommibus[6] arboribus. Et dimitto inter Petrum et Arnallum, filios meos, omnes alias domos, preter ipsas Berengarii, et omne alium alodium quod habeo in terminium[7] Olerdule;[8] et medietatem de ipsa Taiada aput medietatem de ipsa pariliata de Mar Morta et cum duobus ferragenalis de Galifa et cum alodio de ipsa Olmeda, quod dedit mihi mater mea[9] in presenciarum Arnalli Sendredi et Petri Bernardi, fratris mei. Item dimito ad Berengarium, filium meum, pullinum unum kavallinum aput medietatem de omnibus vasis que habeo; et aliam medietatem inter Petrum et Arnallum. Concedo ad coniuge meam hoc totum quod habeo vel abere de-

beo usque ad terminum XII[cim] annorum, sine blandimentum ullius ominis vel femine. Peractis XII annis, habeat Berengarius suam hereditatem et mulier meam habeat hereditatem Petri et Arnalli in diebus vite sue et tenead illam hereditatem cum filiis suis Petro et Arnallo sine blandimentum ullius ominis vel femine. Et mulier mea teneat matrem meam sicut bonam feminam debet manere. Quisquis vero ex his[10] tribus filiis meis primus oberit sine infante de legitimo coniugio, revertar suam hereditas ad alios qui erunt vivi.

1. *Manca*. 2. uultimam *al text*. 3. *La segona* i *corregeix* a. 4. i *corregeix* e. 5. ad *afegit a la interlínia*. 6. *En lloc d'*omnibus. 7. u *corregeix* o. 8. *Segueix* et kastri, *ratllat*. 9. *Segueix* propter ipsum, *ratllat*. 10. h *afegida a la interlínia*.

730

[1133-1137]

Sentència. *Oleguer, arquebisbe de Tarragona, i Ramon Gausfred, bisbe de Vic, dirimeixen els greuges de Ramon Bernat, clergue, i Pere Ricard contra Arnau Pere i la reclamació d'aquest sobre part de l'herència dels esposos Ramon Bernat i Ermengarda.*

A [Original no localitzat.]

B Copia del darrer quart del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, carp. 360, núm. 3257 (*olim* arm. 1 Catalunya, sac A, núm. 212), 153 × 212 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 84.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 171.

Datem per l'any del darrer document conegut d'Ermengarda i el de la mort de l'arquebisbe Oleguer.

De causa quam Raimundus Bernardi, clericus, et P[etrus] Ricardi et A[rnallus] Petri habebant inter se. Electi super hoc iudices O[legarius], Terrachonensis archiepiscopus, et R[aimundus], Ausonensis ępiscopus, discussis utriusque partis rationibus et scripturis, iudicaverunt ut si A[rnallus] Petri probare posset per ydoneos testes quod se fatigasset in eis de directo quicquid mali eis fecit extra trevam, ipsi in pace se deportarent. Quod autem per trevam eis fecisset malum, emendaret in duplum et Sedi satisfaceret. Quod si in probatione defficeret, expiarent se per sacramentum Raimundus, sicut clericus, et P[etrus], sicut miles, de predicto fatigamento et A[rnallus], si hoc facere possent, emendaret eis etiam ipsum malum quod fecerat eis extra trevam. De hereditate vero ipsa,[1] iudicaverunt ut voluntas Bernardi Raimundi que scripta fuit in testamento et iurata in iudicio, inviolata maneat et perficiatur

de omnibus directis suis. Voluntas vero Ermeniardis[2] mutare potuit ab ipsa et ideo quicquid per scripturam donationis sue dedit Raimundo sive vendidit filie sue Ermesendi stabile ęssę debeat de rebus sibi debitis et legaliter concessis. Iudicaverunt ętiam quod R[aimundus] Bernardi nullam baiuliam habuit super A[rnallo] vel res[3] eius quandiu ipsa Ermeniardis vixit, ad quam pertinebat posses[ionem] rerum suarum et rerum viri sui sine blandimento ullius hominis, presertim cum ipse R[aimundus] nichil ibi habeat nisi cum ea. Ipsa vero mortua, si retinuit ipse R[aimundus] Arnallo debitam hereditatem et noluit eam illi reddere[4] postquam illam ab ipso ut sibi redderet requisivit, omnes quos inde habuit fructus ei in integrum restituat.

1. a *corregeix* e. 2. *Segueix un espai de 28 mm, raspat.* 3. s *afegida a la interlínia.* 4. *Segueix* t, *raspada.*

731

1138, [c. març, 5]

Convinença. *Ponç Hug I, comte d'Empúries, promet a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, esmenar els fets pels quals havia estat acusat de trencament de la fidelitat i de la treva.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 80 quadrupl. (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Damàs, núm. 120), 255 × 344 mm. Bon estat de conservació.

C Trasllat del 13 de desembre de 1274 fet per Pere Carbonell, notari de Barcelona. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 80 dupl. (olim arm. 4 Girona, sac N, núm. 671), 237 × 380 mm. Bon estat de conservació.

Anno[1] dominicę Incarnacionis centesimo trigesimo septimo post millesimum, facta est pax et concordia inter Raimundum, comitem Barchinonensem, et Poncium Ugonis, comitem Impuritanensem, de fidei et sacramenti transgressione et de fractione treguę quam ipse Poncius Ugonis prephato Barchinonensi comiti fecerat et suis sub hominio et fidelitate de quibus sibi directum facere non valebat. Unde primitus iamdictus Poncius comes convenit prelibato comiti Barchinonensi fideliter servare et tenere illam diffinicionis et evacuacionis scripturam quam pater eius Ugo, Impuritanensis comes, Gerundensis ecclesię et eius episcopo et cannonicis fecit de ipso honore quem Gerundensis ęcclesia habet vel habere debet in Castilione vel in eius terminis. Et convenit eidem comiti cum utriusque sexus parrohechianis Castilionensis ęcclesię quod

Gerundensis ęcclesię preposito non impediant terras aliquo modo laborare[2] vel tenere sive mutare quandocumque vel cuicumque voluerit. Iterum convenit prescriptus Poncius comes iamdicto comiti Raimundo ut ipsam fortitudinem de Ponteiano quam vicecomes de Castro Novo facit vel fecerit absque sui contradictione, dicti vel facti vel ingenii, omni tempore dimitat in pace. De castello vero de Cersed et de eius honore, fiat inter filium Guillelmi Gaufredi et Arnallum Sancti Iohannis ac filios eius sicut Barchinonensis curia deliberaverit. Bernardo autem de Sancto Mauricio et fratri suo Guillelmo ita dimitat supradictus Poncius comes eorum honorem in pace, in Viladur et ubique, sicut eorum pater Guillelmus Poncii melius habebat et tenebat, cum Iherosolimam pro Dei amore perrexit. Raimundo namque Rodballi et fratri suo Petro de Urriols diffiniendo dimitit omne illud donum quod frater eorum Guillelmus Ortolani eis fecit in vita sua vel in suo testamento dimisit in parrohechia Sancti Saturnini de Garrigoles vel Sancti Cucuphatis de Alborns vel Sancti Stephani de Mariniano simul cum ipsa laxacione quam eorum mater Romanga eis fecit, salvo iure Ierundensis ęcclesię. Et absolvit ostaticos quos Dalmacius de Petra Taiada posuit in manu sua, pro[3] retinenda uxore sua, quam contra ecclesiam accipere nitebatur. De controversia autem que est inter Berengarium Renardi et Gaufredum fratrem eius de ipso honore Rochabertini, fiat inter eos secundum quod Barchinonensis curia per directum diiudicaverint, sine incompetenti dilacione. Honorem autem comitis Barchinonensis quem Poncius Ugonis per eum habet et Berengario de Terrades alienavit ad dampnum comitis, recuperet in dominium et habeat ad servicium comitis. Gerallus quoque de Rupiano recuperet suum alodium de villare Sancti Mathei et Bernardus Guifredi suas decimas de Gauses et sit pax inter illos. Itemque convenit prephatus Poncius Ugonis iamdicto Raimundo comiti quod non faciat fortitudinem aliquam neque castellum sive municionem in toto episcopatu Gerundensi vel Rossilionensi sicut prephatę sedes crisma[4] distribuunt, sine amicabili licenciam comitis Barchinonensis. Iterum convenit sepedictus Poncius comes prenominato Raimundo comiti, omni calliditatis occasione remota, quod ab hodierna die et deincebs per Barchinonensem comitem teneat pacem et faciat iusticiam Gerundensi scilicet ęcclesię et omnibus ad eandem pertinentibus et universis aliis hominibus et ubique. Si quas autem querimonias de Raimundo de Torreies vel de villa Petralata vel de eius hominibus presentibus abitatoribus vel futuris, hucusque ego Poncius Ugonis[5] habui vel feci aliqua occasione vel racione,

quia michi iudicatum fuit per directum in curia Barchinonensi alio preterito tempore, diffinio, evacuo et derelinquo omnibus modis sine ullo retentu et, ne ulterius querelari possit, perpetuum silencium impono. Bernardo Adalberti de Campman et filiis suis totum suum honorem ubicumque sit diffinio et derelinquo, sine aliquo malo ingenio. Novas autem leudas quas ego vel pater meus per mare vel terras addidimus transeuntibus diffinio et modis omnibus derelinquo. De castro autem Rochabertini et eius omni fortitudine, et de ipso de Rechesen et eius omni fortitudine, de castro Carmezo et eius omni[6] fortitudine, et de novo edificio montis Sancti Petri Rodensis et Sancti Salvatoris, et de ipsa mota Castilionis et de eius omni fortitudine, et de Vergens et de omni eius fortitudine, et de Fuxano ac de fortitudine eius, omni sit in voluntate predicti comitis Barchinonensis destruere, depopulari et funditus eradicare. Prephata autem omnia que superius scripta sunt, ego supradictus Poncius comes convenio sub hominio et fidelitate tibi Raimunde, senior meus, Barchinonensis comes, tenere, servare et implere tibi et per te omnibus qui superius sunt scripti et finem facere omnibus qui per te michi nocuerunt dicto vel facto. Et hoc totum faciam et atendam per fidem, sine engan.[7]

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter sumptum cuis tenor talis est. 2. ra *afegit a la interlínia.* 3. pro *afegit a la interlínia.* 4. *Segueix* crisma, *ratllat*. 5. Ugonis *afegit a la interlínia* C. 6. et de castro Carmenzo omni eius C. 7. C *acaba:* Sig(*senyal*)num Bernardi de Caderita, notarii Barchinone, pro teste subscribentis. Signum (*senyal*) Bernardi Veheyani, Barchinone notarii, pro teste subscribentis. Sig+num Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Sig+num Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter transcribi fecit et clausit et cum originali instrumento de verbo ad verbum fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in eo quam in originali invenit, cum litteris appositis in linea XII[a], idus decembris, anno Domini M° CC° LXX° quarto.

732

1138, març, 5

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, encomana a Ponç Hug I, comte d'Empúries, els castells de Ceret i de Molins amb els seus béns i drets. A canvi, Ponç Hug li fa homenatge de mans i li promet que li donarà la potestat d'aquests castells.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 80b (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 691), 477 × 364 mm. Bon estat de conservació malgrat alguns petits estrips, que no en dificulten la lectura.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 19.]
A Trasllat del 13 de desembre de 1274. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 80 tripl. b (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Damàs, núm. 108), 387 × 342 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'algunes taques d'humitat.
a *CODOIN*, IV, doc. XXIII (b).
b MIQUEL ROSELL, *Liber Feudorum,* II, doc. 527.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 244

Hec[1] est conveniencia que est facta inter Raimundum Berengarii, comitem Barchinonensem et Bisullunensem, et Poncium Ugonis, comitem Impuriensem. Comendat namque predictus comes Barchinonensis iamdicto comiti Impuritanensi ipsum castrum de Cerset et donat ei ipsos fevos qui ad ipsum castrum pertinent simul cum ipsa dominicatura quam habet in honore Guillelmi Gaufredi, in parrohechia de Cersed,[2] cum ipsis alberges de Terrads, ad fevum. Similiter comendat ei ipsum castrum de Molins et donat ei ipsos fevos qui ad ipsum castrum pertinent simul cum ipsis alberges quas ibi habent et quas habent in Figeres et in Buadela, similiter ad fevum. Propter hanc comendacionem et donum et propter illum honorem quem pater predicti Poncii tenuit per supradictum comitem, iamdictus Poncius comes est homo suus propriis manibus; et convenit ei ut donet ei potestatem de supradictis castris per quantas vices eum inde requisierint per se aut per suos nuncios vel nuncium, iratus aut pachatus, cum forfet et sine forfet; et non vetet se inde videri vel comoneri; et nuncius quem ei miserit, reguardum non habeat. Item convenit iamdictus Poncius comes prenominato Raimundo comiti ut de ista ora in antea fidelis adiutor sit ei de omni suo honore quem hodie habet vel in antea adquisierit in omnibus locis, contra cunctos homines vel feminas, tam christianos quam sarracenos, ad tenere, defendere, conquirere, et aprehendere; et[3] sequi illum per suum corpus sicut homo debet facere suo meliori seniori. Et si qua utriusque sexus persona tolleret aut tollere voluerit aut guerreiare, sit ei predictus Poncius comes fidelis adiutor, per fidem, sine engan, contra cunctos homines vel feminas.

Acta conveniencia III nonas marcii, anno Dominice Incarnacionis C XXX VII post millesimum regisque Ledovici I.

Sig+num Poncii comitis Impuriensis, qui hanc convenienciam fecit, laudavit et propria manu firmavit.[4]

Sig+num Bernardi Guillelmi de Mont Eschiu. Sig+num Raimundi Ademarii. Sig+num Raimundi Dalmacii. Sig+num Guillelmi de Gariga.[5] Sig+num Guillelmi Raimundi de Pau. Sig+num Artalli de

Midiniano. Sig+num Guillelmi Iofredi. Sig+num Reamballi. Sig+num Geralli de Rupiano. Sig+num Berenger de Lerc. Sig+num Petri de Torredela. Sig+num Guillelmi de Castelvi. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Signum+ Bernardi de Luciano. Signum+ Raimundi de Peralata.

Signum+ Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit superpositis literis in linea III.[6]

1. D *comença:* Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius series talis est. 2. in parrohechia de Cersed *afegit a la interlínia*. 3. et *afegit a la interlínia*. 4. *Manca la signatura del comte de Barcelona o bé hi hauria hagut un altre document paral·lel signat per aquest.* 5. a *afegida a la interlínia.* 6. D *acaba:* Sig(*senyal*)num Bernardi de Caderita, notarii Barchinone, pro teste subscribentis. Signum (*senyal*) Bernardi Veheyani, Barchinone notarii, pro teste subscribentis. Sig+num Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter transcribi fecit et clausit et cum originali instrumento de verbo ad verbum fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in eo quam in originali invenit, idus decembris, anno Domini Mº CCº LXXº quarto.

733

1138, març, 5

Pacificació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, i Ponç Hug I, comte d'Empúries, renuncien a les acusacions mútues de malfactures i de trencament de treves i fidelitats.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 80a (*olim* arm. 4 Girona, sac N, núm. 691), 477 × 364 mm. Bon estat de conservació malgrat alguns estrips.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 18.]

D Trasllat del 13 de desembre de 1274, ex *A*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 80 tripl. a (*olim* arm. 4 Girona, sac Sant Damàs, núm. 108), 387 × 342 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'algunes taques d'humitat.

a *CODOIN,* IV, doc. XXIII (a).

b MIQUEL ROSELL, *Liber Feudorum,* II, doc. 526.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 523. — BOTET i SISÓ, *Les monedes,* I, p. 139. — KOSTO, *Making agreements,* pp. 244, 257. — PELLA, *Historia,* p. 455. — SAGARRA, *Sigillografia catalana*, I, p. 40.

Anno[1] Dominice Incarnacionis millesimo centesimo trigesimo septimo post millesimum. Facta est spontanea pax et amicabilis concordia inter venerabilem Raimundum, Barchinonensem comitem, et Poncium Ugonis, Impuritanensem comitem, de controversiis et malefactis quam plurimis et de fractione treguę et pacis et fidelitatis, unde multocies conquerebantur ad invicem. Primum namque, su-

pradictus Poncius comes convenit prelibato domino suo Raimundo, comiti Barchinonensi, fideliter servare et tenere illam diffinicionis et evacuacionis scripturam quam pater eius Ugo, Impuritanensis comes, ęcclesię Gerundensi et eius episcopo et cannonicis fecit de ipso honore quem Gerundensis ęcclesia habet vel habere debet in Castilione vel in eius terminis. Et convenit eidem comiti cum utriusque sexus parrohechianis ęcclesię Castilionis quod Gerundensis ecclesię preposito non impediant terras aliquo modo laborare vel tenere sive mutare quandocumque vel cuicumque voluerit. Item convenit ei prephatus Poncius comes, assensu spontaneo et voluntaria disposicione, ut ex toto destruat, erradicet et depopuletur ipsum castrum de Charmezo. Et prephatus Barchinonensis comes convenit depopulari et funditus erradicare castrum Rochabertini sub prephata voluntaria disposicione et spontaneo assensu comitis Impuritanensis; et quod nulla occasione vel ingenio iamdictus Poncius comes contra prephatum comitem tristetur Barchinonensem pro prephatorum castrorum ruina; et quod ulterius castra prephata a Poncio comite iamdicto vel ab aliquo, suo consilio vel ingenio, nullatenus reedificentur sine prephati comitis[2] Barchinonensis voluntaria permissione. Inter Raimundum autem de Petra Lata et fratrem eius Eimericum ac Poncium comitem prelibatum fiat pax sine engan et firma; et faciant ei hominium et distringant ipsam monetam in Petra Lata et habeant sex denarios in unaquaque libra per fevum per predictum Poncium comitem. De controversia autem vicecomitis Castelli Novi et prephati Poncii comitis, decretum est quod postquam fuerit redeptum pignus,[3] Barchinonensis comes ponat ibi tales viros pacificos qui pacem inter eos firmam componant unde sint ambo pachati.[4] Negocium vero Gaufredi de Cersed et Arnalli de Sancto Iohanne fiat sicut firmatum est et factum teneatur sine engan. Bernardus autem de Sancto Mauricio et frater eius Guillelmus ita habeant suum honorem, fevum scilicet et pignora et cetera omnia, sicut pater eorum Guillelmus Poncii melius habebat et tenebat cum Iherosolimam pro Dei amore perrexit. Raimundus Rodballi et frater eius Petrus habeant villam ipsam de Palacio cum universis sibi pertinentibus in monte et in plano, sicut Raimundus Guillelmi[5] vicecomes eam melius habuit vel tenuit, salvo iure Gerundensis ęcclesię, medietatem per fevum et medietatem per alodium. Gerallus de Rupiano recuperet suum alodium de villare Sancti Mathei et Bernardus Guifredi[6] suas decimas de Gauses et sit firma pax inter illos. Bernardo autem de Campman et filiis suis dimitit prephatus Poncius comes omnem

suum honorem ubicumque sit et sit firma pax inter illos. Prephata autem omnia que superius scripta sunt ego, supradictus Poncius comes, convenio sub hominio et fidelitate tibi, comes, senior meus, tenere, servare et implere tibi et per te omnibus qui superius sunt scripti et finem facere omnibus qui per te michi nocuerunt dicto vel facto. Et hoc totum faciam et atendam per fidem, sine engan.

Actum est hoc III nonas marcii, anno I regni Ledovici.

Sig+num Poncii, comitis Impuritanensis, qui hanc convenienciam fecit, firmavit et testes firmare rogavit.[7]

Sig+num Bernardi Guillelmi de Mont Eschiu. Sig+num Raimundi Ademarii. Sig+num Raimundi Dalmacii. Sig+num Guillelmi de Garriga. Sig+num Guillelmi Raimundi de Pau. Sig+num Artalli de Midiniano. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Guillelmi Gaufredi. Sig+num Reamballi. Signum+ Geralli de Rupiano. Sig+num Berengarii de Lercio. Sig+num Petri de Torredela. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Bernardi de Bello Loco.

Signum+ Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit supraposito literis in linea XI et fusis.[8]

1. D *comença:* Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. 2. *Segueix* Im, *ratllat*. 3. *Segueix* duo milia solidorum, *ratllat*. 4. unde sint ambo pachati *afegit a la interlínia;* paccati D. 5. Guillelmi *afegit a la interlínia* D. 6. r *afegida a la interlínia.* 7. *Manca la signatura del comte de Barcelona o bé hi hauria hagut un altre document paral·lel signat per aquest.* 8. D *acaba:* Sig(*senyal*)num Bernardi de Caderita, notarii Barchinone, pro teste subscribentis. Signum (*senyal*) Bernardi Veheyani, Barchinone notarii, pro teste subscribentis. Sig(*senyal*)num Nicholai de Samares, notarii, huius transsumpti testis. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter transcribi fecit et cum originali instrumento de verbo ad verbum fideliter comprobavit nichilque plus vel minus in eo quam in originali invenit, idus decembris, anno Domini Mº CCº LXXº quarto.

734

1138, març, 10

Definició. *Carbonell, la seva esposa Arsenda i la seva filla Arsenda renuncien a favor de l'orde del Temple als drets sobre l'alou situat a Santa Perpètua de Mogoda, al lloc anomenat* ipsa Rovira*, que Dorca, germà de Carbonell, havia llegat a l'orde. Reben a canvi dos morabatins.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 81, 110 × 219 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Carbonellus et coniux mea et filia nostra difinitores et exvacuatores sumus domino Deo et Ospitali

Iherosolimitano et milicie Templi alodium quod frater meus, ex me Karbonello, nomine Dorcha, dimisit predicto Ospitali et prefate milicie. Et est in comitatu Barchinonensi, in parrohechia Sancte Perpetue de Mogoda, in loco vocitato Ruvira. Et affrontat a oriente in alodio Sancti Cucufatis, a meridie in alodio predicte milicie, ab occidente in rio Kalidis, a circio in alodio predicti Carbonelli. Quantum iste affrontaciones includunt, sic difinimus, auctoridamus nominatum alodium predicto Ospitali et prefate milicie ut abeant in perpetuum ad faciendi suas voluntates. Et accepimus propter hanc difinicionem II^{os} moabitinos. Si quis violare presumpserit nil valeat, set in duplo vobis componat. Et post hoc sit firmum.

Que est acta VI idus marci, anno I^{o} regni Ludovici regis iunioris, ab Incarnacione Christi C^{o} XXX^{o} VII^{o} post millesimum.

Sig+num Carbonelli, Sig+num Arsendis, Sig+num Arsendis, filie eorum, nos qui hoc laudamus, firmamus testesque subscriptos firmare rogamus.

Sig+num Berengarii de Collo. Sig+num Bernardi Guillelmi. Sig+num Arnalli Raimundi. Sig+num Bernardi Guadalli.

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo su*(senyal)*pra.

735

1138, març, 16

Convinença. *Els germans Pere i Berenguer de Sentmenat acorden mantenir en indivís els seus béns i heretar-se mútuament.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 82, 109 × 244 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació malgrat dues mutilacions a la part inferior.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* pp. 116, 124. — SHIDELER, *Els Montcada,* p. 102.

Hęc est convenientia quę est facta inter ambos fratres Petrum et Berengarium de Sancto Minato. Conveniunt namque inter se isti iamdicti ambo fratres, scilicet Petrus et Berengarius de Sancto Minato, ut modo et deincebs quicquid habent aut quoquo modo habuerint simul et inseparabiter habeant et possideant dum ambo vixerint facultatum suarum aliquid vendere, alienare sine alterius consilio ut nullus eorum presumat. Conveniunt si autem aliquis predictorum fratrum altero viviente obierit et filius aut filii predicti

mortui remanserit, totus honor et munus in potestate et possessione fratris viventis remaneat quousque pupilli ad ętatem veniant et tunc ipsi qui pupilli fuerant totum honorem qui paterno iure eis contigerit recuperent et habeant per viventem avunculum et sint homines illius dum vixerit. Post fratrum predictorum mortem, habeant utriusque filii, secundum ordinationem testamentorum aut naturali iure, paternum honorem. Si autem aliquis predictorum fratrum altero vivente mortuus fuerit et filium aut filios non reliquerit et filiam habuerit, vivens frater maritet filiam defuncti bono et congruo marito et ille habeat totum predictum honorem dum vixerit, si predictę filię bonum maritum dederit et congruum. Post mortem avunculi, predicta filia habeat totum paternum honorem. Si quis vero eorum sine infante legitimi coniugii mortuus fuerit, suum ius totius honoris ad alterum predictorum fratrum aut ad infantes vivientis fratris remaneat. Si quis eorum hoc alteri fregerit, habeat inde dampnum CC moabitinorum. Et insuper hęc convenientia perhenniter maneat firma.

Quę est acta XVII kalendas aprilis, anno ab Incarnatione Dominica C XXX VII post millesimum, regni autem Leduici iunioris I.

Sig+num Petri de Sancto Minato, Sig+num Berengarii de Sancto Minato, nos qui has conveniencias scribere iussimus, laudando firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi Raimundi, senescalc, Sig+num[1] Odonis, fratris eius, nos qui hoc laudamus et confirmamus. Sig+num[2] Bernardi de Bello Loco. S[ig+]num Bernardi de Talamancha.

Sig+num Petri presbiteri, qui [hoc] scripsit die et anno quo supra.

1. *Manquen els punts de la subscripció*. 2. *Manquen els punts de la subscripció*.

736

1138, març, 17

Donació. *Rotllan Geribert es dóna a l'orde del Temple amb tots els seus béns amb la condició que la seva muller els retingui de per vida a canvi d'un cens d'un parell de capons.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 83, 210 × 193 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat i d'alguns forats minúsculs que afecten els plecs del pergamí.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 576.

In Dei nomine. Ego Rodlandus Guiriberti offero domino Deo chorpus[1] meum et animam meam et Ierosolimitane milicie Templi Salomonis in manu Arnalli de Bidocis, baiuli eiusdem milicie, cum omnibus alodiis vel ereditatibus qui mihi adveniunt per paternam et maternam hereditatem[2] et emptionem meam. Scilicet, manso I in Frexano, que tenet Bernardus Guillelmi, cum omnibus pertinenciis suis et vineas et omnia alodia et arboribus que abeo vel abere debeo in parroechia Sancti Iachobi de Frexano; et alios II^{os} mansos que abeo infra terminos Terracie, in parroechia Sancti Iuliani de ipsa Altura, prenominato locho ad ipsam serram supra Valle de Corba, cum omnibus suis pertinentiis, kasas, terris, vineis, trileis, ortis, ortalibus, olivariis, glandiferis et omnia ienera arborum. Que mihi advenit, unum per vocem et ereditatem ienitorum meorum et alium per emptionem quam inde feci de Raimundo Aiyanrici de Orta. Quantum infra iamdicta parroechia[3] Sancti Iuliani de ipsa Altura abeo vel abere debeo, hec omnia superius scripta, infra istis duabus parroechiis Sancti Iachobi de Frexano et Sancti Iuliani de Altura, sic dono ad iamdictam miliciam Templi Salomonis quantum ibi abeo vel abere debeo, sub tali modo ut teneat uxor mea in vita sua iamdicta omnia et donemus[4] per unumquemque annum unum parilium kaponum in Nativitate[5] Domini[6] per tenedonem iamdictæ miliciæ Templi Salomonis. Et post obitum uxoris męę, remaneant hec omnia suprascripta iamdicte milicie sine ulla contrarietate, libere et quiete, ad suam liberam et quietam voluntatem faciendam. Iterum, dono iamdicte milicie mansos II que abeo infra terminos kastrum Apierola, que sunt eremos, cum illorum pertinentiis, totum ab integre, ad suum[7] plenissimum[8] alodium francum, qui mihi adveniunt per ereditatem et vocem ienitorum meorum.

Actum est hoc XVI kalendas aprilis, anno ab Incharnacione Domini C XXX VII post millesimum.

Sig+num Rodlandi Guiriberti, qui hanc donationem laudavi, feci et firmavi et testes firmare rogavi. Sig+num[9] uxoris Rodlandi, qui hoc laudavi et firmavi.

Sig+num Berengarii Raimundi, vicharii Barchinone, qui hoc laudo et firmo.

Signum+ Petri Bernardi*.

Arnaldus presbiter, qui hoc scripsit, cum litteras suprapositas in linea XIIII, die et anno quo *(senyal)* supra.

1. h *afegida a la interlínia;* p *corregeix* r. 2. h *afegida a la interlínia.* 3. *Segueix* [u], *ratllada.* 4. e *afegida a la interlínia.* 5. *Segueix* [Domini], *ratllat.* 6. in Nativitate Domini *afegit a la interlínia.* 7. s *corregeix* r. 8. u *afegida a la interlínia.* 9. *Segueix un espai en blanc d'aproximadament 30 mm.*

737

1138, maig, 13

Empenyorament. *Els esposos Pere Guitard i Berenguera empenyoren a Ramon Pere de Girona i a la seva esposa Adelaida una vinya que tenen per complantació al territori de Barcelona,* ad ipsam Fraxinum*, a l'alou de Pere Ricard, per raó d'un deute de quatre morabatins; els empenyoradors continuaran treballant la vinya i lliuraran als creditors una quarta part dels fruits.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 84 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 786), 112 × 220 mm. Bon estat de conservació.

Com que l'any de l'Encarnació pel còmput florentí i el del rei Lluís el Jove no coincideixen, hem datat el document per l'any del rei franc, atès que és el sistema més utilitzat en aquesta època. L'any de l'Encarnació pel còmput pisà és coincident amb el del rei.

Sit notum cunctis quod ego Petrus Guitardi et uxor mea Berengaria femina debemus tibi Raimundo Petri Gerundę et uxori tuę Azalaidi IIII moabetinos legitimos et boni auri, sine engan. Propter quos impignoramus vobis peciam unam vineę quam per complantationem habemus in territorio Barchinone, ad ipsam Fraxinum, in alodio Petri Ricardi, quod vos pignore tenetis. Tali convenientia impignoramus vobis iamdictam vineam, cum ingressibus et egressibus suis integriter, ut nos eam bene laboremus sicut bonam vineam oportet; et de fructu quem Deus ibi dederit de nostris tribus partibus donemus vobis annuatim unam et ita cum alio quarto quod inibi per Petrum Ricardi habetis, habebitis inde medietatem vos et nos medietatem aliam per ipsam laborationem. Et non sit nobis licitum redimendi hoc pignus nisi in festivitate Sancti Michaelis et sic vadat terminus redimendi hoc pignus per unumquemque annum de una festivitate Sancti Michael in aliam. Interim si facere volueritis, liceat vobis impignorare per tantum quantum ibi habetis et non per amplius. Si quis hoc disrumpere presumpserit, in duplo componat supradicta omnia. Et insuper semper maneat firmum.

Actum est hoc III idus maii, anno ab Incarnatione Dominica C XXX VII post millesimum regni autem Leduici iunioris I.

Sig+num[1] Petri Guitardi, Sig+num Berengarię feminę, Sig+num Berengarii, filii eorum, nos qui hoc laudamus et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Chalveti. Sig+num Ricardi Pellicerii.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Manquen els punts de la signatura.*

738

[1138], maig. Montsó

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dóna a* Zecri, *jueu de Barbastre, una pardina situada fora de la porta del riu* Merdero, *que en altre temps havia estat el bany vell, per tal que hi faci un hort o bé una casa*.

A [Original no localitzat.]

B Còpia imitativa de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 164 (*olim* arm. 24 Sobrarb, sac F, núm. 39), 202 × 363 mm. Estat de conservació regular a causa de dues taques d'humitat que afecten la part inferior dreta i de diverses mutilacions al marge esquerre.

Cit. ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 66.

(Senyal)[1] In Dei nomine et eius divina clementia. Ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis et princebs Aragonensis, facio hanc cartam donationis et confirmationis tibi Zecri de Barbastro, meo iudeo. Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate propter servicia que michi fecisti et cotidie facis, ideo dono et concedo tibi in Barbastro illa pardina qui fuit balneo bielgo, exita de illa porta de rigo Merdero, ubi facias orto vel casa una quecumque volueris. Hoc autem donativum superius scriptum ut habeas et possideas illud salvum, securum et quietum ad tuam propriam hereditatem, per facere tuam voluntatem, tu et fillii tui et omnis generatio vel posteritas tua, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate, per cuncta secula seculorum. Amen.

Signum+ Raimundi comes.

Facta carta in era M[a] C[a] LX[X]VI[a], in mense madio, in castro qui nominatur Mon[tison, regnante me Dei gratia] in Aragone, in Ripa Gorza et in Suprarbe atque in Cesaraugusta sive in Barchinona. Episcopo Dodo in Oska. Episcopus Wilelmus in Ro[ta. Archiepiscopus Ber]nardus[2] in Cesaraugusta. Episcopus

Michael in Tarazona. Dompno Peiret de Zarvera in iamdicto Montson. Magister Fretgo Dat, senior in Barbastro. Pere Ramon, senior in Estata. Peregrin, senior in Alkezar. Galindo Xemenones, senior in Alkala. Ferriz, senior in Oska et in Sancta Eulalia. Don Sango, senior in Labata.

Ego Raimundus, scriptor, sub iussione domini mei comiti hanc cartam scri[psi et hoc si]gnum[3] *(senyal)* feci.

1. *Aquest senyal hauria d'haver estat un crismó, tal com correspon a un document d'àmbit aragonès.* 2. *Espai de 45 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat.* 3. *Espai de 70 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat.*

739

1138, juliol, 15

Venda. *Pere Guillem, la seva muller Maiassenda i els seus fills Pere i Guillema venen a Berenguer, prevere, l'alou que tenen a Caldes de Montbui pel preu de set morabatins, dos sous i tres diners.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 99, 113 × 268 mm. Bon estat de conservació.

Omnibus scire volentibus manifestetur qualiter ego Petrus Guilelmi unam cum uxore mea Maiasenda atque filio meo Petro et cum filia mea Guilelma, nos simul in unum venditores sumus tibi Berengario presbitero alodium nostrum proprium, franchum et legitimum, cum pariete et lapidibus qui ibidem sunt, quod est in villa Callidis, propter VII moabetinos obtimos et bene pensatos atque duos solidos et denarios III monete Barchinone. Affrontat autem predictum alodium ab oriente et hoccidente in alodio Sancte Marie et in domibus que fuerunt de Sendre Vidal defunto, a meridie in francho alodio de nobis venditoribus, a parte vero circii in domibus Petri Arnalli et in via publica. Sicut ab is IIII^{or} affrontacionibus et fixuriis atque terminis includitur, sic vendimus tibi prephatum alodium cum cloacis, exceptus transitum aque, integriter, sine ullo dominio vel senioraticu seu potestate ullius omnis[1] vel femine; et sit tibi licenciam vendendi sive donandi seu inpignorandi seu quodcumque facere volueris inde, cum ingressis et exitibus suis, facias potenter. Item convenimus nos venditores tibi ut abeas potestatem atque licenciam onerandi vel hedificandi super pignaculum nostre domus que est in eodem alodio; et si Poncius frater meus in hac terra redierit, nos faciamus tibi pretaxatum alodium tenere et abere atque possidere secure et quiete,

sine aliquo blandimento; et emendemus predicto Poncio tantum ex nostro alodio francho quantum in istam vendicionem consecutus fuerit. Si quis homo vel femina contra hanc vendicionem ad inrumpendum venerit, nil ei valeat, set pro sola presuncione in duplum componat. Et postea hanc cartam firma et stabilis semper permaneat.

Actum est hoc idus iulii, anno II regni regis iunioris Leduvici.

Sig+num Petri Guillelmi, Sig+num Maiasendis, uxoris eius, Sig+num Petri, filii eius, Sig+num Guilelme, filie eius, nos qui hanc vendicionem facimus et firmamus testibusque firmare rogamus.

Sig+num Porcelli, baiuli comitis. Sig+num Vives. Sig+num Bernardi Petri. Sig+num Bernad Dolei. Sig+num Bernardi Fiduciam. Signum+ Guilelmus Renardi. Signum+ Raimundi Rodballi. Signum+ Guilelmi presbiteri.

Signum+ Raimundi, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* quo supra.

1. *En lloc d'*hominis.

740

1138, juliol, 20

Empenyorament. *Pere Ricard reconeix que deu a Eimeric de Perusa vint morabatins, que col·loca sobre l'alou i la vinya situats al territori de Barcelona, a l'Olivera Rodona, que garantien un deute anterior de seixanta-un morabatins. Pere Ricard retindrà les terres i en pagarà cada any la meitat i la dècima.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm 100, 94 × 228 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 91 (amb data de 1139).

Cit. BENSCH, *Barcelona,* p. 142.

Sit notum cunctis quod ego Petrus Ricardi debeo tibi Aimerico XX moabitinos legitimos quos mihi in auro accomodas[1] sine meo engan. Quos XX moabitinos habeas sine tuo engan super illo pignore LXI moabitinorum quod ego tibi misi, sicut in tua alia carta continetur scriptum. Est autem hoc pignus alodium meum et vinea super ipsa Olivaria Rotunda, in territorio Barchinonę. Tali convenientia predictos XX moabitinorum manulevo de te super predicto pignore ut ego laborem bene iamdictam vineam usque ad

VIII annos et de fructu quem Deus ibi dederit donem tibi vel tuis annuatim medietatem integriter et decimum. Completis vero VIII annis ego reddam tibi vel tuis XX moabitinos in auro in festivitate sancti Michaelis et tu mihi hanc cartam sine mora, salvo tuo alio pignore LXI moabitinorum quod inibi sicut in tua alia carta est scriptum. Quod nisi ita fecero deinde vadat annuatim terminus redimendi hoc pignus de festo in festum sancti Michaelis secundum supradictam convenientiam de fructu iamdictę vineę. Interim, si facere volueris, liceat tibi impignorare per tantum quantum ibi habes et non amplius. Si quis hoc disrumpere presumpserit, in duplo tibi vel tuis componam sive componat supradicta omnia. Et insuper semper maneat firmum.

Actum est hoc XIII kalendas augusti, anno II regni regis Leduici iunioris.

Sig+num Petri Ricardi, qui hoc laudando firmo et testes firmare rogo.

Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Petri Iohannis. Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Precedeix un traç vertical, tal vegada l'inici d'una* p *que quedaria corregida per la* a.

741

1138, agost, 27. Ayerbe

Confirmació. *Ramir II, rei d'Aragó, confirma la promesa feta a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, que no farà cap donació sense el seu consentiment.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 87 (*olim* arm. 17 Aragó, sac A, núm. 214), 162 × 151 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 6b-c.

a MARCA, *Marca Hispanica,* doc. 395, col. 1285.

b *CODOIN,* IV, doc. XXVI.

c MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum,* I, núm. 8.

Com que els sistemes de datació que dóna el document no són coincidents, hem pres l'any de l'era hispànica com a correcte, atès que considerem que aquesta confirmació ha de ser posterior a la convinença del 13 de novembre de 1137. Vegeu el document núm. 725.

Hoc est donativum quod facit dominus Ranimirus, rex Aragonensis, illustri Barchinonensium comiti Raimundo. Donat namque ei, confirmat et laudat, quod ab ipso die quo ei donavit filiam suam cum suo honore et suos homines et in hominio comendavit apud Barbastrum, quicquid actenus rex alicui dedisset vel consensisset, totum irritum fiat nullamque stabilitatis rectitudinem habeat. Itemque donat ei et firmiter laudat quod ab odierna die in antea nichil unquam alicui donet vel laudet absque consilio et bona voluntate comitis. Quod si facerit, similiter irritum fiat et sine stabilitate.

Hoc donum fecit rex Ranimirus, consilio et voluntate suorum nobilium hominum subscriptorum, in castro d·Aierb, VI kalendas septembris, anno Dominice Incarnacionis C XXXVII post millessimum, era M C LXX VI.

In presencia episcopi Oscensis, abbatis Montis Aragonis, Gomez Maza, Raimundi de Larbes, Garcia Cerc de Oscha, Furtun de Bergua, Lop Garcec Laitan, Enego Lopec, Lobalasc,[1] P[etri] Lobez de Lusia et aliorum multorum nobilium testium et auditorum curie regis, qui hoc fieri voluerunt et factum pariter laudaverunt.

Signum regis Ranimiri *(crismó)*.

Sig+num Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit ex mandato domini regis prephati.

1. *En lloc de* Lob Balasc.

742

1138, octubre, 8

Encomanament. *Guillem d'Aguiló encomana a Pere Arnau de Conques el castell de Vallverd amb la quarta part de la dominicatura; a canvi, Pere Arnau promet que farà encomanar el castlà del castell a Guillem d'Aguiló i li cedeix en batllia el castell de Flix.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia suspecta de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 29, núm. 123 (*olim* arm. 5 Tarragona, sac A, núm. 16), 190 × 385 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BISSON, *L'impuls*, p. 47.

Hec est convenientia qui est facta inter Pere Arnall de Conchas et Guilelmus de Aquiloni. Culit[1] Pere Arnall illum supra in castrum de Valle Verd et prehendit per illum ipsum castrum. Et

convenit Pere Arnall ut donet potestatem ad Guilelmum de Aguilo de iamdictum castrum quantasque vices ille demandet, iratum et pagatum, et donet Pere Arnall ad iamdictum Guilelmum quartem partem de illum dominico de Valle Viride castrum et de suis terminis, de totum bene quod inde exire debet qui ad usum homines pertinent. Et retinet Pere Arnall ad suum opus partes III de prescripto castro sive de iamdicto dominico qui ad usum homines pertinent. Et ipso castla qui ibi illum mitat solidamente comendat Pere Arnall ipsum castla ad Guilelmum de Aguilo que se poseat fidare et credere in illum. Et mitit Pere Arnall ipsum castrum de Flix ad Guilelmum de Aguilo in baiulia quomodo pater suus mitid in baiulia de suo. Et convenit Guilelmum ad Pere Arnall que adiuvet ad eum suam honorem ad tenere et ad defendere et ad guerreiare et recuperare et pledeiare contra cunctos homines et feminas per fidem, sine nullo engan, ipsam honorem quod Segre usque ad mare de Terragona que abeo vel abere debeo. Convenit Guillelmum de Aguilo ad Pere Arnall ut adiuvet eum ad tenere et ad defendere perscriptam[2] honorem contra cunctos homines vel feminas qui tollere ad eum voluisse ne tollere le·n volgessen. Et convenit Guilelmum ad Pere Arnall ipsam honorem qui est suprascriptam que no la li tolrei ne no le·n tolrei. Et fidelis amicis li sia per fide, sine nullo engan. Et convenit Guilelmum ad Pere Arnall que ille filio que lexara suam meliorem honorem ad ille dimitat castrum de Valle Viride, qui ipsum servitium li poscat atendere et atendat. Et convenit Guillem de Aguilo ad Pere Arnall de ipsum placitum suprascriptum que no·l poscat deffidar et acundar si per colpa no que no li potuisse redergere.

Facta carta convenientia VIII idus octobris, anno II regnante Ledovico rege.

Sig+num Pere Arnall, qui ista carta convenientia rogavi[3] scribere et manu mea firmavi et ad testes firmare feci.

Sig+num Berenger de Grannana, Sig+num Ponz de Puig Alt, Sig+num Ramon de Contrast, testes sunt de ac re.

Sig+num Guillem de Aguilo.

Arnallus sacer rogatus scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. *En lloc de* tulit. 2. *En lloc de* prescriptam. 3. *Segueix* f, *expuntuada*.

FUNDACIÓ NOGUERA

743

1138, octubre, 23

Confirmació d'establiment. *Guillem, vescomte de Berga, la seva esposa Berenguera i el seu fill Guillem confirmen a Ermengarda de* Cudina Longa*, al seu espòs Arnau Joan i als seus descendents l'establiment del mas de* Cudina Longa*, a canvi del pagament de la dècima i la tasca i, pel molí, un sester entre ordi i civada i deu sous.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 27 de desembre de 1242. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 88, 215 × 160 mm. Estat de conservació deficient a causa de la mutilació de la part dreta.

Entre claudàtors, indiquem les parts il·legibles a causa de la mutilació del pergami o les que han estat interpretades.

Ad[1] noticiam cunctorum hominum [perveniat qualiter ego] Guillelmus, vicecomite gratia Dei Bergitanensis, coniuxque mea nomine Berengaria et filio nostro nomine Guillelmo, simul [in unum donatores] sumus tibi Ermengarde de Cudina Longa et viro tuo Arnallo Iohanni et infantibus vestris et cuncte eorum progeniei et [...] manssum de Cudina Longa, totum integriter, cum omnibus sibi pertinentibus, cum terminis et affrontacionibus sive cum introitibus et exiti[bus…] pertinent vel pertinere debent in omnibus locis, longe et prope, de abisso usque ad nubes. Et advenit[2] tibi Ermengardis per vo[cem …] aviorum et de[3] cunctum genitorum tuorum sive pro cunctas bonas voces. Et propter hoc donamus tibi et tuis in perpetuum. Tali pa[cto dona]mus tibi, nisi decimam, sed de hic in antea donetis vos et vestros nos et nostros tascham pani et vini omni tempore, preter hoc de regero […] non donetis tascha ad suos clericos in perpetuum; et preter hoc de Sancto Petro de Rodes sive preter vestram barchariam quam habeatis […]sotos domos apud oriente, de sottos collo et usque in cingullo versus oriente, unde faciatis censum vos et vestros nos […] cuminales in tempore trescolaons et medietatem de uno pugero de frumento propter iamdictam barchariam, et de […] et de molendinos similiter. Et propter hoc donum haccipimus a vobis iamdictam tascham, preter molendinos, unde non donetis […] censum I sextarium inter ordi et cibaria, de illum quam habeatis de multuras quando molebunt; et si forte non mollierint et […] non mollierint, predictum censum non donetis, nisi quando mollierint totum annum; et predictos molendinos et mulne[rios …] in

peciolis et plano de Pedro vel in aliis[4] locis, ubi feceritis vos nec vestros in vestros terminos, de nostro ma[nso... Podio] Regiis[5] hac vestris capud aquis et losis hac glevariis sive fustas et omnibus instrumentibus hac cum omnibus ap[…], longe vel prope, sine omni vinculo[6] ullius persone, private vel extranęę. Et propter hoc donum […] tascha et censum cum X solidos Barchinone obtime monete, ex quibus sumus bene paccati a vobis, renunciando omni legi […], hoc totum [te]neatis, habeatis, posideatis et expletetis, potenter et secure, in pace contra cunctas personas, private [… ad vestrum vestro]rumque salvamentum, bonum et sanum intellectum et sine omni[7] nostro nostrorumque enganno. Et nulla lex divina sive hu[mana …] nullumque instrumentum contra hanc cartam donacionis possit venire, sed firmum in perpetuum obtineat robur […] alium servicium neque de alios agrarios propter illam taschamquam ibi mitimus, ut Deus et vobis hac vestris perdonetis nobis.

[Facta carta] donacionis X kalendas novembris, anno duo regnante Ledovico rege iunioris.

Sig+num Guillelmi vicecomitis, Sig+num [Berengarie, Sig+num] Guillelmo filio nostro, qui hanc cartam donacionis et laudacionis mandavimus scribere et manibus nostris, per punctum, firmavi[mus et firmare] rogavimus.

Sig+num Raimundus frater meus. Sig+num Petrus frater. Sig+num Guillelmus Bernardus de Villa Secacha. Sig+num Ber-[…]. Sig+num Petrus Raimundus de Ladernosa. Sig+num Berengarii Isarni clericus. Sig+num Bernardus Arnalli villicus […, viso] res et auditores huius rei.

Berengarius, monachus levita, qui hec donacione et laudacione scripsi [et] *(senyal)* die et anno quo supra.[8]

1. B *comença:* Hoc est translatum cuiusdam instrumenti quod sub istis verbis fideliter continetur. 2. ad *afegit a la interlínia.* 3. de *afegit a la interlínia*. 4. *La darrera* i *afegida a la interlínia.* 5. *La primera* i *afegida a la interlínia.* 6. *Segueix* longe vel prope, *sense cancel·lar.* 7. omni *afegit a la interlínia*. 8. B *acaba:* Presbiter Petrus, qui hoc firmavi pro teste et meum sig [+num aposui]. Ferrarius, presbiter et capellanus Podio Regum, qui hoc translatum fideliter f[eci] scribere et firmo atque meum sig(*senyal*)num apono pro teste. […] Alegretus, sacerdos, qui hoc translatum firmo pro testo et meum signu[m (*senyal*) apono pro teste]. Bernardus Solares, qui hoc translatum fideliter translatavi VI kalendas ienuarii, anno Domini Mº CCº XLº IIº, [in linea] XVIII rasis et emendatis et XVIIII superpositis, die et anno quo supra.

FUNDACIÓ NOGUERA

744

1138, desembre, 14

Empenyorament. *Els germans Guillem Ramon, senescal, i Odó de Montcada empenyoren al monestir de Santa Maria de l'Estany la meitat del castell de Muntanyola amb tot el seu domini per raó d'un deute de cent morabatins.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 90, 176 × 413 mm. Bon estat de conservació malgrat algunes taques d'humitat que afecten les parts dreta i esquerra.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada,* p. 175. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 30.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris qualiter nos ambo fratres Guilelmus Raimundi, dapifer, et Odo debemus ęcclesię Sanctę Marię de Stagno et tibi Guilelmo, priori et eiusdem conventui canonicorum regularium, centum moabitinos legitimos, quos de bonis iamdictę ęcclesię nobis in auro accomodastis, sine engan. Propter quos impignoramus eidem ęcclesię Sanctę Marię et vobis iamdictis, et successoribus vestris, nostram medietatem chastri de Montaneola et totum nostrum dominicum et districtos et mandamentos et senioraticos et usaticos et ademprivos quos in iamdicto chastro et infra terminos predicti chastri, in cunctis locis, habemus vel habere debemus; et ipsos milites cum fevis quos per nos tenent, sicut melius unquam tenuit et habuit Berengarius de Monte Scatano et tunc quando mihi dedit tenebat. Sicut superius est scriptum et ut dici vel intelligi potest melius, ad utilitatem iamdictę ęcclesię et vestri et successorum vestrorum, sic, cum vieductibus et reductibus et aquis et aquarum meatibus, cum pratis et pascuis, boscis et garricis, pronum et planum, cultum et incultum, nobis aliquo modo pertinentem vel pertinere debentem, totum, cum ingressibus et egressibus suis, integriter iamdictę ęcclesię et vobis et successoribus vestris impignoramus. Tali convenientia ut vos et successores vestris tandiu teneatis et possideatis et expletetis predicta omnia potenter et integriter sine ulla diminutione, donec nos vel nostri reddamus vobis et iamdictę ęcclesię Sanctę Marię vel successoribus vestris eiusdem loci clericis, centum moabitinos legitimos insimul, in auro, sine engan. Quod vero predictum pignus, si aliquis in toto vel in aliquo iamdictę ęcclesię et vobis vel vestris successoribus fregerit, statim vos vel successores vestri vel homo per vos, sine ulla dilatione, habeatis licitum imparare et tenere et possidere et expletare potenter et integriter, cum cunctis suis pertinentiis, sex bonos mansos infra terminum chastri Sancti Minati, nominatim

mansum Guilelmi Arnalli de Meserata et mansum Bertrandi de Ruviris et mansum Dalmacii et duos illos mansos de Cannemeres et mansum Arnalli Guifredi de Pug Suriger, simul cum omnibus eisdem mansis pertinentibus vel pertinere debentibus, cum domibus, terris et vineis, cultis et incultis, et arboribus diversi generis, cum censibus et usaticis et districtis et ademprivis et mandamentis teneatis et possideatis et expletetis eosdem iamdictos mansos, sicut melius dici vel intelligi potest ad vestram utilitatem, potenter et integriter, excepto hoc quod chastlanus chastri de Sancto Minato ibi habet, quod habeat ille ad servicium Sanctę Marię et vestrum quamdiu per iamdictum pignus tenebitis supradictos sex mansos. Insuper per nostram bonam fidem convenimus Sanctę Marię et vobis supradictum pignus facere tenere et possidere in sana pace sine vestro engan; et quod simus inde vobis et successoribus vestris[1] deffensores et adiutores contra cunctos homines et feminas. Si quis hoc fregerit, in quadruplum componat. Et insuper hoc pignus semper maneat firmum.

Actum est hoc XVIIII kalendas ianuarii, anno ab Incarnatione Dominica CXXXVIII post millesimum, regni vero Leduici iunioris II.

Sig+num Guilelmi Raimundi, senescalch, Sig+num Odonis, fratris eius, nos qui hoc laudando firmamus et testes firmare rogamus atque precipimus.

Sig+num Bernardi Petri, chastlani iamdicti chastri, qui hoc laudo et confirmo, salva mea chastlania quam ibi habere debeo. Et convenio Sancte Marię et vobis Guilelmo priori et successoribus tuis ut, quamdiu hunc predictum honorem tenebis, sim tibi et successoribus tuis fidelis inde, sicut homo debet essę suo meliori seniori cui manibus se comendat.

Sig+num Petri de Sancto Minato. Sig+num Guilelmi, fratris eius. Sig+num Petri de Bigis. Sig+num Bernardi de Duobus Rivis.

Hec ea que laudat Guilelmus carmine firmat. *(Senyal)* Bernardus* levita. Sig+num Poncius Rossel. Sig+num Pere de Kastro Terciolo. Sig+num Poncius Ber[rengarii] Rossel.

+ Raimundus*, Dei gratia Ausonensis episcopus.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris emendatis in linea VIIII[a], die et anno quo supra.

1. *Segueix* et, *sense cancel·lar.*

745

1139, febrer, 25

Encomanament. *Guillem Bernat de Duocastella i el seu fill Bernat encomanen a Bernat Ermengol de Freixenet i als seus el castell de Duocastella. A canvi, Bernat Ermengol promet ser home fidel i donar la potestat del castell sempre que li sigui demanada.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 20 de maig de 1269. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 91 (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 301), 164 × 217 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta a la part dreta.

Cit. BISSON, *L'impuls,* p. 49.

Notum sit cunctis quod ego Guillelmus Bernad de Duorum Cast[r]orum[1] et filius meus Bernardo laudamus et concedimus tibi Bernardo Ermengaudi de Frexeneto et tuis, in perpetuum, ipsum castrum de Duorum Cast[r]orum.[2] Tali pacto ut habeatis et teneatis assidue, cum militibus et hominis et serviciis et aempramentibus, per nos et nostris; et accipiatis in totum terminum dictum castrum paleam et lignam et collibus et vinum usque ibi stabitis. Et damus vobis licentiam et potestatem ut ibi maneatis totum annum si stare veles, ad meam fidelitatem; et possitis valere et deffendere de inimicis vestris preter nos. Igitur ego Bernardo[3] Ermengaudo facio vobis hominiaticum de manibus meis propriis et convenio vobis, pro me et pro meis, ut sit vester fidelis et valetores de cunctis hominibus et feminis et tenemus ipsum castrum ad vestrum servicium. Et convenimus pro nobis et nostris ut donemus vobis et vestris potestatem de dictum castrum quando vos velitis. Et damus vobis licentiam, nos seniores, ut sit vos stare non velis, ibi maneant homines per vos si velis et sequeretis nos per nostram terram in placitis et in cortibus. Et l[a]udamus vobis ipsos feudos quos tenent per nos in dictum castrum.

Actum est hoc V kalendas marcii, anno IIº rege Leduovico, prole Leduovici.

Sig+num Guillelmi Bernardi de Duorum Castrorum. Sig+num Bernardi, filii eius. Sig+num Guillelmi Raimundi, dapiferis. Sig+num Odi, fratri eius. Sig+num Bernardi Ermengaudi de Frexaneto. Sig+num Guillelmi Montis Catani. Sig+num Guadalli de Curullo. Sig+num Bernardi Guillelmi de Luciano. Sig+num Mironi de Luciano.

Bernardus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo *(senyal)* supra.

Rivippullus, presbiter et rector ecclesie Sancti Quirici, qui hoc translatum bene et fideliter sumpsit ab originali non viciato vel cancellato in aliqua sui parte, XIII kalendas iunii, anno Domini Mº CCº LXº nono, presentibus Petro de Vilario, presbitero, et Arnaldo de Yla, clerico, et Petro Alegre, et hoc sig*(senyal)*num fecit.

1. *Manca.* 2. *Manca.* 3. *Segueix* et, *sense cancel·lar*.

746

1139, març, 4

Convinença. *Guillem Ramon de Montcada, senescal, el seu germà Odó i el seu fill Guillem infeuden a Bernat Eremengol de Freixenet i als seus l'honor de Conanglell, a Vinyoles d'Orís, els masos de Torre i Sala, a Orís, i un cens de quatre morabetins i mig anuals, a canvi de sis-cents dels mil cent cinquanta-sis morabatins, un asberg i una espasa que li deuen; la resta li prometen pagar en el futur.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 92, 257 × 255 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat, alguns petits forats i estrips que coincideixen amb els plecs del pergamí.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 48, 94, 130. — SHIDELER, *Els Montcada,* p. 157.

Sciatur a cunctis hominibus, tam presentibus quam et futuris, quo modo vel qualiter Guillelmus Raimundi, dapifer, et frater meus Odus atque Guillelmus de Monte Catano, filius meus, nos omnes donamus tibi Bernardo Ermengaudi de Frexaneto et omni progeniei et posteritati tue ipsum honorem nostrum, totum et integrum, de turre que vocatur Conanglellum, cum omnibus mansis et hedificiis et utilitatibus et adempramentis et domibus et terris et vineis et arboribus et molendinis et mulnariis et omnibus aquis, et cum terminis et afrontationibus, et cum exitibus et eius reditibus, que ad ipsum honorem pertinent vel pertinere debent in cunctisque locis, longe vel prope, sine ullo retentu nostro omniumque parentorum nostrorum. Tali pacto hoc donum tibi et omni posteritati tue facimus ut possideas et habeas et expletes illud in dominium, sicut melius Raimundus Bernardi de Oriso tenebat et abebat quando ei emparavimus pro fraude qua nobis turpiter fecit; et, si velis, ut facias ibi turrem vel qualem forciam ibi construere volueris, tamen quatenus nullo modo inde exeat nobis nec successoribus nostris ullum malum. Et convenimus tibi et tuis ut faciamus venire aquam Tezeri ad predictum Conanglellum ubique velis, cum hominibus

nostris et cum conducto nostro, unde facias ibi facere et construere molendina et ortos. Adhuc autem tibi et tuis convenimus ut hoc quod Sancta Maria Rivipullensi in ipsa insula de Conanglello habet, ut nos in alias honores nostras prephato monasterio excamitemus et solidemus tibi et tuis ipsum honorem cunctorum. Terminatur autem ipsum honorem a parte orientis in guado de Banialoca, in flumine Tezeri, a parte circi in ipsa rocha de Conangle sive in Podio Acuto, de meridie in flumine Tezeri, in ipsa Anglada, de occiduo in Congostel sive in Podio Garinno. Hoc totum ut superius est scriptum, quantum istas IIII^{or} afrontationes includunt et isti termini ambiunt, sic donamus tibi et omni posteritati tue per bonum fevum et per dominicaturam tuam, exceptus ipsos fevos quos ibi tenes pro abbate Sancti Iohannis et Bernardo Guillelmi Lucianensis. Et est suprascriptus honor in comitatu Ausone, in parrochia Sancti Stephani de Vineolis, in vocitatis[1] locis ad ipsum Conanglellum sive in finibus eius. Insuper etiam donamus tibi[2] et omni posteritati tue, pro fevo, ipsum mansum nostrum de Turre et ipsum mansum de Sala, qui sunt in parrochia Sancti Genesii de Oriso, cum omnibus suis pertinenciis et utilitatibus; et veniunt hos mansos nobis in apertione. Ita eciam damus tibi vel tuis annuatim pro fevo moabetinos IIII et dimidium, quorum exeunt nobis pro hoste annuatim, in diebus mai, in parrochia Sancti Genesii de Oriso; et damus tibi et tuis hos moabetinos pro fevo. Hoc totum, ut superius est scriptum, donamus tibi et omni posteritati tue ad bonum intellectum nostrum, sicut melius dici vel potest[3] fieri, sine occasione et sine omni malo ingenio, propter magnum servicium quod ex te accepimus et in multis modis accipimus et propter ipsum avere unde venisti nobis ad computum in presencia Bernardi Guillelmi Lucianensis et Mironis eius fratris et Bernardus Gondebaldi de Bisora et Guillelmi Bernardi Duorum Castrorum et Bernardi filii sui et Bertrandi de Merola et Petri Berengarii Sancte Eugenie et Guadaldi de Curullo et multorum[4] aliorum, videlicet M C LVI moabetinos et aspergum I quem Arnallus Arnalli de Tornamira habuit et espada I quam tecum amisi quando fuimus capti. Sed si obieris sine legitima prole, Raimundo de Caulis et Bernardo fratri suo omnis suprascriptus honor revertar.[5] Hoc autem, ut superius est scriptum, sine ullo retentu nostro, damus atque concedimus tibi et posteritati et progeniei tue; damus pleniter pro fevo sine ullo servicio, ut numquam nobis nec successoribus nostris ullo malo facias. Et accepimus a vobis pro hoc dono DC moabetinos, et remanent de hoc debito DLVI moabetinos, quos

recognovimus tibi et successoribus tuis ad persolvendum cum aliis rebus predictis, videlicet espadam et alspergum.

Facta ista donatione IIII nonas marcii, anno II rege Ledovico prole Ledovici.

Sig+num Guillelmi Raimundi, dapiferis, Sig+num Odi, fratris mei, Sig+num Guillelmi Montis Catani, qui hoc donum facimus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Bernardi Guillelmi Lucianensis. Sig+num Mironis de Luciano. Sig+num Bernardi Gondebaudi de Bisora. Sig+num Guillelmi Bernardi Duorum Castrorum. Sig+num Bernardi, eius filius. Sig+num Bertrandi de Merola. Sig+num Petri Berengarii Sancte Eugenie. Sig+num Petri Sancti Minatis. Sig+num Guadaldi de Curullo.

Hoc letabundus scripsit clericus vocabulo Bernardus anno prefixo *(senyal)* dieque, cum litteris suprascriptis in linea XVIII [et] damnatis in linea XXVI.

1. tati *afegit a la interlínia*. 2. tibi *afegit a la interlínia*. 3. potesti *al text*. 4. *Segueix* multorum, *repetit*. 5. *En lloc de* revertat.

747

1139, març, 10

Definició mútua. *Pere Ricard i Arnau Pere renuncien mútuament als drets que podrien reclamar sobre diversos béns que posseeix cadascú.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 19 de juny de 1178. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm 93 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac B, núm. 357), 165 × 257 mm. Estat de conservació deficient a causa de l'enfosquiment del pergamí i de l'esvaniment de la tinta.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 88.

Cit. BENSCH, *Barcelona,* pp. 127, 144. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 172.

Hec[1] est diffinicionis sive evacuacionis scriptura [que in indicio] est facta in presencia dopnus Berengarii, Gerundensis episcopi, et Berengarii Raimundi, vicarii Barchinone, ac Arnalli prepositi [...][2] et aliorum [bon]orum[3] virorum ibi asistencium, inter Petrum Ricardi et Arnallum Petri. Diffinio namque et evacuo ego Petrus Ricardi tibi Arnallo Petri medietatem de manso de Verdeger et campum de Arriassa, et quartam partem in pariliata de ipso Genestar [...][4] pariliata IIII° modiatas in campo Gaucerandi, et medietatem de

ipsis compris quas Bernardus Raimundi, avus noster, fecit in Quinciano, et quartam partem de duabus fexiis terre iuxta flumen Lupricati et quartam partem de ipso orto Sancti Cucuphatis, ad tuum proprium plenissimum alodium et dominium liberum. Simile modo ego iamdictus Arnallus Petri diffinio et evacuo tibi Petro Ricardi medietatem aliam iamdicti mansi de Verdeger et tres partes de orto Sancti Cucuphatis, et tres partes de ipsa pariliata de Genestar et III modiatas prope eandem pariliatam in campo Gaucerandi, et domos Bernardi de Bello Loco et domos Petri Vidiani, [et ortum Geralli] de Granoiers et ortum Petri Ademari, et ortum qui est subtus domos Bernardi de Bello Loco, subtus murum civitatis, et totum Quincianum cum suis pertinenciis et tenedonibus integriter, excepta mea medietate de ipsis combris Bernardi Raimundi, avi nostri. Et diffinio et evacuo tibi mansum de Bertolera cum suis pertinenciis et cum ipsis compris qui ibi sunt in Quinciano et cum adquisicionibus quas fecit Raimundus Bernardi clericus, et tres partes de supradictis duabus fexiis [terre] iuxta flumen Lupricati, quas idem Raimundus, [avus noster], tibi cum scripturis quas inde habes dedit, et ortum Guillelmi Guiriberti. Tibi diffinio [sicut superius notum est] ac ut melius dici vel intelligi potest. Sic diffinio et evacuo tibi predicta omnia cum vieductibus et reductibus ad tuum proprium plenissimum alodium ad [quic]quid[5] inde facere volueris, ad tuum libitum. Quęcumque persona hanc diffinitionem infringere vel in aliquo diminuere temptaverit, quod fregerit in duplo componat. Et insuper hec diffinitio inviolabilis et firma permaneat omne per evum.

Que est acta VI idus marcii, anno II regni Ledoyci iunioris.

Signum+ Petri Ricardi, Signum+ Arnalli Petri, qui hanc diffinitionem facimus, firmamus et testes firmare rogamus.

Signum+ Berengarii Raimundi vicarii. Signum+ Bernardi Mironis. Signum+ Bertrandi de Laur[o]. Signum+ Berengarii Bernardi de Villa d·Ordiis. Signum+ Raimundi Guillelmi. Sig+num Arnalli sacer atque sacriste. Sig+num Iohannis medici.

Sig+um Berengarii levite, qui hoc scripsi die et anno quo supra.[6]

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter translatatum: 2. *Espai de 70 mm, il·legible a causa d'una taca.* 3. *Espai de 55 mm, il·legible a causa d'una taca.* 4. *Espai de 25 mm, il·legible a causa d'una taca.* 5. *Manca.* 6. B *acaba:* Signum+ Raimundi de ipso Palacio, Signum+ Berengarii de archiepiscopo, Signum+ Raimundi sartoris, Sig+num Petri de Corron, levita, qui hunc translatione presentes adfuimus. Sig+num Petri de Corron, scriptoris, qui hoc translatum scripsit XIII kalendas iulii, anno XLI regni Ledoyci iunioris.

748

1139, març, 20

Venda. *Joan Ervigi i la seva esposa Ermengarda venen a Pere Ricard la meitat de la vinya que tenen per complantació, situada al territori de Barcelona, sota Sarrià, al lloc anomenat camp d'Oliva, pel preu de sis morabatins i mig d'or.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm 94 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 736), 92 × 285 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 89.

Sit notum cunctis quod ego Iohannes Ervigii et uxor mea Ermengardis vendimus tibi Petro Ricardi nostram mediatatem quam habemus in ipsa vinea quam ego et frater meus Bonefilius Ervigii plantavimus in tuo alodio. Est autem iamdicta vinea in territorio Barchinonę, subtus Serrianum, in loco quem vocant campum de Oliva. Terminatur autem ab oriente in alia medietate iamdicti fratris mei, a meridie in via publica, ab occiduo in alodio de te emptore, a circio similiter et in alodio canonicę. Sicut ab istis terminis includitur iamdicta nostra medietas vineę de campo de Oliva, sic vendimus vobis, cum ingressibus et egressibus suis integriter ac de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestatem ad tuum proprium ad [qui]quid[1] inde facere volueritis, ad tuam voluntatem. Accipimus namque a te pro hac venditione VI moabitinos et medium legitimos et boni auri sine engan. Et est manifestum. Si quis hoc disrumpere presumpserit, in duplo componat. Et insuper semper maneat firmum.

Actum est hoc XIII kalendas aprilis, anno II regni regis Leduici iunioris.

Sig+num Iohannis Ervigii, Sig+num Ermengardis, nos qui hoc laudando firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num[2] Berengarii Bernardi de Villa d·Ordiis. Sig+num Bonefilii Ervigii. Signum+ Petri Berengarii* levite.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Manca.* 2. *Manquen els punts de la subscripció.*

FUNDACIÓ NOGUERA

749

1139, maig, 3

Adveració. *Els testimonis del testament de Guillem juren, damunt de l'altar de Sant Feliu de l'església de Sant Just i Sant Pastor de Barcelona, les darreres voluntats d'aquest, per les quals llegà els seus béns a diverses esglésies i monestirs, a la seva germana Sança i a altres persones*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 89, 203 × 333 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat que afecten la part esquerra.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 647. — BISSON, *L'impuls*, pp. 50, 51.

Hęc est sacramentalis conditio ac legalis publicatio ultime voluntatis cuiusdam viri defuncti Guillelmi nomine, cuius ordo coram sacerdote et Mirone iudice infra VI menses legaliter actus est. Unde nos Guillelmus Umberti et Poncius presbiteri testes et iuratores sumus. Testificamur namque iurando per Deum vivum et verum et per altare Sancti Felicis martiris, quod est constructum in ecclesia Beatorum Martirum Iusti et Pastoris, infra menia urbis Barchinone, supra cuius sacrosancto altari has conditiones manibus propriis iuramus quia vidimus et audivimus et rogati ab ipso conditore extitimus quando iamdictus testator, sanus et incolumis, fecit suum testamentum. In quo elegit manumissores suos, videlicet Berengarium de Ruvira et Gaucfredum de Sancta Columba et Bernardum Guadalli, ita ut si mors ei adveniret, sicut et fecit, antequam aliud testamentum faceret, distribuerent suum avere et suum honorem sicut scriptum invenerint in suo testamento. Primum sint soluta debita sua. Dimisit Sancte Cruci Sancteque Eulalię campum I et vineam unam quam tenebat unus suus homo per eum, nomine Berengarius Guillelmi, et sunt prope de ipsa domo Carbonelli de Ulmo. Dimisit Sancte Perpetuę de suo alodio quod habebat in terminio de Chanalies et in parroechia predicte Sancte Perpetue, sicut terminatur ab oriente in serra Raimundi Guadalli et ad ipsos Roures, a meridie in ipsa sua pariliata, ab occidente in via que pergit de Chanalies ad Sanctam Mariam de Antiqua, de parte circii in alodio de Francheda; et insuper dimisit eidem Sancte Perpetuę et suo presbitero II morabetinos. Concessit ad Sanctam Mariam de Antiqua alodium de Petra Alba quod pater suus emit de Guillelmo Raimundi. Dimisit predicte Sancte Perpetue et prescripte Sancte Marie de Antiqua decimum quod habebat in manso de Vallo Orrad, in quo habitat Guillelmus Dalmacii, et decimum quod habebat in

manso de Fonte et decimum quod habebat in manso de Riopullo; hanc decimam prescriptam iam dederat predicte Sancte Perpetuę et prenominatę Sancte Marie, ita ut habeant equaliter. Et concessit eidem Sancte Marie I morabetinum. Concessit Sancti Cucuphatis cenobio, de suo alodio de Kanalies, sicut dividit de ipsa via que vadit de Sancta Perpetua ad Sanctum Cucuphatem, omnia sua alodia que habebat de ipsa via aval, exceptus ipsum alodium quod iam dimisit superius Sancte Cruci[1] Sancteque Eulalię. Concessit eidem Sancti Cucuphatis cenobio omnes fevos quos tenebat per abbatem predicti Sancti Cucuphatis. Dimisit ad miliciam Templi Iherosolimitani et ad Hospitalem Iherusalem de suo alodio de Chanalies, sicut terminatur ab oriente in riera de Ulmeto, de meridie in via que pergit de Sancta Perpetua ad Sanctum Cucuphatem, ab occidente in riera de Chanalies, a parte vero circii in ipsa vieta que vadit de ipso torrente de Ulmeto et pergit ad ipsam rieram de Chanalies per ipsam pereram de Guillelmo Erumir. Dimisit ad sororem suam Sanciam domum suam de Chanalies cum omnibus suis alodiis que habebat in cunctis locis, exceptus ipsa alodia que superius dimisit domino Deo et sanctis suis; tali conventu ut si soror sua predicta obierit sine infantibus legitimis, remaneant hec omnia que ei dimisit ad filium qui fuit Mironis Riculfi, nomine Ursum. Concessit ad ipsum Ursum omnes fevos quos tenebat per Raimundum Renardi, ita ut teneat et habeat Poncius de Palomar per eum fevum de Vilascar, et mansum quod ipse habebat ad Sanctam Engratiam et molinum de Riopullo. Dimisit Guillelmo de Cerdaniola mansum de Rivo Pullo quod tenebat per Agnem. Concessit ad Guillelmum de Mogoda cavallum suum bag et decem morabetinos. Aliud suum avere donent sui manumissores per eum sicut melius viderint. Hoc totum ita ordinavit predictus testator in suo testamento XIIII kalendas decembris, anno II regni regis Ludovici iunioris, et post obitum suum sic stare mandavit. Deinde perrexit in Aragonem ubi gladio inimicorum percussus vitam finivit, X kalendas ianuarii eodem anno, immutata hac voluntate. Hanc igitur ipsius testatoris ultimam voluntatem nos, prescripti testes, sicut vidimus et audivimus et rogati ab ipso conditore extitimus, in prescripto altari, coram sacerdote et iudice et aliis testibus, veram essę fideliter corroboramus atque ex hoc aliter suam voluntatem non mutavit nobis scientibus.

Late conditiones V nonas maii, anno prescripto prefixi regis.

Guillelmi sacerdotis *(senyal)*, Poncii sacerdotis *(senyal)*, nos sumus huius rei testes et iuratores. Sig+num Berengarii de ipsa

Ruvira, Sig+num Bernardi Guadalli, Sig+num Geralli Raimundi, Sig+num Poncii de Palomar, Sig+num[2] Gaucefredi de Sancta Columba, nos qui sacramento presentes adfuimus. *(Senyal)* Mironis* iudicis. Guillelmus Raimundi* presbiter *(senyal)*.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *segueix* et, *ratllat.* 2. *Manquen els punts de la subscripció.*

750

1139, maig, 4

Testament. *Els esposos Rotllan i Agnès atorguen testament. Fan diversos llegats al monestir de Santa Maria de l'Estany, a diverses esglésies, als seus fills, al nebot Oliver Negre i a altres persones.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 31 de juliol de 1175. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 95, 228 × 330 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i d'algunes taques d'humitat.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 576, 663.

Origo[1] humane nature propter primi hominis culpam vita mortalis facta est ut nullus sit qui mortem evadere possit. Igitur, in Dei omnipotentis nomine, ego Rutilandus et uxor mea nomine Agnes, positus in extremis, tamen pleno sensu et memoria integra, eligimus manumesores sive distributores omnium rerum mearum mobilium et immobilium, videlicet domnus Artallus de Tord et Berengarius sacerdos, filius noster, et Olivarius Nicri et Mironi Guillelmi, quos amicos nostros ęssę cumfidiamus, ut ipsi plenam habeant potestatem post obitum nostrum manumisendi et distribuendi omnes res nostras quemadmodum exaratum invenerit in hac pagina. In primis, dimittimus corpus nostrum ad Sancte Marie Stagni simul cum animas, cum duos mansos quod vocant de Pug Alt et de Causela, cum illorum pertinentiis et affrontationibus que ad eosdem mansos pertinent vel pertinere debent. Similiter dimittimus eidem ecclesie iamdicta unum sacrarium quem habemus in sacraria Sancti Fructuosii. Dimittimus ad Sancti Fructuosii de Genebreda ipsum alodium quem tenemus de capellania, nominatum unum campum cum ferragenal, sub tali modo ut teneant filios nostros Petrus et Arnalli in vita illorum et reddant eidem ecclesie de ipsis f[r]uc[ti]bus quod ibi Deus dederit decimis et primicii et tascam fideliter; et post obitum eorum deveniat iamdicto alaudio

in potestatem eidem ecclesie sine mora; addimus in hac donatione eidem ecclesie Sancti Fructuosii, propter emendatione de iamdicto alaudio de capellania, pecia una terre quod tenet Bermundus de Villa Nova per nos, ut abeat iamdicta ecclesia post obitum nostrum, cum ipsas domos quod tenet Guillelmus Cixol, quem emimus de Gerallus Avaca. Dimittimus ad Sancti Ledugarii ipsa trila cum vinea, cum decimis et primicis de vineis quem ibi laboravimus, in dominio;[2] et decimis de nostris molendinis. Dimittimus ad Berengarius sacerdos, filius noster, mansum unum de Sola, videlicet quod tenet Bermundus de Villa Nova in terminio de Castelet, cum ipso manso quem abemus in parrochia Sancti Iuliani de Sorba, ipsum videlicet quod tenet Gerallus de Soler, cum ipso alaudio de Gramenoses qui est in faciem, ante Certanel. Dimitimus ad filia nostra Sicards mansum de Ruvira cum suis pertinentiis. Relinquimus ad filia nostra Beatrice duos mansos, videlicet que vocant de Lach et ipsum quod tenet Raimundus de Sala; et ipsos mansos sunt in terminio de Castelet. Dimittimus ad Bernardo, filius noster, medietatem de nostris alaudiis quem abemus in Castelet, exceptus hoc quod superius est scriptum, cum unum molendinum; sub tali modo ut abeat et teneat in vita sua, et post obitum suum deveniat medietatem de ipsa sua medietas ad Sancte Marie Stagni et alia medietas, si obierit sine legitimos infantes, deveniat in potestate Petrus et Arnallus, filius noster. Dimittimus Petrus et Arnalli, filii nostri, alia medietas qui remanet de nostro alaudio de Castelet. Relinquimus filii nostri iamdictis Petrus et Arnalli ipsum Castrum Terciol, cum ipsis fevis quem nos abemus per iamdictum castrum et ipsum fevum quem abemus per Taradel, et mansum de Certanel cum suis pertinentiis, qui est bene franchum, et ipsum fevum quem tenemus per Arnallus de Vilar et ipsum fevum quem tenemus per Castrum Cirvo et ipsum mansum de Crosa, quod tenet Bernardus, filius noster, in pignus per III moabetinos; et Petrus et Arnallus persolvant iamdictos moabetinos a Bernardi iamdicti et iamdictum mansum deveniat in illorum potestate. Dimittimus filii nostri iamdictis Petrus et Arnalli ipsum mansum de Munt Mag, videlicet quod tenet Aguiio. Relinquimus filia nostra Estefania ipsa vinea quem abemus in Sancto Michaele de Marters cum ipsa vexela quem ibi abemus. Dimittimus ad Olivario Nigri, nepotem meum Rutlando, alaudem nostrum quem habemus in Gurri et partes nostros in domos et ipsum alaudium de Vila Edrad; et teneat per filii nostri Petrus et Arnalli quo modo tenet per nos. Dimittimus ad Olivario que vocant Ross, ambos fratres, ipsis nostris directis

quem nos abemus in parochia Sancti Genesii de Taradel in diversis locis, ipsis directis quem ibi abemus vel abere debemus, propter amorem[3] filii nostri, ut fiant illi adiutorem et defensores contra cunctos homines vel feminas de illis honorem quem modo abeant et in antea adquisierant; ea videlicet racione ut si obierant Petrus et Arnalli iamdicti et filias nostras superius scriptas sine legitimos infantes, devenisset iamdictis alaudiis franchis quod nos dimittimus illis in ipsum testamentum in potestate Sancte Marie Stagni iamdicta, et iamdictum fiscum superius scriptum devenisset in potestate Olivario Nigri. Dimittimus ad Olivario Nigri iamdicti ipsum[4] fischum quem tenemus per Sicards, mile[te][5] de Pera, in Villa Adrover. Ego Rutilando et uxor mea Agnes relinquimus fillii nostri vel filie in baiulia Dei et beate Dei genitricis Marie et Guillelmus, prior ecclesie Stagni, et conventum eidem ecclesie et de domna Gincana et filios suos Berengario et Tedmario, ut fiant illi adiutores et defensores vel contra cunctos homines vel feminas. Et fratres vel sorores superius scriptis non habeant licentiam de suprascripta honore vindere nec impignorare nisi de unus ad alius nisi iamdicte Sancte Marie Stagni. Et si noluerint emere nec impignorationem accipere unus de alius nisi Sancte Marie Stagni habeant licentiam cui vel quibus voluerint. Et manumesores nostros iamdictis accipiant nostrum mobilem et faciant tres partes de pane et vino et de vascula maiora vel minora; et duas partes fiant de nos unum qui vivi remanent[6] et de nostros filios; et terciam partem qui remanent[7] faciant tres partes et siant duas Sancte Marie Stagni et terciam que remanent[8] dividant ad Sancti Fructuosii et ad suos clericos et ad Ospitale Ierosolimitano et ad opera Sancti Petri Vicensi sedis.

Actum est hoc IIII nonas mai, anno II regnante Leduico rege iunioris.

Sig+num Rutilandi, Sig+num Agneti, nos qui istum testamentum mandavimus, scribere iussimus, firmamus et testes firmari rogamus.

Sig+num Berengarius sacer *(senyal)*, Sig+num Artallus *(senyal)*, Sig+num Olivarii, Sig+num Mironi Guillelmi, nos [s]umus[9] testes. Sig+num Bernardi, Sig+num Arnalli, qui hoc laudamus et firmamus.

Raimundus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* quo supra.[10]

FUNDACIÓ NOGUERA

1. B *comença:* Hoc est exemplar fideliter translatum quod ita se continet. 2. *La darrera* i *corregeix* o. 3. o *afegida a la interlínia, corregeix* a, *ratllada*. 4. u *corregeix* a. 5. *Manca.* 6. *En lloc de* remanet. 7. *Ídem.* 8. *Ídem.* 9. *Manca*. 10. B *acaba:* Raimundus levita, qui hoc translatum facit II kalendas augusti, anno XXXVIIII rerni (*sic*) regis Ludovici iunioris, die et anno quo (*senyal*) supra.

751

1139, juny, 17

Arrendament. *Bernat Pere i Ramon Marcús, germans, arrenden a Pere Ricard un hort que tenen per ell en penyora, situat al burg de la ciutat de Barcelona, davant del Castell Nou, pel preu de sis morabatins anuals.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp.35, núm. 97 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac H, núm. 668), 80 × 196 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

a CONDE, *L'archivio*, doc. 90.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 555.

Sit notum cunctis quod nos ambo fratres Bernardus Petri et Raimundus logamus tibi Petro Ricardi ipsum ortum quem de te pignore tenemus in burgo civitatis Barchinonę, ante ipsum Chastrum Novum. Tali pacto ut teneas et possideas per nos eundem iamdictum ortum et per censum eiusdem orti tribuas nobis per unumquemque annum, in sollempnitate Pentecostes, VI moabitinos in auro sine engan. Quem iamdictum ortum tamdiu teneas quandiu nos voluerimus, et insuper, dum tu tenebis eum per nos, si non dederis nobis prescriptum annualem censum, habeamus eundem censum super predictum ortum sine nostro engan. Sicut superius scriptum est, sic ego Petrus Ricardi laudo et auctorizo et attendere convenio vobis iamdictis Bernardo et Raimundo et vestris per fidem, sine engan; et prescriptum censum si vobis annuatim non reddidero habeatis illum super prephatum ortum. Quem ortum liceat vobis imparare et tenere et possidere quandoque volueritis. Si quis hoc disrumpere presumpserit, in duplo componat.

Actum est hoc XV kalendas iulii, anno II regni regis Leduici iunioris.

Sig+num Bernardi Petri*. Sig+num Raimundi Marchucii*. Sig+num Petri Ricardi, qui hoc laudo et confirmo.

Sig+num Martini Orucię. Sig+num Petri Arberti. Sig+num Guillelmi Martini*.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

752

1139, juny, 20

Definició. *Pere Cava-roques renuncia a favor del monestir de Sant Joan de les Abadesses als drets sobre l'honor de* Bagatel *de la qual s'havia apropiat fraudulentament. A canvi, el monestir li concedeix la mateixa honor de per vida, excepte el mas on viu Miró Pere. A la mort de Pere Cava-roques, la meitat de l'honor retornarà al monestir i l'altra meitat restarà de per vida a un dels seus fills.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 98, 275 × 354 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació malgrat la presència de dos forats.

A' [Original no localitzat.]

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 363-365.

Presentibus et futuris hoc notum sit qualiter magna dissensio facta est inter ecclesiam Sancti Iohannis et canonicos fratres eandem regentes et Petrum Kavaroches et suos manutensores. Auferebat namque per violentiam predictum Cavaroches suum proprium alodium Sancto Iohanni et iamdictis fratribus. Et amonitus salubri amonitione virorum sapientum, recognoscens se male fecisse, venit per suam propriam volun[tatem] ad ęcclesiam Sancti Iohannis et in manu domni Petri abbatis, coram iamdictis fratribus, in presentia nobilium virorum clericorum atque laicorum, de Bernardo videl[icet Io]hannis de Sales et de Guilelmo Raimundo de Malan et de Bertrando de Bag et de Bernardo de Bestreca multorumque aliorum qui ibi presentes aderant. Et coram altare Sancti Iohannis confessus est illum honorem de Bagatel male possedisse et satisfecit et quicquid ibi habebat vel ulla ratione possidebat, totum sine ullo retentu dimisit. Predictus namque abbas et fratres canonicos ęcclesię Sancti Iohannis, tenentes et possidentes predictum honorem de Bagatel cum omni sua integritate sicut proprium alodium; retinuerunt in dominium unum mansum cum omnibus suis pertinentiis, ubi Miro Petri habitat. Alium vero honorem ad fidelitatem et ad servicium Sancti Iohannis concesserunt Petro Cavaroches,[1] tali modo ut teneat et possideat eum dum vivit; post obitum vero eius, sicut ipse per suam propriam voluntantem ordinavit, corpus eius recipiatur honorifice sicut canonicum fratrem ęcclesię Sancti Iohannis cum medietate prelibati honoris et etiam

cum sua portione suarum rerum mobilium; aliam vero medietatem, domnus Petrus prelibatus abbas cum comuni voluntate canonicorum fratrem consenciunt tenere uno[2] ex filiis de Petro Cavaroches, cui ipsi concesserint, ad fidelitatem et ad servicium Sancti Iohannis et canonicis fratribus dum vixerit; et post mortem eius revertatur totam, sine ulla diminutione et contradictione alicuius persone, in ius atque dominium Sancti Iohannis inrevocabiliter, cum unico filio de iamdicto Petro Cavaroches, quem ipse donat et offert ęcclesiæ Sancti Iohannis ut ibi vivat et serviat Deo sub normam et disciplinam beati Augustini omnibus diebus vite sue. Has vero concessiones quas solo usufructuario conceduntur prelibatis duabus personis, Petro scilicet Cavaroches[3] et uno[4] ex ipsius filiis, tali modo concesse sunt eis ut nullum habeant licentiam donandi, vendendi vel aliquo modo alienandi, sed solum, sicut premissum est, utendi fructus earum, sine peioramento prenominati honoris et sine dampno æcclesię Sancti Iohannis. Si quis hoc scriptum evacuationis atque assensionis ullo modo frangerit et legaliter fracta restauret et postea firmum permaneat.

Actum est hoc XII° kalendas iulii, anno II° regni Leudovico iuniore.

Sig+num Petri abbatis, qui hoc laudavit et firmavit testibusque firmari precepit. Sig+num Petri Cavaroches, qui hoc firmavit atque laudavit et testes firmare mandavit.

Sig+num Bernardi Iohannis de Sales. Sig+num Guillelmi Raimundi de Malan. Sig+num Bernardi de Bestreca. Sig+num Bertrandi de Bag. Sig+num Estephanie, uxoris predicti Petri Cavaroches. Sig+num Raimundi, filii eius. Sig+num Otonis, filii eius. Sig+num Aimerici, filii eius. Sig+num Gaucerandi de Sales. Sig+num Arnalli Iohannis, prolis eius.

Arnallus presbiter scripsit hoc sub *(senyal)* die et anno prefixo.

1. h *afegida a la interlínia.* 2. o *corregeix* i. 3. h *afegida a la interlínia.* 4. o *corregeix* i.

753

[1138, juny, 24/1139, juny, 23]

Capbreu. *Guillem, prior de Santa Maria de l'Estany, després d'adquirir el castell de Muntanyola, fa reconèixer i escriure els censos i drets que li pertanyien. S'hi afegeixen els capbreus de Catellterçol,*

Castellcir, Vic, Centelles, Sant Feliu de Planeses, Riudeperes i Vacarisses.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 101, 688 × 326 mm. Estat de conservació deficient a causa d'algunes taques d'humitat i de cera que afecten de manera especial la part superior i inferior.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 665. — SHIDELER, *Els Montcada*, pp. 154, 158, 159 i 171. — ZIMMERMANN, *En els orígens,* p. 112.

Document escrit a dues columnes.

(*Col. a*) Anno II regnante rege Leudoyco iunioris, venit castrum de Muntaniola cum omnibus terminis suis [in] potestate ecclesie Sancte Maria Stagni et clericis eiusdem, et Guillelmus prior recognovit censsis et usaticis qui tunc tempore exiebant et fecit eos scribere sicut Bernardus de Bosco et Bernardus Isarni et Guillelmus Galindo, baiuli, ei dixerunt:

In primis, mansum Bermon de Tres Serra, moltó I et quarters II de rixidons et cesta. Mansum de Pere Gocfre, perna I et par kaponum et tasca et kaseos III et kesta. Mansum de Ruvira cum suis pertinenciis, pernes II et par I kaponum et moltó I et tasca et kaseos III et kesta. Mansum de Val, quod Arnallus Guillem et fratribus suis tenent,[1] moltó I et kesta et III formaticos. Mansum de Terradeles, quod tenet Mir Oliba, quarter I de rixidons et tres kaseos et kesta. Et alium mansum de Terradeles, moltó I et kaseos III et kesta. Mansum de Pustics, quod tenet Bernard Erumir, quarter I de rixidons et tasca et kesta. Mansum de Berenger Lobet, tascha et kesta et parilios II^{os} caponum. Mansum de Vilar d·Odran, quod tenet Guiem Ramon, tascha et kesta et perna et par kaponum et kaseos III. Mansum de Vilar d'Odran, quod tenet Bonifilius, tascha et kesta et par kaponum et kaseos III. Mansum de Vilar d'Odran, quod tenet Bernard Ramon, tascha et kesta et perna et par kaponum et kaseos III. Mansum de Guifré, tascha et kesta et quarter I de rixidons et parilios[2] II de kapons et kaseos III et moltó I. Mansum de Solano, tascha et kesta et parilios II capons.[3] Mansum de Pug, quod tenet Pere Bernard, quarter I de rixidons et kesta et kaseos III. Mansum de Pintant et de Cama, quarter I de rixidons et kaseos III. Mansum de Riera, de locis quartum et de locis tascha, et porc I annuale et kesta et braciaticum. Mansum Sutirano, quod tenet Gerallo, quarter I de rixidons et par I kaponum et quartum et tascha de locis et kesta et caseos III; et molat medietatem de conductu que ibi fiat dispensatum, lavet medietate de vexela et braciaticum. Mansum de Ramon Guitza, de domenge tascha et braciatico; de alia laboratione tascha et kesta

et par kaponum et [a]lium[4] de gallinas; et molat alia medietas de conductu et lavet medietas de vexela et kaseos III. Mansum de Bosc, tascha et kesta et pernes III et moltó I et kaseos III. Mansum de Torrent, quod tenet Pere, par chaponum et opera et kavat et kaseos III.[5] Arbert de Riera, par caponum I. Mansum de Comes, quod tenet Bernard […],[6] quarter I de rixidons et par chaponum I et de logs quart et de logs tasca et bracia[ticum et] kesta. Mas de Munt, tasca et braciatico et kesta et par caponum I. De Serra Miga [… c]aponum[7] per duos annos et ad tercium sunt de vegers; et de hoc quod super nos laborant, tas[cam] et braciaticho. Et de sacerdotes Sancti Quirici, victus I; et de Taiadela alium; et de Serra Media quarter I de rixidons. Mansum de Aliberes, de logs quart et de logs tascha et bracioatico et porc I annuale et par caponum I et medietatem de mulino et kesta. Et mulino de Kintana, quartera I frumenti ad mensuram Vici. Et de mulino de Vinea Plana, quartum. Et de mulino de Bag, tascha et braciatico. Et mulino de Berenger Lobet, tascha. Et mulino de Mateu, tascha. Mansum de Arnat Pere, tascha et quarter I de rixidons. Mansum de Ysarn de Serra, tascha et kesta et pernes II et par ka[ponum … Mansum][8] de Arnad Monge, tascha et kesta et par de II[9] kapones et kaseos III. Mas de Guiem […][10] de Berenger, similiter. Mas de Rosel, tasca et kesta et moltó et perna et par [caponum et quartera][11] I frumenti. Mas de Font, quod tenet Petrus Raimundi, tascha et kesta et porcs III [… et][12] par kapons et kaseos III et miga[13] quartera frumenti. Mas Arsend […per]na[14] et moltó et par kapons et kaseos III. Mas de Berenger Guitart […II].[15] Mas de Pedriag, perna I. Mas de Sobre Kastel, quod tenet Ramon […][16] et de logs tascha et de totum braciatico, et porc I annuale et par [kaponum et … Mas de][17] Mateu, par gallinas. Guillelmus Raimundi de Vilar d'Ozran, par capons. Man[sum] de Cros, quod tenet Raimundus de Riera, par chapons. Mansum de Comes Ermes, par galli[nas...].[18] Mansum de Taiadela, qui sunt novelli, parilios II de capons. Mansum de Eralli, quod tenet Isarn de Serra, parilio I de capons et media quartera frumenti. Mansum de Palat Fred, parilio I de capons. G[uillelmus] Galin, alios. Pere Seniolf, alios.[19] De Frexaned, parilium I caponum. Et de Sagabel, alium. Et de Boxeda, alium. Et de Rossello de Villa Venrel, alium.[20]

Mansum de Urdines, qui fuit de Petrus Uzalardi, mitamus ibi porcel et habeamus medietatem; et quartum cum braciatico de pane et medietatem cum braciatico de vino et una cannada de vino[21] et I

par caponum. Mansum alium de Urdines, qui fuit de Bermon Mir, est in baiulia Sancte Marie Stagni; et de alodium quod ibi habuit Bermon Mir, quartum cum braciatico de pane et medietatem cum braciatico de vino et de molendinum.[22] Mansum de Curnudels, porc I[23] et quartum cum braciatico de pane et medietatem cum braciatico de vino. Mansum de Serra, qui fuit de Richard Arnad de Gurb et quod nunc tenet Petrus Sarraceni, propter molaritate quarteram frumenti; et post obitum eius erit solidium et liberum.

Hoc est breve de censis de Gariga. In primis, de Infermeles, par I capons et alium gallinas. De ipso ort de Pumpiano, quod tenet G[uillelmus] Modalel, par I capons. Mas de Bosco, ubi habitat Petrus G[uillelmi], par chapons; et ipse Petrus tenet eos per feu tantum in vita sua. Vidal, par capons. B[ernardus] Clos, par gallinas et porc a miges. B[ernardus] sacer, par capons et alium gallinas. Mas de Reg, par gallinas et porc a miges. Mas de Estepera, par gallinas.

Hoc est breve de legumina. In primis, Arnad de Munt Egues, punieres III de fabas. Guerat Bardoi de Infermeles, quartera fabas et quarter I olei et alium de mel. Mas de Taraschoni, migera I faves et quarter e mig olei; et pro columbario et domos et ipso campo, perna I precio XII denarios et par capons. Petrus Guillelmi, quartera I faves et quarter I olei. B[ernardus] sacer, quartera I faves.[24] Vidal, mig quarter olei. G[uillelmus] de Brui, pugeres III fabas et quarter I olei. Gerat Od, migera I faves et quarter I olei. Pere Poncius, quartera I faves et medium quarter olei. Mas de Estepera, pugeres III faves et quarter e mig olei. De mulí de Nogera, quarter e mig olei. De ipso mulino de Palaciolo, sextarium I de fabas et migeram frumenti ad festa sancti Felicis,[25] ad mesura de Granoiers; et de ipsum alaudium, quintam partem et perna I.[26]

In festivitate Sancte […][27] omnia de Ruvira [...][28] in parrochia de Garriga,[29] ad pugera recta de Vico, [...][30] olei in festivitate […],[31] ad mensura recta de Granoiers.

Mas [de Ullers], tres mugs e mig de segal et IIII sesters de ordi venals et III quartals de civada teendra et porc I, sicut alii de Pi, et vinctes I de moltó et parilium I de galines et IIII fogaces de ublies; et ad baiulum, quarter I de moltó et II fogaces et I migera de vi.[32]

(*Col. b*) Breve de Castrum Tercioli. Primitius,[33] potestatem de ipso castri; et pro censu, in festivitate Paskali, annuatim, migeram frumenti et II sextarios vini ad mensuram Vici et III obtimos arietes

cum duabus pernis obtimis carnis sus ille salse et III agnos et CC ova gallinarum. Similiter abemus ibi ecclesiam Sancti Fructuosi et cappellaniam et ecclesiam Sancti Iuliani, et exiit inde perna I et fogaces III et quartera cibaria quod donat clericum Sancti Iuliani; et ipsa parada quod abemus per archidiachono sunt solidos V, et donant ea a[m]bos[34] clericos. Mansum de Garriga, quod tenet Pitral, perna I precio XII denarios et par gallinas et quartera I ordei et alia espelta et media quartera frumenti ad mensuram Vici et XII denarios. Mansum de Avaca, quod tenet Iovan Oliba, perna I et par gallinas et fogaces IIII et migera vini, quartera I civada migera. Mansos de Munt, parilios III gallinas. Mas de Chintana, par I gallinas. Mas de Genebreda, porco I annualem et perna I et parilios II gallinas et fogaces IIII, quartera I civada. Mas de Saiol, par I gallinas. Mas de Rriu Cardones, perna I et par I gallinas. Mas de Corneio, par gallinas. Mas de Iugadoy, par gallinas. Mas de Cases Subiranes de Val, alium. Mas de Pedrosa, perna I precio X denarios et[35] quarta I forment.

Breve de Castrum Cirvo. Similiter potestatem de ipso castro; et in Paska, pro censu, migeram frumenti cum duas pernas et II^{os} arietes et somada I vinee. Manso que vocant Guiriberta, parilio I capons o gallinas et parilio I fogaces et quarta I forment; et inter ordeum et espelta quarteram I et dimidia, et XII denarios. Mas de Torrents, perna I et fogaces IIII et quartera et media ordei, et quartera I espelta et media forment, et moltó I et solidos II denarios.

Breve de Vico. Guillelmus de Riba, IIII^{or} paria caponum. Et B[ernardus] Esclua, II^{o} paria caponum.

Breve de Centeies. Baguliam in ipsas domos de Centeies; et in Pascha unam quarteram frumenti et unam ordei et perna I et par gallinarum cum emina obtimi vini, hec[36] omnia ad mensuram Vici.

Breve de Planicies. In primis, de Buschets, denarios VI et par I capons et tasca de pane et vino. De manso de Pere Sinfré, tasca de pane et braciatico; de vino quartum et braciaticum; et perna I precio X denarios et alberga de II^{os} clericos et illorum baiulo; et quarteras III civada ad illorum bèsties. Mansum de Casaca, par I capons et alberga sicut alia superius scripta; et de pane et vino sicut alium mansum superius scriptum. Et de sacraria Sancti Felicis, de ipsum sacrarium de Maria, capó I. Garsen, galina I. Ermengardis, capó I. G[uillelmus] de Balannano, alia. Bernard

Brico, par I gallinas. Chixol, gallina I. Ad Sanctum Saturninum, in uno anno galinas III, et in alio par II^{os} et puniera I civada. Et de ipsa terra quod habemus in monte Sancti Laurencii, tasca et braciatico et servicia de ipsis clericis.

Breve de Riudeperes. Mas de Trui, mig morabetí, par I capons; et de blad, quart cum braciatico;[37] et de vino, medietas et braciatico. Mas de Canals, mig morabetí et par I capons et medietas de peres et quart et braciatico de pane et vino. Et de ipsa casa qui est prope ipsum mansum de Kanals, par I[38] capons et alium de galines. Et de ipso campo, quart cum braciatico. Et una pecia terre habemus in Cochala. Et de trilia de Campo Seger, de pane, tasca et braciatico; de vino, quart et braciatico. De duos sacrarios[39] Sancti Martini, duo paria caponum. Et de ipso manso quod Arnallus Petri de Gurb donavit Sancte Marie in Guardia de Tannano, pars II capons et XII denarios et quart cum braciatico. Manso de Felgeres, par II capons et medietas de vino. Mansum de Taravela, porc I de tres solidos; et per sacrariis, duo paria caponum; et quartum et braciaticum de pane et vino. Mansum de Sancta Eugenia, quartum et braciaticum et II^{o} paria caponum.[40] Mansum de Serra, quod tenet Arnallus Cabater, quartum et braciaticum et I par caponum.

Breve de Vacherices. In primis, de Sala, perna I.[41] De isla de Arnal, alia et par gallinarum. Mas de Torrent, perna I et par gallinarum. Mas de Era Vedre, similiter. De Viladolms, pernas II. Carbonel de Clapers, par gallines. Lobet de Prad, par gallines; et ipse debet fodere ipsam vineam de Plano; et ut omnibus annis donet baiulum Sancte Marie migeram I ordei et emines III de vino et dimitat ei ipsas suas gallinas. De Rocheta, gallina I, propter ipsa aqua.

Anno II^{o} regni regis Leudovici iunioris.

Guillelmus, p[r]ior[42] ecclesie Stagni, cum consilio et voluptate omnium kanonicorum fratrum suorum, [fecit stabilita]tem ad honorem et utilitatem[43] ipsius ecclesie et clericis ibi in perpetuum manentibus. Dedit namque iamdictus prior, ex honore suprascripte[44] ecclesie, ad sacristania de Palacio de Vales, ipsum honorem[45] cum ipsos tres mansos qui sunt in Kastro Terciolo, ad ipsum Munt, et ipsum honorem quod Arnallus Petri de Gurb dedit ad ipsa sacristia in Rivum Meritabilis. Insuper, dedit omnia que ad ipsum altare venerit, exceptus panem coctum, quod ad opus cellarium retinuit; et ut ipse sacricustus de ipso pane accipiat, unde faciat lampare et

ecclesia […],[46] et inluminet ecclesia sicut melius potuerit,[47] nocte et die, et semper ardeat assi[due lampade in][48] dormitorio; et exinde habeat sacricustus in [...][49] ecclesia sicut melius potuerit.

Similiter, constituit iamdictus prior, cum consilio fr[atrum ...][50] unde […][51] kannonici, hoc est, ipsum honorem de Merles […],[52] et ipsum de Holone cum decimis [...],[53] et de Torredela, et de Mano[…],[54] exceptus hoc de Uzineles […],[55] et de Saguatoses; et si venerit de […][56] obediencias de ipsa elemosina que ibi fece[...][57] et faciat, si necesse fuerit, ipsam de[...][58] est constitutum terminum in festivitate Omnium Sanctorum, [...][59] antequam [...][60] et non liceat camararium aliquid de omni honore […],[61] exceptus hoc quod superius scriptum est, quod hodie habet et in ant[ea…][62] nisi fecerit iussionem prioris. Similiter constituit, cum consilio fr[atrum…][63] faciat achapte in ullo loco, nisi prepositus et sacricustus et opera[rius …][64] et Raimundus Bonifilius. Hec sunt nomina clerici qui modo mittimus in vestuario: Berengarius Bernardi et Guillelmus Bermundi, Artallus et [Beren]garius[65] prepositus, Petrus Guadalli et Bernardus de Torredela.

1. teneet *al text*. 2. *Entre* par *i* ilios, caponum *ratllat*. 3. capons *afegit a la interlínia*. 4. *Manca*. 5. et kaseos III *afegit a la interlínia*. 6. *Espai de quatre lletres, aproximadament, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí.* 7. *Espai de set lletres, aproximadament, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 8. *Espai de 37 mm, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 9. II *afegit a la interlínia*. 10. *Espai de 35 mm, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 11. *Espai de 30 mm, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 12. *Espai de 20 mm, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 13. *Entre* g *i* a, er *ratllat*. 14. *Espai de 37 mm, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 15. *Espai de 37 mm, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 16. *Espai de 38 mm, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 17. *Espai de 23 mm, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 18. *Espai de 25 mm, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 19. *Segueix* Mas de Monge alios. Mansum de Berengarii de Vila Saburid, alios. G[uillelmus] Ansolpf, alios. Notum sit a cunctis quia Raimundus Guillelmi Montis Catano et Bernardus archidiachonus, fratre suo, sive Renardus Guillelmi de Roca habebant kastrum de Montaniola [… perer], *ratllat*. 20. De Frexaned parilium … Venrel alium *afegit per una mà posterior*. 21. et una cannada de vino *afegit a la interlínia*. 22. *Segueix un espai en blanc de 60 mm*. 23. *Segueix un espai en blanc de 15 mm*. 24. faveves *al text*. 25. ad festa Sancti Felicis *afegit a la interlínia*. 26. et perna I *afegit per una mà posterior.* 27. *Espai de sis lletres, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 28. *Espai de quatre lletres, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 29. in parrochia de Garriga *afegit a la interlínia*. 30. *Espai de tres lletres, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 31. *Espai de 25 mm, il·legible a causa de les taques d'humitat del pergamí*. 32. mugs e mig de segal … I migera de vi *afegit per una mà posterior.* 33. Primitutus *al text*. 34. *Manca.* 35. et *afegit a la interlínia.* 36. eh *al text*. 37. quart cum braciatico *afegit a la interlínia*. 38. I *afegit a la interlínia*. 39. rios *afegit a la interlínia.* 40. Mansum de Taravela … IIº paria caponum *afegit per una mà posterior.* 41. *Segueix* g, *ratllada.* 42. *Manca.* 43. et utilitatem *afegit a la interlínia*. 44. *La segona* p *afegida a la interlínia.* 45. ipsum honorem *afegit a la interlínia*. 46. *Es-*

pai de set lletres, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta. 47. er *afegit a la interlínia.* 48. *Espai de vuit lletres, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 49. *Espai de 75 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 50. *Espai de sis lletres, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 51. *Espai de 65 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 52. *Espai de 90 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 53. *Espai de deu lletres, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 54. *Espai de 90 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 55. *Espai de 100 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 56. *Espai de 85 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 57. *Espai de 75 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 58. *Espai de 80 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 59. *Espai de deu lletres, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 60. *Espai de vuit lletres, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 61. *Espai de 40 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 62. *Espai de 30 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 63. *Espai de 30 mm, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 64. *Espai de set lletres, il·legible a causa d'una taca d'humitat que ha provocat l'esvaniment de la tinta*. 65. *Espai de quatre lletres, aproximadament, il·legible a causa d'un estrip del pergamí*.

754

1139, setembre, 14

Donació. *Arnau, bisbe de Barcelona, dóna al monestir de Santa Maria de l'Estany l'església de Sant Esteve de la Garriga i les seves sufragànies*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 102, 233 × 411 mm. Bon estat de conservació malgrat alguns petits forats als marges i als plecs.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 143.

Omnibus scire volentibus pateat qualiter, in Dei nomine, ego Arnallus, Dei gratia Barchinonensis sedis episcopus, una cum conventu cannonicorum michi comisso, sicut mos ecclesiasticus est et kannonicum maiorum ecclesiarum dare et bene facere minoribus, concedimus domino Deo et ecclesie Sancte Marie Stagni et Guillelmo priori et successoribus suis et clericis ibidem regulariter degentibus perpetim, ad habendum et possidendum, ecclesiam scilicet Sancti Stephani de ipsa Garriga cum decimis et primiciis et oblacionibus universis et cum omnibus que eadem ecclesia Sancti Stephani habere videtur vel deincebs iuste assequi poterit; et cum sufraganeis ecclesiis quas habet ecclesiam, videlicet Sancti Petri de Valle Charchara et ecclesiam Sancti Christofori de Munt d'Egües, et

ecclesiam Sancti Pauli de Munt Man et ecclesiam Sancti Gervasii, cum decimis et primiciis et oblacionibus cunctis et cum omnibus que prelibate ecclesie modo videntur habere vel quocumque modo deincebs iuste assequi poterint, ad faciendum exinde quicquid ad honorem Dei facere, stabilire ac disponere voluerint prior et clerici prephati loci Sancte Marie Stagni, salvo iure et reverencia Barchinonensis episcopi et sedis. Retinemus namque in predicta eclesia Sancti Stephani ipsam[1] sinodum. Si quis aliqua utriusque sexus persona ista scriptura infringere voluerit, cum Iuda traditore in inferno damnetur.

Actum est hoc XVIII kalendas octobris, anno tercio regnante rege Leudovico iunioris.

Si+gnum Guillelmi,* Barchinonensis episcopi +.[2] Arnallus*, Dei gratia Barchinonensis ecclesie episcopus *(senyal)*. Signum+ Petri*, primicherii atque levita. Sig+num Berengarii*, levita. Sig+num Bernardus Berengarii*, degani. Sig+num Raimundi Bernardi*, subdiachoni. Sig+num Guillelmi Rodlandi.* Signum+ Bernardi*, subdiachoni. Raimundus*, Dei gratia Ausonensis episcopus. Signum+ Petri Redortensis*, subdiachoni. Signum+ Ermengaudus*,[3] sacer. Signum+ Petri*, archilevite. + Ermengaudus*, gratia Dei Sancti Cucuphatis abbas. Sig+num Ugonis*, subdiachoni. Signum+ Berengarii de Terracia.* Signum+ Berengarii*, levita. Sig+num Poncii*, subdiachoni.

Guillelmus prior, qui hoc scripsit die et anno quo supra *(senyal)*.

1. *En lloc d'*ipsum. 2. *La subscripció del bisbe Guillem [de Torroja] (1144-1171) hauria estat feta uns anys més tard.* 3. Eermengaudus *al text*.

755

1139, setembre, 18

Definició. *Bernat de Sorribes, la seva esposa Guilla i el seu fill Ramon renuncien a favor de l'orde del Temple, en mans del seu ministre Pere de Sarrovira, als drets sobre la batllia i la força que tenen al mas Sargantana.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 103, 114 × 237 mm. Bon estat de conservació.

In Christi nomine. Ego Raimundus de Subripas et Guila uxor mea et filius noster Raimundus, ut Deus dimittat nobis et parentibus nostris peccata nostra, solvimus, guirpimus et diffinimus, sine enganno et sine omni retinemento, totam illam baiuliam et

illam forciam quam habebamus et demandabamus in manso de Sargantanes, quem tenet Ermengardis et filii sui et heredes eorum, videlicet Guillelmus Bradila et infantes sui. Totam istam predictam baiuliam et forciam quam in isto manso et in hominibus ibi manentibus habebamus et demandabamus, solvimus, guirpimus et diffinimus cum hac carta in manu Petri de ipsa Rovira, militię Templi fratris et ministri, ita scilicet ut ab hoc die et tempore in antea fratres Templi habeant et possideant hunc predictum mansum et homines, et quicquid inde facere voluerint, in Dei nominee, liberam et plenissimam habeant potestatem, absque nostra nostrorumque successorum aliqua inquietudine. Si vero aliquis homo vel femina hanc nostram diffinitionem et absolutionem requirere vel demandare voluerit, non valeat vendicare quę presumserit, sed hęc omnia dupla et meliorata militibus Templi componat. Et in antea huius diffinitionis[1] scriptura semper maneat firma.

Quę est acta XIIII kalendas octobris, feria IIª, anno Dominicę Incarnationis millesimo Cº XXXº VIIIIº.

Signum+ Raimundi de Subripas, Signum+ Guilę uxoris eius, Signum+ Raimundi filii eorum, nos qui hanc diffinitionem[2] et absolutionem facimus et hanc cartam fieri iussimus, firmavimus et testes firmare rogavimus.

Signum+ Guillelmi de Subripas. Signum+ Bernardi de Subripas. Arnallus* sacerdos *(senyal)*. Signum+ Berengarii Bernardi de Torello. Raimundus* sacerdos *(senyal)*. Signum+ Paravi. Bernardus* sacerdos +.

Signum+ Petri levite, qui scripsit die et anno quo supra.

1. *La quarta* i *afegida a la interlínia.* 2. *La primera* i *corregeix* e; *la segona corregeix* a; *la tercera* i *afegida a la interlínia.*

756

[1139], octubre, 21

Jurament de fidelitat. *Ramon Bernat, fill de Guilla, jura fidelitat a Guillem Ramon II, senescal, i al seu germà Odó, fills d'Agnès, per la fortalesa de les Feixes.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 104, 97 × 183 mm. Estat de conservació deficient a causa de l'esvaniment de la tinta, d'algunes taques d'humitat i de la mutilació de la part inferior esquerra.

Iuro ego Raimundus Bernardi, filius Guie femine, tibi Guillelmo Raimundo, dapifero, et Otoni fratre tuo, filiis Agnetis femine, quod ab hac ora et deincebs, quandiu vixero, fidelis ero vobis de ipsa forteda que exierit [ad] ipsis Fexis, sicut homo debet esse de suo meliori seniori, tali modo ut non exiat vobis aliquid dampnum de predicta fort[eda]. Si forte, quod absit, aliquid damnum vobis exierit de prefata forteda, totum vobis emendabo sicut feceritis mihi vestris hominibus iusto iudicio iudicare usque ad XXX dies post quam amonitus fuero a vobis; et abeatis exios et regressios in predicta forteda [necnon] ad guerregandum contra omnes homines vel feminas […].[1] Sicut scriptum est superius, tenebo et atendam vobis [per Deum et hec sancta].

[Quod] est actum XII kalendas nubembris, anno [III] regnante Lodovico regis iuni[or]is.

[Sig+num Raimundi Amati, qui hoc scribo] et firmo et mea propria manu iuravi.

1. *Espai de 17 mm, il·legible a causa del mal estat del pergamí.*

757

1139, octubre, 24

Donació. *Guillem Isarn i la seva muller Bonadona donen al seu fill A[rnau] Guillem i a la seva esposa Guilla tota la seva honor, els masos que tenen per Sant Benet de Bages i per Santa Maria de l'Estany i la mallola de Solà, tot situat al terme del castell d'Oló, a Vilamorena, amb la condició que ho tinguin al servei dels donants i dels seus senyors.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 31 de gener de 1246. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 105, 144 × 202 mm. Bon estat de conservació.

In[1] nomine Domini. Ego Guillelmi Ysarni et coniux mea Bonadona. Per hanc scripturam donacionis nostre donamus nos A[rnallo] Guillelmi filio nostro et ad coniux eius Guilla ipsa honore que nos habemus vel habere debemus in cunctisque locis, sive casas, casalibus, ortis, ortalibus, terris et vineis, cultis et ermis, cum illorum arboribus, p[r]attis,[2] pascuis, silvis, garricis et cum ipsa tota vexela maiore vel minore; et ipsum mansum quem tenemus per Sancti Benedicti, totum ab integrum; et ipsum mansum quem tenemus per Sancta Maria in Stagno; et medietate de ipsa maiola

de Sola. Et teneatis et habeatis ad servicium de patre meo et de matre mea et de seniores nostros. Quod si ego A[rnallus] obierit quod non habet infantis de coniuge mea Gilla, potestatem abent de prendere ipsum ad laudacionis amicis suis. Et si ego Gilla obierit quod non habet infantis de virum meum,[3] pater et amicis meis recuperavit ipsum totum exovar et medium tantum. Et abet afrontaciones ipsas honores iamdicta, de parte orientis[4] ad ipsa gariga de Ollone, de meridie in Belvedi, de parte vero circi in Tres Vicos, de occiduo in Aquilatio. Quantum infra istas quatuor afrontaciones includunt, sic donamus nos vobis, sine nullis malis ingeniis, quantumque nos habemus vel abere debemus in cunctisque locis. Et est ipsa honore in comitatu Minorisa, in apendicio de castrum Olo, in parrochia Sancti Iohannis, in loco nominato Vila Morena. Et qui voluerit dirrumpere, [a vestro] non valeant, sed in duplo componant cum omni melioracione. Et in antea ista donacione firma permaneat omnique tempore.[5]

Facta ista carta donacionis VIIII kalendas novembris, annos III regni regi Leduvici iunioris.

Sig+num Guillelmi Ysarni, Sig+num Bonadona, nos qui ista carta donacionis facimus scribere et manus nostras firmare et testes firmareque rogamus.

Sig+num Ramon filio nostro. Sig+num Sicardis. Sig+num Ermesen. Sig+num Maiasen. Sig+num R[amon] Isarni. Sig+num R[amon] Guillelmi procurator. Sig+num Ramon Pere.

Ermengaudi clerici, qui hoc scripsit die et anno quo su*(senyal)*pra.[6]

1. B *comença:* Hoc est translatum pridie kalendas freboarii fideliter translatatum, anno Domini MºCCºXLº quinto. 2. *Manca.* 3. *Segueix* et, *sense cancel·lar.* 4. *La primera* i *corregeix* r. 5. Et qui voluerit dirrumpere… permaneat omnique tempore *escrit, en el trasllat, a continuació de la data.* 6. B *acaba:* Ianuarius Bugeressa, qui hoc translatavit et suum sig(*senyal*)num apposuit.

758

[1137-1139, octubre, 27]

Carta. *Reverter, vescomte de Barcelona, escriu al comte Ramon Berenguer IV de Barcelona dient-li que no té res a veure amb els danys que li causen des del castell de la Guàrdia de Montserrat, atès que l'havia donat al seu nebot Guillem amb la condició que des d'aquesta fortalesa no fes mal a ningú.*

A [Original no localitzat.]
B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 25 (*olim* arm. 10 Manresa, sac Q, núm. 393), 260 × 185 mm. Bon estat de conservació.
a *CODOIN*, IV, doc. CLVII.
b RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 174 (amb data de 1138).

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 440. — FRANK, *Reverter*, p. 197 i s. — RUIZ-DOMÉNEC, *Las cartas de Reverter*, p. 93 i s. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 173.

Datem per l'any de la rebel·lió de Bernat de Guàrdia i pel document núm. 761, en el qual el comte retorna els béns a Reverter.

Raimundo Berengarii, comite Barchinone et marchio atque princeps regni Aragonis, Reverterius, tuo fidelis homo atque miles, vicecomite Barchinona, salutem in Christo. In rei veritate sciatis quod ego sum vester fidelis homo et vester fidelis amicus et sum paratus ad vestrum servicium facere nocte ac die ubi ego poscham, sine nullo engan. Et iterum vidi vestras literas quod de mea honore atque de meo castro de Guardia exiebat vobis senior magnum malum et de hoc sum fortiter iratus atque tristis. Et sciatis vos senior quia non est meum sensum neque meum intellectum ut de me neque de mea honore exiat vobis male, quia ego senior tantum sum culpabile Deo, non est opus quod de mea honore exiat male ullo homini aut ullo meschino. Et sciatis vos senior quando venit a me meo nepoto Guilelmo et donavi ille castro de Guardia, mandavi ille quod non exisset inde nullum malum et ipse convenit mihi cum suas proprias manus mihi iuravi et postea in ipsa conveniencia fuit meus homo atque de meo filio. Deinde facio vobis magnas gratias quando vobis placet dicere de ipsa honore que mea est, quod ego senior non habeo nichil in ipsa honore nisi pro amore Dei et tua. Et sciatis vos senior quod ipsa mea honore non est mea, set est vestra quia ego vestri baiuli sum de ipsa. Et rogo vestram mercedem in ipsa tota mea honore ut faciatis ibi totum vestrum libitum sicut potestis facere in vestra dominicatura. Et si in ipsa mea honore est nullus homo qui non voleat facere vestram voluntatem, accipite eum et mitite eum in manicis ferreis et mitite eum ad me ad Marrochs et ibi facio vobis directum que vobis placuerit. Et rogo Deum ut iam non donet mihi nullum avere neque nulla honore neque nullos homines qui non fiant ad tuum servicium atque ad tuum mandamentum. Et facio vobis magnas gratias de consilio quod mihi donastis de ipsa Guardia. Et ego si Deus vult stabiliero illa ad tuum servicium quando ibit Robertus in vestram patriam. Et rogo vos senior pro Dei amore et summa amicicia de meos nepotos qui sunt captos in tradicione, ut sit

vestra mercede ut recuperetis eos et mihi donetis, quia ego scio senior quia nepoti mei non sunt membrati et sunt stulti et folli, sunt vestri milites atque ad vestrum servicium. Et preco vos ut sitis memor de ipsa tradicione atque bodia et veniat vobis in mente quia fuit facta in vestra patria unde semper erit in mala fama et fac de ipsa bodia sicut teneant tibi toti tui homines per seniore et potestate ut non rememorent de ista antiqua tradicione. Et de ipsa parabula quod Raimundus de Castelet vobis dixit ex mea parte non demando vobis per meum servicium set per meliorare ad vestrum servicium et quod potuisset servicium a Deo facere. Iterum facio vobis senior magnas gracias de toto vestro affectu quod mihi misistis scriptum unde mihi magnum gaudium est quod si acaptasset magnum avere. Et rogo vos ut quando inveneritis vestra facienda bene super vestros inimicos faciatis mihi scire per vestras literas et mitite ipsas[1] ad Cidamon et ipse mihi mitere faciet. Et ipsa ora inveniam parabulas quales debeo offerre ante reges et presides sicut miles humilis ad dominum facit. Valeat michi dileccio vestra.

1. ipsas *afegit a la interlínia*.

759

[1137-1139, octubre, 27]

Carta. *Reverter, vescomte de Barcelona, escriu al comte Ramon Berenguer IV de Barcelona i li prega que cregui el que li dirà de part seva Robert i que li retorni els seus béns.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 7 (*olim* arm. 10 Manresa, sac Q, núm. 370), 215 × 190 mm. Bon estat de conservació.

a *CODOIN*, IV, doc. CXLII.

b RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 173 (amb data de [1138]).

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 64. — FRANK, *Reverter*, p. 197 i s. — RUIZ DOMÉNEC, *Las cartas de Reverter*, p. 93 i s. — BENSCH, *Barcelona*, p. 123.

Datem per l'any de la rebel·lió de Bernat de Guàrdia i pel document núm. 761, en el qual el comte retorna els béns a Reverter.

In nominę Domini. Raimon Belengerius, cons[1] Barcellonia et rex Aragon. Ego Reverterius, vexconte Barchilonensis, fidele tuo et amico tuo et vassallo tuo, salutem et dilectam amiciciam conmmo a domino meo et seniore meo et amico meo. Sciatis quia sum vestro amico et fidelem vestro ubi sum. Et sciatis quia ego mitto vobis Roberto, vestro homo et meo fidele, et illo dicet vobis de

parabola que ego non posso scribere. De parte meo honore, hoc est Granera, precor te ut[2] revertet in manus de Roberto si commo la prese de sua man Belenger. Et rogo vos, carisimo domino meo, de Granera et de toto meo onore[3] ut faciatis[4] poderoso Roberto ut mandet omnia a tuo servicio et meo; quia se Roberto manda meo honore, ego mando; et se Roberto non mandat hoc quod sc[r]ipsimus,[5] ego non mando. Et sciatis carisimo domino meo et seniore meo quia quando vidi[6] vestro clamor de parte meos nepotos et meos homines de vestra contraria, certe sciatis quia ego sum inde multo dolente quia tibi facet contraria non est de me. Et de parte d·Apiera ego habeo[7] preso conscilio commo seia redemuda ad tuo servicio, et rogo[8] te ut defendas illa si commo est opus. Et sapiatis quia Roberto ad imparare za Guardia et se ego non poseo a tuo servicio tenere illas,[9] quas set mihi testes ut deribet illa. Et clamor vos, domino meo, de parte meo forno qui est in Barcellona, quia inparavet illo filios de Petro Bernar Marcux a torto, quia la frachera[10] que illi dizere que debet ibi habere et pan cozere certementem quia fecerit ibi casa in dies patris mei et ego derocavit illa quia ego conmonivit illos in dies patris me et non atorgavit illo umquam neque lo forno neque las casas. Et rogo vos ut me adobetis illo quia ego comonivi ad Wilielmus Raimon moneder, per cui illos lo demandavi davanter vestro patre.[11] Et ego[12] voleo que Roberto inpare toto meo honore Castel Novo et toto lo altero ut mittas in illos meos homines, que quando Roberto tornera[13] a me que ego scia ut meos homines teneant meo honore a tuo servicio. Et rogo vos, domino meo, de Cabreira que vos mihi mandasti ut liberetis illa ad Roberto a servicio de Dei et tuo. Et rogo vos ut me liberetis illa de Mir Wilielmus, et Robert lo pagarà a vestro mandamento. Valete.

1. *En lloc de* comes. 2. ut *afegit a la interlínia.* 3. *La primera* o *afegida a la interlínia.* 4. *Segueix un espai de dues lletres, aproximadament, raspat*. 5. *Manca*. 6. di *afegit a la interlínia.* 7. o *afegida a la interlínia.* 8. g *corregeix* i. 9. illas *afegit a la interlínia.* 10. *La primera* a *corregeix* e. 11. vestro patre *escrit a sobre d'una raspadura.* 12. *Segueix un espai de quatre lletres, aproximadament, raspat.* 13. or *corregeix* [a]

760

[1137-1139, octubre, 27]

Carta. *Reverter, vescomte de Barcelona, demana al comte Ramon Berenguer III que li retorni les seves honors.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 33, sense data, núm. 13, 130 × 255 mm. Bon estat de conservació.

a RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 168 (amb data de [1126]).

Cit. BOTET i SISÓ, *Les monedes,* p. 55. — FRANK, *Reverter*, p. 197 i s.

Datem per l'any de la rebel·lió de Bernat de Guàrdia i pel document núm. 761, en el qual el comte retorna els béns a Reverter.

Reverentissimo domino meo Raimundo Berengarii, comes Barchinona. Revertarius, vicecomite Barchinona, salutem in Christo. Scias karissime senior in rei veritate quomodo multum desidero videre te et magnas gratias tibi facio de vestras literas quod mihi misisti. Et precor te, senior mei, ut mihi reddas mea honore, quatinus si tibi placet ut mihi reddas, ego stabilibo sic cum Raimundo Fulconi de Cardona et cum meos homines quod hoc servicium quod ego tibi, senior mei, facere debeo ut illi sic faciunt ut vos per honorabitum tenebitis et mihi gratias habebitis. Et ego in ac parte ubi ego sum sic contineam de vestrum sevicium quod vos mihi gratias haberitis. Et queso ego vos senior[1] meus, si tibi placet, ut sitis gubernator et defensator de mea honori quod ego habeo in cunctis locis, q[u]atinus[2] in rei veritate scias quod de vita mea nulli homini nec nulla femina ipsa mea honore non laudo si non ad ipsos meos homines qui ipsa honore perhabent. Et si per hoc mandamentum nulli homini nec nulla femina male voluerit facere in ipsa honore, ego precor te, senior mei, quod vos sitis defensator. Deinde rogo vos, senior mei, de meum domingum de Grua, de mei baiuli nomine Raimundum, ut sitis gubernatori et defensatori. Et si tibi opus fuerat, accipe hoc totum quod ibi fuerat quod tuum dominicum. Et sciatis vos, senior, quod mihi dictum est de meum dominicum de Apiera, quod ego per vos teneo, inpignoratum erat; et si vere est, precor te ut mihi reddas et in manu baiuli mei mitas. Et quod Arbertus dixerit tibi de mea parte,[3] hoc certe crede. Valete.

1. r *afegida a la interlínia.* 2. *Manca.* 3. e *corregeix* a.

761

1139, octubre, 27

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, confirma al vescomte Reverter el vescomtat de Barcelona i li encomana els castells de Piera, Castellolí i Cabrera d'Anoia, i el monestir de Sant Cugat del Vallès. A canvi, Reverter promet que serà home soliu i fidel del comte.*

A [Original no localitzat.]
A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 106, 223 × 467 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.
B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, II, f. 353.]
a *CODOIN,* IV, doc. XXX.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 341.
c RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 176.

Cit. PUJADES, *Crónica,* VIII, p. 360. — BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 453, 494. — CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 265. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 40, 99. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 52. — KOSTO, *Making agreements,* p. 226. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 173.

Sit notum presentibus atque futuris quod ego Raimundus Berengarii, Barchinonensis comes et marchio ac princebs Aragonensis, dono tibi Reverterio, vicecomiti Barchinonę, totum ipsum vicecomitatum Barchinonę cum omni honore eidem vicecomitatui aliquo modo pertinente, totum integre, sicut melius umquam illum habuit et tenuit in vita sua Udalardus vicecomes per Raimundum Berengarii, comitem Veterem. Comendo iterum tibi iamdicto Reverterio castrum de Apiera et dono tibi omnes fevos iamdicto castro[1] pertinentes, tali scilicet modo, simul cum ipsis militibus predicti castri, cum tota ipsa mea dominicatura quam ibi habeo vel habere debeo vel homo per me. Comendo iterum tibi ipsum castrum quod dicitur Castel Oduli et dono tibi omnes fevos sibi aliquo modo pertinentes, cum ipsius castri militibus cunctis. Comendo etiam tibi ipsum castrum quod dicitur Cabrera et dono tibi omnes fevos eidem castro pertinentes, tali scilicet modo ut eiciam de ipso castro de Cabrera ipsos castlanos Mironem Guillelmi et Guillelmum de Monte Boi quando tu predictus Reverterius mihi mandaveris. Quod si tu[2] predictus Reverterius volueris quod prephatus Miro Guillelmi habeat per te ipsum castrum et ibi eum remanere volueris, ego faciam tibi convalentem emendacionem ipsius castlanię honoris in Terracia vel in loco ubi tu ipse vel tui per te melius habere voluerint. Super hec omnia, dono tibi monasterium Sancti Cuchuphatis in Vallense, cum omnibus honoribus eidem cenobio pertinentibus simul cum ipso senioratico quem habeo vel habere debeo in prephato cenobio et eius honoribus. Prephatam siquidem emendacionem ipsius castlanię de Cabrera, si recipere velles, modo prescripto facerem tibi ad laudimium Raimundi Fulconis et tui hominis Rodberti et Berengarii Raimundi, Barchinonę vicarii. Omnia superius scripta dono ac firmiter laudo ego Raimundus, comes prescriptus, tibi iamdicto Reberterio filiisque tuis et succedenti i[n][3] tuę proieniei, ut habeas ea, teneas et

possideas, tu et proienies tua, per secula cuncta, ad fidelitatem et servicium meorum et successorum meorum. Propter hanc quoque donacionem superius comprehensam, convenio ego Reberter tibi seniori meo Raimundo, comiti Barchinonensi, quod sim tuus homo solidus et fidelis contra cunctos homines vel feminas, sicut homo debet[4] esse de suo meliori seniore, per rectam fidem, sine engan; et faciam tibi vel fieri faciam ostes et cavalcadas, cortes et placitos et seguimenta; et quod reddam tibi pronominata[5] castra vel reddi faciam, iratus aut pachatus, cum forifactura et sine ea, per quantas vices ea a me requisieris per te vel per tuos. Si quis presentem donacionem disrumpere temptaverit, nichil omnino proficiat, set duplam composicionem persolvat. Et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore.

Quod est actum VI kalendas novembris, anno Dominice Incarnacionis C XXXVIIII post millesimum regisque franchorum Ledovici iunioris anno III.

Signum+ Raimundi comes, qui hoc firmavit testesque firmare rogavit.

Sig+num Arberti de Apierola. Sig+num Rodlandi, fratris eius. Sig+num Guillelmi Montis Pessulani. Sig+num Berengarii Raimundi, Barchinonensis vicarii. Sig+num Rodberti, hominis Reverterii. Sig+num Guillelmi de Subiratis. Sig+num Bertrandi de Casteleto. Sig+num Poncii de Monte Lauro. Sig+num Raimundi de Barberano. Sig+num Artalli de Castello Novo. Sig+num Berengarii, filii Berengarii Raimundi. Sig+num Petri Raimundi de Villa de Man. Sig+num Deusde de Tamarito. Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Guillelmi Raimundi, senescalc. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Petri Bertrandi de Bello Loco. Sig+num Bernardi, Berengarii Barchinonensis ęcclesię cannonici.

Signum+ Poncii, scriptoris comitis, qui hoc illius iussione conscripsit die annoque prescripto, suprapositis literis in linea III.

1. castro *afegit a la interlínia*. 2. t *corregeix* [p]. 3. *Manca*. 4. *La primera* e*, afegida a la interlínia, corregeix* o*, sense cancel·lar*. 5. *En lloc de* prenominata.

762

1139, novembre, 21

Donació. *Berenguer Guadall d'Aguiló dóna al monestir de Santa Maria de l'Estany l'alberga que ell i Bernat d'Aguiló tenen a mitges a*

Torroella, a l'alou de Sant Pere d'Orriols i a les seves vinyes, que són alou del monestir.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 107, 131 × 146 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Berengarius Gadalli de Agilo donator sum domno Deo et ecclesie[1] Sancte Marie Stangni. Per hanc scripturam donacionis męę dono eidem ecclesie ipsa mea alberga que ego abeo cum Bernardo de Agilo medium per medium, cum ipso servicio, meam partem. Quam abemus in Torredela, in alaudio de Sancto Petro de Uriols et in ipsas suas vineas. Et istas vineas cum alaudio sunt intus alodio[2] Sancte Marie Stagni. Hec omnia mea dona facio ego propter dominum Deum et remissionem omnium peccatorum meorum et pro animabus de omnibus parentibus meis et pro anima uxori męę nuper defunta, que fuit condam. Si quis ista scriptura spontanęę męę donacionis inrumpere temtaverit, quadruplo componat et, nisi se correxerit,[3] cum Iuda traditore in i[n]ferno[4] damnetur.

Actum est hoc XI° kalendas december, anno III° re[g]ni[5] regis Ludoyci iunioris.

Sig+num Berengarius Gadalli, qui ista donacione fecit scribere et firmavi et testes firmare rogavi.

Sig+num Ramon Utzalgarii. Sig+num Mir Guillelm. Sig+num Bernardo de Agilo. Sig+num Petri de Agilo.

Arnallus sacerdos, qui scripsit die et anno q[u]o[6] *(senyal)* supra.

1. eccelesie *al text*. 2. o *afegida a la interlínia*. 3. *La primera* r *afegida a la interlínia*. 4. *Manca*. 5. *Manca*. 6. *Manca*.

763

1140, febrer, 14

Venda. *Guilla i els seus fills Berenguer, Joan i Guilla venen a l'orde del Temple una peça de vinya a Palau-solità, pel preu de sis diners.*

A ACA, Cancelleria, Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 108, 97 × 273 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Guilie et filiis meis Berengarium et Iohann et filia mea Guilie, nos, simul in unum, vinditores sumus[1] ad Sanctum Templum et ad ipsam suam kavalleriam et suis fratribus, id sunt, Petrum magister de Ruira eiusdem loci de Palacii et

Raimundum Iaudcperti et Raimundi Arnalli et Poncium sacer et Arnallum et Iohannem. Per hanc scripturam nostre vinditionis vindimus vobis peciam I vinee quod nos habemus super vos ad ipsum planum. Qui advenit nobis per plantam et per omnes voces. Et est in comitatu Barchinonensium, in parrohechiam Sancte Marie de Palacio Salatane. Et affrontat de oriente in vestrum alaudium, a meridie in alaudium Sancti Cucufati, ab occiduo in strata que pergit de Kalles a Barchinona, a parte circii in alaudium de ipsa Turre. Sicut iamdictas affrontaciones includunt, sic vendimus vobis hoc totum que ibi habemus vel habere debemus pro qualicumque modo, propter precium placibile solidos VI denariorum monete Barchinonensium. Et est manifestum. Quos si nos vinditores aut ullusque homo vel femina hanc kartam vindicionem infringere temptaverit, nullo modo facere possit, sed quiquis fecerit in duplo vobis componat. Et iamdicta vindicio omni tempore firma persistat.

Actum est hoc XVI kalendas marcii, anno III Leduvicho rege iuveno.

Sig+num Guilie, Sig+num Berengarii, Sig+num Iohani, Sig+num Guilie, nos qui hanc kartam vindicionem scribere fecimus et firmamus aliisque firmare rogavimus.

Sig+num Bernardi Ermengaudi sacer. Sig+num Petri Guilaberti. Sig+num Iohani Bernardi. Sig+num Arnalli Bernardi.

Ermengaudus sacer, qui hoc scripsit, cum literas suprapositas in linea I[a], et sub *(senyal)* prefato die et anno.

1. sumus *afegit a la interlínia*.

764

1140, febrer, 21. Carrión de los Condes

Convinença. *Alfons VII de Lleó, emperador, i Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, acorden repartir-se el territori del rei Garcia VI de Pamplona; cada sobirà recuperarà la part que abans havia tingut. De la resta, Alfons VII en tindrà un terç i Ramon Berenguer IV els dos terços restants, pels quals farà homenatge al rei de Lleó. Es comprometen també que no pactaran amb Garcia sense que l'altre en tingui coneixença.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 96 (*olim* arm. 5 Tarragona, sac L, núm. 102), 180 × 366 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 35, núm. 96 dupl. (*olim* arm. 5 Tarragona, sac L, núm. 97), 100 × 281 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta a l'angle superior esquerre.

D Trasllat de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 134 (*olim* arm. 25 negocis entre reis, sac A, núm. 59), 200 × 275 mm. Bon estat de conservació.

Cit. ROVIRA I VIRGILI, *Història Nacional*, IV, p. 79. — KOSTO, *Making agreements*, p. 99. — BENSCH, *Barcelona*, p. 142.

Datem per l'era, que coincideix amb l'any de l'Encarnació segons el còmput florentí.

Hec est conveniencia et concordia quam fecerunt inter se illustris[1] Adefonsus, imperator Ispanię,[2] et Raimundus[3] Berengarii, comes Barchinonensis ac princeps[4] Aragonensis. Concordati sunt, in primis, super illam terram quam tenet Garsias, rex Pampilonensium, tali scilicet modo ut Adefonsus, imperator predictus, habeat ex ea Maregno et totam aliam terram[5] quam Adefonsus rex, avus illius, illo die quo mortuus est, ultra Iberum,[6] ex parte Pampilonie, tenebat. Consul vero Barchinonensis habeat, de cetera terra[7] quam tenet rex Garsias,[8] totam illam terram que regno Aragonensi pertinet, sicut eam dompnus[9] Sancius rex et Petrus rex temporibus suis,[10] sine hominio[11] quod pro illa fecissent, possederunt.[12] De alia quoque terra Pampilonię, pro qua rex Sancius et rex Petrus Adefonso regi Legionensi hominium fecerunt, habeat imperator Adefonsus terciam partem ex ea, et Raimundus comes Barchinonensis duas. Et pro illis duabus partibus quas habebit, faciat imperatori Adefonso tale hominium[13] quale rex Sancius et rex Petrus Adefonso regi, avuo imperatoris Adefonsi, fecerunt. In ipsa vero tercia parte imperatoris sit castrum Stellę et in duabus partibus comitis sit Erunia civitas. Preterea, venerabilis Adefonsus imperator[14] et illustris Raimundus Barchinonensium[15] comes in hoc sunt concordati, ut de illis terris Pampilonię quas partituri[16] sunt, sicut supradictum est, quiquid ambo vel unus sine altero aut per suos homines quocumque modo recuperare aut acquirere potuerint, habeat imperator terciam partem et comes iamdictus duas quousque totum adquirant. Cum autem totum fuerit adquisitum, dividant inter se modo prescripto et firmiter habeant.[17]

Facta conveniencia et concordia apud Charrionem,[18] VIIII kalendas marcii, anno Dominice[19] Incarnacionis C° XXX° VIIII° post millesimum, era millesima C LXX VIII.[20] Presente dompno[21] Berengario, Salamantino episcopo, et Bernardo, Segontino[22] episcopo, necnon et Petro, Burgensi electo,[23] atque in presencia comitis Roderici Gomez et comitis Ferrandi et comitis Osorii

Martiniz[24] et Goterre[25] Ferrandez ac Poncii de Cabrera et Diag Monioci, maioris domus imperatoris, et Roderici Ferrandez et[26] Lop Lobez[27] et Raimundi Fulconis, vicecomitis Cardonę, atque[28] Guillelmi Raimundi, dapiferi, et Gaucerandi de Pinos ac Bernardi Guillelmi et Petri Taresa atque Frontini et Iohannis Diaz et Lup Sancii de Belxid[29] atque Artalli de Alago et aliorum[30] nobilium in curia domini imperatoris existencium.

Tandem conveniunt inter se imperator et comes quod de supradictis honoribus unusquisque eorum valeat alteri per fidem sine enganno. Et nullus eorum treguam aut placitum cum prescripto Garcia faciat sine alterius consilio.

Signum *(senyal)* Imperatoris. Signum+ Raimundi comes.[31]

1. venerabilis C. 2. *Les variants que afecten les* ę *no s'han tingut en compte.* 3. et illustris Raimundus C. 4. princebs C *i* D. 5. terram aliam C. 6. Yberum D. 7. terram *afegit a la interlínia*. 8. C *segueix* ta, *sense cancel·lar*. 9. domnus C *i* D. 10. temporibus suis *omet* C. 11. ninio C. 12. Petrus rex, sine hominio quod pro illa fecissent, temporibus suis possederunt D. 13. hominum C. 14. imperator Adefonsus D. 15. Barchinonensis C. 16. partite C. 17. C *continua:* Tandem conveniunt inter se imperator et comes quod de supradictis honoribus unusquisque eorum valeat alteri per bonam fidem sine enganno et nullus eorum cum prephato Garcia tregam aut placitum faciat sine consilio alterius, *que* B *presenta en el text entre les subscripcions dels nobles i les de l'emperador i el comte*. 18. Carrionem C *i* D. 19. terra *afegit a la interlínia*. 20. M[a] C[a] LXX[a] VIIII[a] D. 21. In presentia domni C; Presente domno D. 22. Sagontini C; Sagontino D. 23. Petro, ecclesie Burgensi electo C. 24. ac Roderici Gomez comitis et Ferandi comitis et Osorii Martiniz comitis C. 25. Goterrii C *i* D. 26. atque C. 27. Lob Lobic C; Lob Lopez D. 28. ac C. 29. atque Guillelmi Raimundi, dapiferi, et Gaucerandi de Pinos ac Bernardi Guillelmi et Petri Taresa atque Frontini et Iohannis Diaz et Lup Sancii de Belxid *omet* D. 30. Alagone aliorumque C *i* D. 31. Signum (*senyal*) Imperatoris. Signum+ Raimundi comes *manca* C. D *acaba:* Sig+num Andree, qui hoc translatavi.

765

1140, febrer, 23

Protecció. *Ermengol VI i Elvira Rodríguez, comtes d'Urgell, i el seu fill Ermengol posen sota la seva especial protecció les cases que Ramon Arnau té a Agramunt, al barri de* Cirvia*, a la porta de Balaguer, on hi ha la cambra de la comtessa.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia suspecta de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 109 (olim arm. 16 Urgell, sac H, núm. 217), 145 × 153 mm. Bon estat de conservació malgrat la mutilació del marge superior.

Conneguda cosa sie quo ego Ermeng[audus comes et][1] coniu[x mea Helvi]re Rouric et filio nostro Ermengaudus iunioris facimus

tibi melorament,[2] ad te Ramon Arnad et ad tuis, de ipsas casas que tibi as per tuum alau in Acrimont, in barrii de Cirvia, ad ipsa porta de Balager, et sunt in ipsa rocha. Nullus omo nec femina qui tort te faciat et no·t vulla fer directum, que te monstrat ad prodi[3] omines de ipsa villa et illos que te adiuvent a demmanar et ad guerregar. Et ipsas casas suprascriptas siant si franchas et onoratas et legitimas et securitas quod ipsa cambra de ca comtessa. Nullus omo nec femina qui ipsas casas toch ne forcar voluerit, sic siant demandatas quo ipsa cambra de ca comtessa.

Sig+num Ermengaudus, comte d'Urgel, Sig+num comtessa Helvire Rouriz, Sig+num Ermengaudus iunioris, nos qui ista carta mandavimus scribere et ad testes firmare.

Que est acta VII kalendas marcii, anno III° regni Leudovice iunioris.

Sig+num Pere de Pugeru, Sig+num Guillem de Pontis, Sig+num Mir Guillem, Sig+num Arnad de Pontis, Sig+num Ponc Pilicer, Sig+num Guillem Mir, isti sunt testes.

Petrus sacerdos, rogatus scripsit et signum hoc im*(senyal)*-pressit et die et anno quo supra.

1. *Interpretem entre claudàtors les parts mutilades.* 2. a *afegida a la interlínia.* 3. *En lloc de* probi.

766

1140, maig, 16. Saragossa

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dóna a Iñigo Sancho de Burbáguena i als seus successors l'heretat que els fills d'Abin Sila tenen al terme d'Aranda.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 111 (*olim* arm. 19 Osca, sac Sant Llorenç, núm. 30), 132 × 225 mm. Estat de conservació deficient a causa de diversos forats que coincideixen amb els plecs del pergamí, i de l'esvaniment de la tinta.

In nomine Sancte Trinitatis et individue unitatis, Patris et F[ilii] et Spiritu Sancti, amen. Ego Raimundus, Dei gratia Barchinonensis comes et Aragonensium princebs, dono tibi fid[eli] meo Enneco Sancio de Burbachana et filiis tuis et omni tue proienie, bono animo et spontanea volunta[te], propter servicia que mihi [fec]isti et cotidie facies, totam illam hereditatem quam abent et tenent filii de Abin Sila in termino de Aranda, c[um omni]bus in se

existentibus vel ad se qualicumque modo pertinentibus, ut habeas illam [et ten]eas et possideas per heredi[tatem] meam francam et liberam, per facere totam tuam voluntatem sicut de tua propria causa, tu et omnis posteritas tua per secula cuncta, ad fidelitatem meam et successorum meorum.

Facta carta donationis XVII kalendas iunii, in civitate Cesarauguste, era M[a] C[a] LXX[a] VIII[a].

Me Raimundo comite, dominante in Barchinona et in Aragone et in S[upe Ar]be et in Ripa Corça et in Caragoça.

Episcopo Bernardo in Caragoça. Episcopo Michaele in Tirasona. Episcopo Dodone in Oscha. Lop Lopeç in Caragoça et in Calataiub. Rodric Pedreç in Epila. Artal in Alagon. Petro Taresa in Boria. Fertun Açenarç in Taraçona. Garçia Ortiç in Fontes; S[anci]o Ennequone in Darocha. Lop Sanç in Belgit.

Signum+ Raimundi comes.

Et sunt testes huius rei: Frontinus Galin Açen[ar]ç, alchaid de Caragoça, Petrus Raimundi de Ricla, Sanlo Lopeç, alchaid de Calataiub, San[cho For]tinons, çalmedina de Caragoça.

Signum+ Poncii, [scriptor][1] comitis, qui hoc scripsit per mandatum comitis.

1. *Manca.*

767

1140, maig, 29

Donació. *Pere Guillem i el seu fill Guillem donen al monestir de Santa Maria de l'Estany l'alou que tenen a Sant Cugat de Gavadons, a condició de retenir-lo de per vida a canvi del braçatge. Pere Guillem dóna, a més, un peça de terra a* Centes*, al costat de l'alou de Sant Feliuet de Terrassola, que també retindran ell i els seus descendents; ell pagarà la tasca i els seus descendents la tasca i el braçatge. Finalment, Maria, que viu a Vilarassau, a la Torre de Xinverga, dóna tots els drets que té a Gavadons.*

A. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 110, 135 × 261 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Petrus Guillelmi et filius meus Guillelmus, nos, simul in unum, donatores sumus domino Deo et ecclesie Sancte Marie Stagni. Per hanc scripturam donationis nostre donamus eidem ecclesie omne nostrum alaudium quod abemus

vel abere debemus in terminio Sancti Cucuphati de Gavadons, cum omnibus suis pertinentiis et afrontationibus que ad eundem alaudium pertinent vel pertinere debent. Sub tali retentu ut nos ambos teneamus in vita nostra et donemus quot annos fideliter ipsum braciaticum; post obitum amborum, solide et libere, deveniat in potestate predicte ecclesie. Et ego predictus Petrus Guillelmi similiter dono ad ipsam iamdictam ecclesiam petia I terre in Centes, que est iusta alaudium Sancti Felicis Terraciole, ut donem ipsam tascham in vita mea; et post obitum meum, filii mei et eorum proigenies fideliter tascham et braciaticum. Et ego Maria femina, que abito in Vilarasall, ad ipsum locum quod vocant Cinverges, dono ad suprascriptam ecclesiam totam meam ereditatem quam abeo qualicumque modo in Gavadons, nunc et semper posideat per omnia tempora. Si quis hoc disrumpere voluerit, nullo mo[do][1] facere posit, set in duplo componat cum omni sua melioracione. Et in antea firma permaneat modo vel omni tempore.

Que est facta IIII kalendas iunii, anno III regnante rege Ludoici iunioris.

Sig+num Petrus Guillelmi, Sig+num Guillelmus, Sig+num Poncius, Sig+num Bernardus, Sig+num Maria, nos qui hanc donationem fecimus et firmamus et aliis firmare rogamus.[2]

Berengarius sacer, qui hoc scripsit die et anno quo su*(senyal)*pra.

1. *Manca.* 2. *Probablement Ponç i Bernat són els testimonis de la donació.*

768

1140, juny, 22

Encomanament. *El vescomte Reverter de Barcelona encomana al seu nebot Guillem de Guàrdia els béns que té al comtat de Barcelona i l'honor que té pel vescomte de Cardona. A canvi, Guillem es fa home soliu de Reverter i del seu fill Berenguer.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 17 de març de 1191. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 112 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac B, núm. 248), 142 × 311 mm. Bon estat de conservació.

a RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes*, doc. 175.

Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 265. — BISSON, *L'impuls,* p. 48. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 173.

Els còmputs de l'Encarnació i dels reis francs no són coincidents. Datem per l'any del rei, que és el més habitual a l'època.

Notum sit cunctis hominibus, tam presentibus quam futuris, quoniam ego Revertarius, vicecomite Barchinonense, dono tibi Guillelmo de Guardia, nepote meo, de omne alaude et de cassas et de ipso furno quod habeo vel habere debeo in ipsa Barchinona medietatem et medietatem mee dominicature de ipsa Grua, et castellaniam de Apiera et castellaniam de Caprera cum duas partes de omnibus exiis. Et dono tibi ipsum castrum de Apierola cum tercia parte de ipsis exiis et milites qui per me tenent solidamente. Et dono tibi ipsum castrum de Guardia cum medietatem de omnibus exitibus et cum ipsos milites solidamente, sicut in alia carta iam dedi tibi. Similiter, ipsum castrum que vocant Castel Novum cum tercia parte de exiis et cum ipsos milites solidamente, et ipsum castrum de Granera cum tercia parte de exiis et fabricam; et ut teneant per te ipsi milites qui per me tenere debent. Et dono tibi terciam partem de ipso meo honore de Lican. Et dono tibi ipsum honorem quem habeo per vicecomite de Cardona in Rubi, et in Esparagera et in Cardona, sicut ego unquam melius abui vel tenui. Et ego iamdictus Guillelmus de Guardia convenio tibi Reverter et filio tuo Berenger quod sim tuus solidus contra cunctos homines vel feminas, et faciam tibi hostes et cavalcadas, cortes et placitos et seguimenta, et quod reddam tibi prenominata castra vel reddi faciam, iratus vel paccatus, tibi vel ad tuos per te. Si quis presentem donacionem disrumpere temptaverit, nichil omnino proficiat, sed duplam composicionem persolvat. Et postmodum hoc firmum maneat omni tempore.

Actum est hoc X kalendas iulii, anno Dominice Incarnacionis C XXXVIIII post millesimum regisque franchorum Ledovici iunioris anno III.

Sig+num Revertarii, qui hoc donum feci et testibus istis firmare mandavi. Sig+num Berenger, fili[i][1] mei. Sig+num Berenger de Guardia. Sig+num Arnall de Castluc. Sig+num Berenger de Sancta Fide.

Enego Garces, qui hoc scripsi iussu domini mei Revertarii, cum literas emendatas in VIII linea, *(senyal)* die et anno quo supra.

Arnallus, qui hoc translatum scripsit anno Incarnacionis Christi Mº Cº XCº, XVI kalendas aprilis *(senyal)*.

1. *Manca.*

769

1140, juny, 22

Establiment. *Els germans Ramon i Pere Guerau estableixen a Pere de Llobera, a la seva esposa Arsenda i als seus fills l'alou que tenen a Santa Maria d'Oló, al lloc de Lligó, que havia estat plantat pels avantpassats de Ramon, a cens del quart i el braçatge. Es paguen dotze diners d'entrada.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 113, 113 × 274 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET i SISÓ, *Les monedes,* p. 65.

In Dei nomine. Ego Raimundus Geralli et Petrus Geralli, fratres, nos insimul, donamus tibi Petro Lobera uxorique tue Arssende et infantibus vestris de proieniei vestre omne alodium nostrum, tam plantatum quam ad plantandum, qui est in loco de campo Lugano, illum videlicet quem antecessores vestros plantaverunt et hedificaverunt et tenuerunt. Est autem hoc alodium in comitatu Minorise et in parroechia Sancte Marie de Olo et in predicto campo Lugano. Et habet affrontationes a parte orientis in rivo de Asinos, a meridie in solario de Torrozella, ab occidente in podio Beloto, a parte vero circi in torrente Profundo. Quantum infra hos terminos habemus et qualicumque modo habere debemus, totum vobis prescriptis vestreque proieniei donamus. Tali condicione ut plantetis et hedificetis et ex omnibus espletis quos inde Deus dederit reddatis nobis et successoribus nostris, vos et vestri, fideliter, per omnes annos, quartum et braciaticum. Pro hac vero donatione accipimus de vestro avere XII denariorum monete Barchinone obtime. Si quis vero hanc donationem dirrumpere vel infringere temptaverit, agere non valeat, sed pro sola presumptionis causa in duplo componat. Et insuper hec scriptura donationis et quod in ea continetur firma persistere valeat omni tempore.

Que est facta X kalendas iulii, anno III regni regis Lodovici iunioris.

Sig+num Raimundi Geralli, Sig+num Petri Geralli frater eius, qui est diachono, qui hanc donationem fecimus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Bernardi Lobera. Sig+num Bernardi Guillelmi de Pug. Sig+num Petri Gifredi baiuli.

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* quo supra.

770

1140, juliol, 29

Venda. *Ramon Bernat, clergue, ven a Pere Ricard un camp i la vinya d'Anfossí, situats al territori de Barcelona, sobre la Cort Comtal, al Genestar, pel preu de noranta-sis morabatins, amb els quals redimeix l'hort situat davant del Castell Nou de Barcelona que li tenia empenyorat*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 128 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 763), 125 × 200 mm. Bon estat de conservació malgrat algunes taques d'humitat al marge dret.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 94 (amb data de 1141).

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 174.

In Dei nomine. Ego Raimundus Bernardi clericus vendo tibi Petro Ricardi campum unum meum proprium et vineam Anfussini cum terra in qua est plantata. Sunt autem prenominatus campus et iamdicta vinea cum terra in territorio Barchinonę, super ipsam Curtem Comitalem, ad ipsum Genestar, separatim positi. Advenientes mihi per vocem genitorum meorum sive aliis quibuslibet modis et vocibus. Terminatur autem iamdictus campus ab oriente in via qua itur ad Sanctum Cucuphatem, a meridie in alodio de me venditore, ab occiduo in via publica, a circio in alodio Petri Arberti. Iamdicta vero vinea, cum terra quam plantavit Anfussinus, terminatur ab oriente in via qua itur ad Sanctum Gervasium, a meridie in alodio Petri Grunni, ab occiduo in alodio Arnalli Petri militis, a circio in vinea uxoris Rodballi, quę est alodium eiusdem Arnalli Petri. Sicut ab istis terminis includuntur et terminantur prephatus campus[1] et iamdicta vinea cum terra, sic vendo tibi iamdicto Petro Ricardi cum ingressibus et egressibus suis integriter ac de meo iure in tuum trado dominium et potestatem ad tuum proprium plenissimum et liberum alodium, secure et quiete ac potenter possidendum ad [quic]quid[2] inde facere volueris ad tuum libitum, sine ullius contrarietatis obstaculo. Accipio namque a te pro hac venditione nonaginta sex moabitinos legitimos in auro sine engan, de quibus ipsum tuum ortum qui est ante portam Chastri Novi Barchinonę redimo quem tu mihi accomodasti ac mater tua et ego pignore misi; et sic de ipso pignore sum liber et absolutus a te et a tuis ab hodierno die et tempore sine ullo retentu. Et est manifestum. Si quis hoc disrumpere vel inquietare presumpserit in duplo componat ea quę infringere temptaverit. Et insuper hęc venditionis scriptura perhenniter maneat firma.

Quę est acta IIII kalendas augusti, anno IIII regni regis Leduici iunioris.

Signum+ Raimundi Bernardi clerici, qui hoc laudo, firmo et testes firmare rogo.

Signum+ Raimundi Petri Gerundę. Sig+num Bernardi Poncii*. Sig+num Petri Arnalli*. Signum+ Petri Arberti. Signum+ Martini Orucię. Sig+num Guillelmi Martini*.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris emendatis in linea VIII[a], die et anno quo supra.

1. prephatus campus *escrit a sobre d'una raspadura.* 2. *Manca.*

771

1140, setembre, 4

Definició. *Pere de Milany i el seu germà Ponç renuncien a favor del monestir de Sant Joan de les Abadesses als drets sobre el mas Tolosa i el feu d'Arnau Guillem Cabot, que detentaven injustament.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 114, 65 × 400 mm. Bon estat de conservació.

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 366-367.

Presentibus et futuris sit notum quod Petrus de Malagno et Pontius, fratres, venientes ad ecclesiam Sancti Iohannis, in manibus Petri abbatis et presentia regularium fratrum aliorumque quamplurium,[1] Deo et sancto Iohanni recusaverunt et difinierunt mansum de Tolosa cum suis pertinentiis et fevum Arnalli Guillelmi Capoti, quem per violentiam et rapinam diu tenuerant iniuste. Fecerunt autem hanc recusacionem, sicut dictum est, de manso et fevo, infra claustrum, pręsentibus ęiusdem ęcclesię fratribus, et difinierunt quiquid sub hac rapina quolibet modo et malo ingenio iuris supradicte ęcclesię tenuerant et habuerant. His itaque factis, quia noverant apud Deum nullum malum impunitum, voluntariam de sua iniusticia confessionem agentes, ut sibi indulgeretur quod deliquerant ab abbate et fratribus, humiliter veniam poposcerunt[2] ac devotissime pro emendandis se eidem ęcclesię obtulerunt. Si quis hoc violaverit, in duplo componat. Et in antea firmum persistat.

Quod est factum II nonas septembris, anno[3] IIII° regni regis Leduvici iunioris.

Sig+num Petri de Malanno, Sig+num Pontii, fratrem, qui hanc difinitionem et recusationem fecerunt, firmaverunt firmarique ro-

gaverunt. Fecerunt ita oblationem suam, ut in vita sua sint fideles fideliter Sancto Iohanni et clericis eius, abbati semper et fratribus, et in mortę sua in eadem ęcclesia habeant sepulturam; nec ultra possint mutare voluntatem suam.

Sig+num Petri de Solerols. Sig+num Berengarii de Mansione. Sig+num Raimundi clerici. Sig+num Alle, uxoris Petri de Malagno.

Raimundus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno *(senyal)* quo supra.

1. *La primera* u *afegida a la interlínia; la primera* m *corregeix* p. 2. s *afegida a la interlínia.* 3. o *afegida a la interlínia.*

772

1140, setembre, 9

Empenyorament. *Guillem de Castellvell empenyora als esposos Arbert de Voltrera i Ermessenda la meitat de la fàbrega d'Abrera, al terme de Voltrera, a Abrera, per raó d'un deute de deu morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 115, 136 × 201 mm. Estat de conservació deficient a causa d'un forat que afecta la part central del pergamí, de l'enfosquiment del pergamí i de l'esvaniment de la tinta.

Cit. PEDEMONTE, *Notes,* p. 107.

[Notum] sit cunctis hominibus quod ego Guillelmus Castri Vetuli inpignorator sum tibi Arberto de Vultraria et coniux tue Ermessendis ipsam frabricam de Breda, quod ego Guillelmus abeo [ab vobis] Arberto medium per medium. Sic inpignero ego ad te ipsam meam medietatem, quantum ibi habeo vel abere debeo, totum vobis inpignoro, propter X^{m} morabetinos in auro quos mihi prestastis, sine engan. Et est manifestum. Est autem in comitatu Barchinona, in terminum de Vultrera, intus in villa Sancti Petri de Breda. In tali videlicet racione ut teneatis et possideatis predicta pignora,[1] vobis vel vestri, de ista festa Sancti Michaelis prima veniente usque ad alia. Nos vero redamus ad[2] prefatum terminum prescriptos X morabetinos. Nisi fecerimus, teneatis et expletetis predicta pignora[3] in pace de festivitate in fes[tivitate] Sancti Michaelis, sine blandimento ullius hominis vel feminis. [Hoc tamen non possitis][4] redimere nisi ad predictum terminum. Si quis homo vel femina qui contra [hoc] pignus venerit ad inrumpendum, nil valeat, set componat in duplo. Et in antea maneat firmum omni tempore.

Actum est hoc V idus septembris, anno IIII regnante Ledoycho iunioris.

Sig+num Guillelmi Castri Vetuli, Sig+num Arberti fratri eius, Sig+num Guillelmi iunioris, nos qui ac inpignoracione facimus et firmamus et ad testes firmare rogamus.

Sig+num Arnalli Bernad. Signum Guillelmi Ger. Sig+num Petri de Sancto Petro.

Sig+num Bernardi presbiter, qui hoc scripsit die et anno quod *(senyal)* supra.

1. o *afegida a la interlínia.* 2. d *corregeix* p. 3. o *afegida a la interlínia.* 4. *Lectura possible, atès l'esvaniment de la tinta i la presència d'un forat*.

773

[c. 1140, setembre, 16]

Carta. *Guillem, patriarca de Jerusalem, i Pere, prior de l'orde del Sant Sepulcre, escriuen al comte de Barcelona Ramon Berenguer IV tot acceptant la proposta d'aquest sobre el testament del rei Alfons I d'Aragó.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 18 (*olim* arm. 17 Aragó, sac A, núm. 225), 195 × 165 mm. Bon estat de conservació.
B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, ff. 7d-8a.
a *CODOIN*, IV, doc. CXXXVII.
b ODRIOZOLA, *Ramón Berenguer IV*, pp. 27-28, ex *B*.
c MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 11.

Datem d'acord amb els documents relacionats, núms. 774 i 775. El pergamí presenta uns talls als marges esquerre i dret, conseqüència de l'obertura de la carta closa.

Wilielmus,[1] Dei gracia sancte civitatis Ierusalem patriarcha, et Petrus, Dominici Sepulcri prior eiusdemque conventus canonicorum, Raimundo, venerabili Barcinonensium comiti, amico et confratri in Christo, salutem et patriarchalem benedictionem. Quoniam vestre ammirabilis et eximie probitatis virtus in tantum divina gracia cooperante effloruit ut vestri nominis fama quasi lucerna lucens in medio christianorum et sarracenorum perfulgeat, gratiarum acciones innumeras omnipotenti Deo redemptori nostro a quo cuncta bona procedunt humiliter persolvimus et ut sublimius exaltetur coram sacratissimis eiusdem passionis et resurrectionis locis exoramus. Innotescimus autem dignitati vestre quia litteras vestras in quibus concordia super regno Adefonsi, pie memorie viri, conti-

nebatur, gratanter suscepimus. Unde communicato Iherosolimitani regni consilio, vestris postulationibus digne assensum acomodantes, partem que pertinet Dominico Sepulcro secundum condicionem a vobis institutam, vobis et universe proieniei vestre concessimus et per privilegium[2] sigillo nostro insignitum confirmavimus. Ad recipiendam igitur iusticiam nostram unum de confratribus et concanonicis nostris nomine G[uillelmo], sacerdotali gloria, scientia etiam et moribus Dei gratia decoratum, dirigimus. Precamur autem ex parte Domini nostri Ihesu Christi et sui gloriosissimi Sepulcri et nostra ut eum quem per omne regnum vestrum priorem super cunctis nobis pertinentibus, statuimus cum[3] ceteris confratribus nostris honeste suscipiatis et absque inpedimento sive molestia supradictam iusticiam eis assignetis locum etiam vel ecclesiam in quibus inter vos convenienter conversare secundum Deum valeant in remissione peccatorum et parentum vestrorum salute dandum summopere studeatis. Nos autem fraternitatem nostram et participacionem omnium bonorum que agimus in missis, psalmis, orationibus et ceteris bonis operibus ante Deum concedimus. Per eundem etiam fratrem, privilegium supradictum vobis mittimus, quem cum ceteris fratribus attentius vobis comendamus et ut eos adiuvetis et ubique defendatis fraterne deprecamur. Mandamus preterea et mandando rogamus quatinus privilegium sigillo vestro insignitum quemadmodum vobis fecimus, nobis de cunctis nostris faciatis atque eis deliberetis. Valete in Domino.

Raimundo, Barchinonensium comiti.[4]

1. Villelmus B. 2. u *corregeix* a. 3. cum *escrit sobre un traç anterior.* 4. Raimundo, Barchinonensium comiti, *al dors.*

774

1140, setembre, 16

Convinença. *Guillem, patriarca de Jerusalem, en nom de l'orde del Sant Sepulcre, renuncia al testament d'Alfons I d'Aragó a favor de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, a canvi d'un home a totes les poblacions de més de trenta vilatans.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 116 (*olim* arm. 17 Aragó, sac A, núm. 233), 336 × 534 mm. Carta partida, traçant A, B, C al marge superior. Bon estat de conservació.

Universorum per orbem fidelium noticię pateat qualiter Adefonsus, inclitus Aragonensium rex, in suo pleno sensu et memoria et ad extremum etiam vite suę totum suum regnum quod ipse habebat et tenebat dedit et in suo testamento dimisit omnipotenti Deo, redemptori nostro, eiusque sacrosancto Sepulcro necnon et sanctissimo Iherosolimitano Ospitali[1] venerandęque milicie Templi. Et ut post obitum eius hoc firmum et ratum haberetur, suos homines iurare fecit. Qua de causa, venerandus patriarcha domnus Guillelmus Iherosolimitanus, cum comuni capitulo tocius Sepulcri, rogavit domnum Raimundum, magistrum Ospitalis Iherusalem, rogandoque precepit et in suo arbitrio misit ut quiquid de parte huius regni ad Ospitale pertinente faceret similiter de alia parte que pertinet dominico Sepulcro[2] fecisset. Igitur, supradictus Raimundus, dum ad partes Ispanie venit, hoc suprascriptum regnum tenentem Raimundum, comitem Barchinonensem, invenit, quem utilem ac necessarium ad regendam ac defendendam terram cognovit. Ideoque, comunicato consilio cum omnibus cannonicis Sepulcri quos invenire potuit, cum Guillelmo videlicet priore Castellę, cum Alexandro, priore Gronnii, aliisque quam pluribus, ad utilitatem dominici Sepulcri cannonicorum, sicut fecit, ad opus suę domus, hanc cartulam sive hoc pactum facere iussit et hanc scripturam subtus scriptam in persona domini patriarcę scribere fecit et firmavit, ut dominus patriarcha hoc factum confirmet et sigillo suo assignet.[3] Igitur ego, supramemoratus Guillelmus, Iherosolimitanus Dei gracia patriarcha, una cum omni conventu tocius ecclesie dominici Sepulcri atque consilio et assensu nobilium militum Aragonensis regni, qui hoc iuraverunt, damus et concedimus tibi suprascripto comiti Barchinonensi Raimundo tueque cuncte proieniei, ad servicium Dei et fidelitatem predicti Sepulcri, partem que pertinet dominico Sepulcro suprascripti regni, ut habeas et possideas tu et omnis proienies tua sub hac fidelitate, evuo perhenni et secula cuncta. Quod si forte contigerit te sine legitima prole[4] obire, pars hec tibi adnata, sine aliquo obstaculo,[5] Sepulcro iamdicto remaneat. Et ego prenominatus Iherosolimitanus patriarcha Guillelmus, una cum omnibus dominici Sepulcri cannonicis, retinemus in hac parte nostra tibi concessa, in Barbastro, in Oscha, in Cesaraugusta, in Darocha, in Calataiub, in Iacha et in omnibus aliis civitatibus quas Deo iuvante acquirere poteris, singulos homines de singulis legibus, cum domibus et terris ac vineis, pratis, paschuis, et aquis cunctisque eisdem domibus pertinentibus, cum omnibus serviciis, censibus et usaticis regi pertinentibus. Ita ut nec tu comes nec

aliqua persona per te in predictis hominibus vel eorum possessionibus audeas aliquid requirere nisi quod contra paganos cum priore terre te adiuvent. Sub hac etiam libertate similiter retinemus in omnibus castris et villis tocius regni ubi plusquam XXX villani fuerint habitatores, singulos homines cum omnibus eorum serviciis et usaticis, ut superius scriptum est. Predicta vero omnia nostre parti pertinencia, tibi supramemorato comiti damus et confirmamus et de nostro iure in tuam potestatem tradimus et homines a iuramento nobis facto absolvimus et in tua fidelitate et servicio summitimus. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona contra hoc factum nostrum temere venire vel frangere temptaverit, iram Dei omnipotentis incurrat occulisque duobus in vita a fronte careat, a corpore et sanguine Christi alienus existat atque in extremo examine cum Iuda proditore participetur.

Facta carta XVI kalendas octobris, anno Dominice Incarnacionis millesimo C^mo XL^mo.

+Signum Raimundi*, magistri Hospitalis. Signum Martini* prioris.

Sig+num Frontini. Sig+num Ferriz. Sig+num Arpa. Sig+num Maza. Sig+num Fortun Garcez. Sig+num Garcia Cez. Sig+num Gali Xemenons. Sig+num Fortun Guerra. Sig+num Michaelis de Albero. Sig+num Lopo Blasco. Sig+num Lop Arcez Aitani. Sig+num Cornelii de Pespenn.

Signum+ Raimundi comes.

Signum+ Poncii, notarii comitis, qui hoc scripsit, rasis literis et emendatis in secunda,[6] in quinta et sexta linea, et superpositis in linea VIII ubi dicitur *prol*e.

1. *Segueix* Sepulcro, *ratllat, i* Ospitali *afegit a la interlínia*. 2. Sepulcro *afegit a la interlínia*. 3. subtus scriptam in persona ... hoc factum confirmet et *escrit a sobre d'una raspadura*. 4. prole *afegit a la interlínia*. 5. *Segueixen dues lletres, raspades.* 6. in secunda *afegit a la interlínia*.

775

1140, setembre, 16

Convinença. *Ramon, mestre de l'orde de l'Hospital, renuncia al testament d'Alfons I d'Aragó a favor de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, a canvi d'un home a totes les poblacions de més de trenta vilatans i d'un espai a Jaca per a construir-hi una casa i església de l'orde.*

A [Original no localitzat.]
A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 116 dupl. (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 375), 300 × 534 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.
a *CODOIN*, IV, pp. 70-73.
b ODRIOZOLA, *Ramon Berenguer IV,* pp. 16-19.
c MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum,* I, doc. 12.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 34.

Universorum per orbem fidelium noticię pateat qualiter Adefonsus, inclitus Aragonensium rex, in suo pleno sensu et memoria et etiam ad extremum vite suę totum suum regnum quod ipse habebat et tenebat dedit et in suo testamento dimisit domino Deo, redeptori nostro, eiusque salutifero Sepulcro necnon etiam sanctissimo Iherosolimitano Ospitali venerandeque milicie Templi. Et ut post eius obitum hoc ratum ac firmissimum perpetuo teneretur, suos homines iurare fecit. Qua de causa, Raimundus, Ospitalis predicti venerandus magister, consilio ac precepto domini patriarchę Iherosolimitani tociusque conventus suprascripti Ospitalis, ad partes Ispanie venit et prephatum regnum illustrem Raimundum, comitem Barchinonensem, tenentem invenit, quem utilem ac necessarium ad regendum et defendendum predictum regnum cognovit. Igitur ego, supramemoratus Raimundus, licet indignus Ospitalis Iherusalem custos, una cum Martino priore et Cacxale priore omnibusque aliis fratribus Ispaniarum atque consilio et assensu nobilium militum Aragonensis regni, qui hoc iuraverunt, damus et concedimus tibi supradicto comiti Raimundo Barchinonensi tueque cuncte proieniei, ad servicium Dei et fidelitatem Ospitalis predicti, partem que pertinet Ospitali suprascripti regni, ut habeas et possideas tu et omnis proienies tua, sub hac fidelitate, tu et omnis,[1] evuo perhenni et secula cuncta. Quod si forte contigerit te sine legitima prole obire, pars hec tibi adlata sine aliquo obstaculo Ospitali iamdicto remaneat. Et ego suprascriptus Raimundus, una cum omnibus fratribus meis, retinemus in hac parte nostra tibi concessa, in Barbastro, in Oscha, in Cesaraugusta, in Darocha, in Calataiub, in Iacha et in omnibus aliis civitatibus quas Deo iuvante poteris adquirere, singulos homines de singulis legibus, cum domibus et terris ac vineis,[2] pratis, pascuis et aquis cunctisque eisdem domibus pertinentibus, cum omnibus serviciis, censibus et usaticis regi pertinentibus. Ita ut tu comes nec aliqua persona per te in predictis hominibus vel eorum possessionibus audeas aliquid requirere nisi quod contra paganos cum priore terrę te adiuvent. Sub hac etiam libertate similiter retinemus in omni-

bus castris et villis tocius regni ubi plusquam XXX villani fuerint habitatores, cingulos [homines][3] cum omnibus eorum serviciis et usaticis, ut superius[4] est scriptum. Quin etiam retinemus in Iacha tantum spacium terrę quo domus et ecclesia ad opus Ospitalis possint confici. Predicta vero omnia nostre parti pertinencia tibi supramemorato[5] comiti damus et confirmamus et de nostro iure in tuam potestatem tradimus et homines a iuramento nobis facto absolvimus et in tua fidelitate et servicio summitimus. Si qua igitur ecclesiastica secularisve persona contra hoc factum nostrum temere venire vel frangere temptaverit, iram Dei omnipotentis incurrat occulisque duobus in vita a fronte careat, a corpore et sanguine Christi alienus existat atque in extremo examine cum Iuda proditore participetur.[6] Et hoc nostrum factum permaneat in secula firmum.

Facta carta XVI kalendas octobris, anno Dominice Incarnacionis millesimo C XL.

Sig+num Raimundi, Ospitalis magistri. Sig+num Martini prioris.

Fortunius, abbas Montis Aragonis +. Signum Frontini +. Signum Ferriz +. Signum Arpa +. Signum Maza +. Signum Fortun Garcez.[7] Garci Garzez +. Galind Xemenons +. Fortun Guerra +. Signum Micaelis d·Albero +. Signum Lop Blasco. Signum Lop Garciaz d·Aitan +. Signum Cornelii +.

Signum+ Raimundi comes.

Pontius, scriptor comitis, notavit.

1. *Segueix* i, *sense cancel·lar.* 2. *Segueix* [prats], *ratllat*. 3. *Manca.* 4. ut superius *repetit.* 5. *Les dues* o *afegides a la interlínia.* 6. proarcipetur *al text*. 7. e *afegida a la interlínia.*

776

1140, setembre, 26

Empenyorament. *Arnau Pere, cavaller, cedeix a Pere Ricard la meitat del camp d'Arriassa, al territori de Barcelona, fins que no li pugui lliurar tres quartes parts del feu que Ramon Bremon de Llobregat té per ell als Banyols.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 117 (*olim* arm. [12] Montblanc, sac Santa Isabel, reina de Portugal, núm. 752), 95 × 200 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 92.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 173.

Sit notum cunctis quod ego Arnallus Petri, miles, mitto tibi Petro Ricardi in pignore medietatem de ipso campo quem vocant de Arriasza, qui est in territorio Barchinonę, mihi adveniens[1] per vocem genitorum meorum. Quam medietatem prephati campi tandiu teneas et possideas tu vel homo per te, potenter et integriter, quousque ego habeam tibi in sana pace deliberatas tres partes totius illius fevi quod Raimundi Bremundi de Lubricato tenet per me in Bagneolis. Quas tres partes iamdicti fevi, si in sana pace tibi deliberare non potero ad valorem de illis, convenio tibi per laudamentum proborum hominum in alio meo alodio vel in iamdicto campo facere emendam unde tu sis bene paccatus ad tuam voluntatem, sine alicuius engan.[2] Aliter vero non liceat mihi abstrahere de tuo posse iamdicta medietatem prephati campi. Si quis hoc disrumpere presumpserit in duplo componat. Et insuper semper maneat firmum.

Actum est hoc VI kalendas octobris, anno IIII regni regis Leduici iunioris.

Signum+ Arnalli Petri, qui hoc laudando firmo firmarique rogo.

Signum+ Raimundi Petri Gerundę. Sig+num Bernardi Marcucii*. Sig+num Raimundi Marchucii*. Sig+num Burgetus*. Signum+ Martini Orucię.

Sig+um Petri presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris supra-positis in linea VII[a], die et anno quo supra.

1. iens *corregeix* t. 2. sine alicuius engan *afegit a la interlínia*.

777

1140, octubre, 13

Establiment. *Ermengol, abat de Sant Cugat del Vallès, i Adelaida de Torre i els seus fills estableixen a Berenguer de Sarrovira i al seu fill Ramon el dret a prendre l'aigua per al seu molí a l'alou que tenen conjuntament a Santa Maria de Palau-solità, a la Rovira, a canvi d'un cens d'una quartera d'ordi per Sant Feliu.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 118, 98 × 196 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis quod ego Ermengaudus, gratia Dei abas, cum cuncta congregacione Sancti Cucuphatis mihi subdita, donatores sumus tibi Berengario de Ruvira et filio tuo Raimundo ut

accipiatis ipsam aquam ad vestrum molinum per ipsum alodium quod abemus cum Azaledi, domina de Turri. Et eciam ego Azaledis iamdicta cum filiis meis similiter damus vobis ut accipiatis ipsam aquam ad vestrum molinum et eciam ad aliut vestrum opus per ipsut alodium supradictum. Quod abemus in comitatu Barchinonensi, in parrohechia Sancte Marie de Palacio Salata, in Ruvira. Predictam aquam damus vobis ut accipiatis eam per ipsut nostrum alodium undecumque volueritis et potueritis, ad omnia que inde facere volueritis, tali modo ut donetis nobis per censum annuatim quarteram I^{am} ordei in festum sancti Felicis. Si quis infringere temptaverit, nil valeat, set in duplo cui fraudem fecerit componat. Et postea hoc totum maneat firmum.

Que est acta III^{o} idus octobris, anno IIII regni regis Ludovici iunioris.

Bernardus monachus*.

Sig+num Azaledis, Sig+num Arnalli Raimundi, Sig+num Petri de Quarcano, Sig+num Marie, Sig+num Gaufredi, Sig+num Bernardi, Sig+num Poncii, Sig+num Petri, nos qui hoc laudamus, firmamus testesque subscriptos firmare rogamus.

Sig+num Bernardi Guillelmi de Mogoda. Sig+num Arnalli sacerdotis *(senyal)*. Sig+num Ermengaudi.[1]

1. *Manca la clausura del rogatari.*

778

1140, octubre, 30

Infeudació. *Guillem Ramon de Castellvell i la seva esposa Mafalda infeuden a Guerau Ramon de Palau tots els estacaments i les fermes de dret que tenen des de* Rocha des Drog *fins al Congost, a Sant Andreu de la Barca, a canvi de vint morabatins.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 19 de setembre de 1279. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 119, 141 × 137 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

a PEDEMONTE, *Notes*, ap. doc. 1.

In[1] Dei nomine. Ego Guillelmus Raymundi, senior Castri Vetuli, et uxor mea Malaat damus tibi Geraldo Raymundo de Palacio et omnibus tuis progenieis et posteritatibus omnia nostra estacamenta et firmamenta, sicut nos habemus et habere debemus

per omnia loca, de Rhocha des Drog usque ad Congustum, in parrochia Sancti Andree. Tali modo ut vos et vestri semper per nos et per nostros habeatis et teneatis in fevum, absque contrarietatis ullius hominis vel femine. Accepimus pro hoc donum XX morabetinos. Si quis hoc fregerit, in duplo componat et nil valeat. Insuper maneat firmum omni tempore.

Actum est hoc III kalendas novembris, anno IIII regni Ledoici regis iunioris.

+ Guillelmi Raymundi, + Malaat, nos qui hoc laudamus et firmamus. + Arberti, qui hoc laudo et firmo.[2]

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter translatatum, quod est actum XIII kalendas octobris, anno Domini Mº CC LXXº nono, cuius tenor talis est. 2. *Manca la clausura del rogatari i els testimonis i el notari del trasllat.*

779

1140, novembre, 27

Testament. *Berenguer de Sarrovira atorga testament. Fa diversos llegats a institucions eclesiàstiques, a la seva esposa Ermessenda i al seu fill Ramon.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 120 dupl., 255 × 464 mm. Bon estat de conservació malgrat una petita mutilació al marge inferior esquerre i un estrip al marge dret.

B Còpia del 31 de gener de 1145. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 120, 467 × 253 mm. Bon estat de conservació.

In Dei eterni et Salvatoris nostri nomine. Ego Berengarius de ipsa Ruvira facio meum testamentum et eligo ut sint manumissores mearum rerum Arbertus de Petra et coniux mea et filius meus Raimundus, precipiens eis caritative et rogans potestatem habeant accipiendi omnes res meas et distribuendi pro anima mea et ita faciant de meo honore sicut hic invenerint ordinatum. Primum, dimito et eciam dono Sancte Cruci Sancteque Eulalie sedis Barchinone peciam Iam de orto quam abeo in ipsa orta de Granolariis. Et[1] dono cenobio Sancti Cucuphatis omne meum alodium quod habeo in Maritima, in diversis locis. Dono ecclesie Sancte Perpetue ipsum campum cum planta quem tenet Geraldus ultra serram et est inter alodium episcopale et alodium Sancti Cucuphatis; et decimam de ipso campo quem mihi dederunt Carbonellus et Dorcha et mater illorum; et decimam de molendino de ipso Prato; et omnes domos quas habeo in sacraria eiusdem

ecclesie; et per incensum ad incensandum per totum tempus ad missas in eadem ecclesia, decimam de meo molendino de ipsa Ruvira. Et dono ad altare Sancti Salvatoris, quod in ipsa ecclesia est constructum, duas meliores olivarias de ipsis que sunt in Rivo Nione, ad lumen comburendum, sicut suficere poterit. Dono Iherosolimitano Hospitali et milicie Templi omne alodium quod habeo ad ipsas Carreras. Et dono milicie Templi ipsas domos quas habeo in ipsa sacraria de Galegs, quas tenebat Berengarius Guadalli. Et dono eidem milicie Templi meam partem de prato et orto de ipso Moral, usque in ipsam viam que vadit de domo Bernardi Guitardi ad ecclesiam Sancte Perpetue, et de ipso rego de molino usque in ipsam Celatam; et reddo eidem milicie ipsos ortos quos tenebam per Petrum de Palacio; et laudo et dono eidem milicie omnia quecumque frater meus Petrus et ego dedimus predicte milicie.[2] Et dono ad Sanctam Mariam de Galegs meam partem de aliis domibus quas habeo in ipsa sacraria predicte sancte Marie et de ipsis peciolis terre ubi est ipsum roure, quas emi de Arnallo. Et accipio terciam partem de meo sementer et dono pro anima mea. Dono ad opera Sancte Perpetue II sestarios de ordeo. Ad opera Sancte Crucis Sancteque Eulalie sestario I. Ad operam Sancti Cucuphatis alium. Et si remanet de ipso blad, dono milicie Templi. Dimito Ermesendi uxori mee et filio meo Raimundo domos et mansiones de ipsa Ruvira cum omni alodio; tali modo ut, si bene voluerint concordare, abeant simul hec omnia que eis dimitto; et si noluerint bene concordare, abeat coniux mea ipsum meum celer et ipsam meam cameram[3] et ipsam curtem et medietatem de ipso orto et ipsam pariliatam que est prope de ipso orto et aliam pariliatam de ipsis pereris et campum quod est prope de ipsa vinea et medietatem de ipsa vinea; et de aliis laboracionibus que sunt supra ipsa Ruvira abeat si ei opus fuerit; et abeat et teneat suum sponsalicium. Hec omnia que dimito coniugi mee, teneat et possideat in vita sua; post obitum vero suum, remaneant ipsa omnia filio meo Raimundo. Dimito filio meo Raimundo ipsum fevum quod teneo per archidiachonem; et dimito ei fevum quod teneo per Guillelmum Raimundi, dapiferum;[4] alia vero mea alodia dono filio meo Raimundo. Omnia que dimito coniugi mee, teneat et possideat in diebus vite sue potestative, sicut scriptum est superius, et post obitum suum retmaneant filio meo Raimundo. Et si filius meus Raimundus obierit sine infante legitimo, remaneat Sancte Perpetue ipsum molinum[5] de Prato, cum rego et capud

rego et cum omnibus eidem molino pertinentibus, cum omnibus meis alodiis que[6] abeo cum predicta milicia, de ipso orto de Moral usque ad Mogodam. Alia vero mea alodia que dimito filio meo, remansissent predicte milicie Templi. Et dono Sancte Perpetue omnem decimam de ipsis laboracionibus novis de ipsa Ruvira, sicut ego abeo terminatum et divisum, sicut terminatur per ipsum marginem de pariliata de Fonte et per ipsum regum que exit de molino et vadit per ortum de Aquilone usque ad ipsum ortum de Petro Guilaberti. Si autem evenerit quod canonici regulares Sancti Ruphi exierint de Terracia et in hoc episcopatu non remanserint, decimas quas pater meus dedit Sancto Atriano remaneant ecclesie iamdicte Sancte Perpetue.

Actum est hoc V kalendas decembris, anno IIIIº regni regis Ludovici iunioris, anno ab Incarnacione Christi Cº XLº post millesimum.

Sig+num Berengarii de ipsa Ruvira, qui hoc laudo et firmo testesque subscriptos firmare rogo.

Sig+num Ermesindis, coniugis predicti Berengarii, Sig+num Arberti de Petra, sig+num Raimundi, filii predicti Berengarii, [n]os sumus manumissores.

Sig+num Bernardi Guillelmi de Mogoda. Sig+num Bernardi Guadalli. Sig+num Petri Raimundi de Kanalies. Sig+num Guillelmi de Mogoda. Sig+num Berengarii de Mogoda. Sig+num Berengarii Raimundi de Collo. Sig+num Petri Guilaberti. Sig+num Sancie de Kanalies, Sig+num Guie de Ruvira, sororum eius.[7] [Sig+num R] aimundus,* eius frater, qui hoc laudo et firmo. Bernardus* monachus. Nos sumus visuri et audituri huius rei.

[Guille]lmus sacerdos, qui hoc scripsit,[8] cum literis dampnatis et emendatis in linea III et rasis et emendatis in linea XIIª et superpositis in linea XªIIIIª, cum alio inkesto, die et anno quo su(*senyal*)pra.[9]

1. Et *corregeix* P. 2. ci *afegit a la interlínia*. 3. e *corregeix* a. 4. Et dimito ei … Raimundi, dapiferum *afegit a la interlínia*. 5. remaneat ipsum Sancte Perpetue molinum B, *amb un senyal d'avís que indica l'ordre correcte de la frase*. 6. e *corregeix* a; qua B. 7. sororum eius *afegit a la interlínia*. 8. qui primum testamentum scripsit B. 9. B *acaba:* Actum est istum translatum II kalendas februarii, anno VIII regni Leudovici regis iunioris. + Pontius levita, qui istum translatum scripsit, cum literis fusis, diebus et annis quibus sunt supra.

FUNDACIÓ NOGUERA

780

1140, desembre, 31

Jurament de fidelitat. *Galceran de Sales, fill d'Ermessenda, jura fidelitat a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, en especial pel castell i la vall de Ribes de Freser.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 122 (*olim* arm. 6 Mallorca, sac C, núm. 909), 162 × 159 mm. Bon estat de conservació.
a *CODOIN*, IV, doc. XXXIV.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, II, doc. 580.
c *Catalunya romànica*, X, p. 48.

Iuro ego Gaucerandus de Sales, filius qui fui Ermessendis femine, tibi domino meo Raimundo, comiti Barchinonensi et Bisullunensi atque Aragonensium principi, quod ab hac ora et deincebs, quamdiu vixero, fidelis ero tibi de vita tua et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent et de omni honore quem hodie ubique terrarum habes vel in antea adquisieris; et adiuvabo te[1] contra cunctos homines vel feminas qui voluerint vobis tollere honorem vestrum aut aliquod de predicto honore, sine malo ingenio et omni enganno. Iterum iuro tibi quod fidelis ero tibi de ipso castro de Ribes et de omnibus fortedis que in tota valle de Ribes sunt vel esse poterint, condirectis et dirutis; et dabo tibi inde potestatem quociescumque requisieris me inde potestatem, michi scilicet aut meis castellanis per me, per vos vel per vestros nuncios vel nuncium; et non vetabo me inde videri vel comoneri. Et ero in omnibus causis vester fidelis sicut fidelis hommo debet esse suo meliori seniori, et de omnibus vestris honoribus ubicumque sint, condirectis vel eremis, podiis et rochis, quos modo habetis vel habere debetis vel in antea adquisieritis. Quod si guerram haberetis cum aliquo homine per quem predictum castrum et fortedas gardare conveniat, ego guaridabo illud castrum et fortedas cum meis hominibus.[2] Omnia in hoc sacramentali scripta tenebo fideliter et atendam quandiu vixero vobis prenominato comiti et successoribus vestris. Per Deum et hec sancta.

Actum est hoc II kalendas ianuarii, anno IIII Ledoici iunioris.

1. te *afegit a la interlínia*. 2. homininibus *al text*.

FUNDACIÓ NOGUERA

781

1140, desembre. Barbastre

Donació. *Ramon Berenguer IV dóna a García Garcés l'heretat que havia estat d'Abin Sordo, moro, i un casal per construir-hi una casa, tot situat a Sangarrén.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 121 (*olim* arm. 19 Osca, sac H, núm. 251), 301 × 429 mm. Bon estat de conservació.
a *CODOIN*, IV, doc. XXXIII.
b LACARRA, *Documentos* (1), doc. 345.
c LACARRA, *Documentos* (2), doc. 298.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 41.

(Crismó) In Christi nomine et eius gracia. Ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis et princebs Aragonensis, facio hanc cartam donacionis et confirmacionis tibi Garcia Garzez. Placuit mihi, libenti animo et spontanea volumptate, et propter servicia que mihi fecisti et cotidie facis dono tibi in castro Sangarren illas casas et tota illa hereditate qui fuit de Abein Sordo, moro, quomodo ille inde melius fuit et tenet; et uno casale in illo castello, prope illa casa de Enneco Garzez, ubi facias tua casa. Et hoc totum dono tibi et concedo ut habeas illut ingenuum et liberum et francum, ad tuam propriam hereditatem, tu et filii tui et omnis generacio tua per secula, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate per secula seculorum.

Signum+ Raimundi comes.

Facta carta in Era M^{a} C^{a} LXX^{a} VIII^{a}, in mense dezember, in civitate Barbastro. Dominante me Dei gracia in Aragonia, in Super Arbi et Ripa Curcia sive in Barchinona. Episcopo Dodo in Osca. Comite Roderico in Osca. Ferriz in Santa Eulalia. Galindo Ximinones in Alkala. Gomiz in Aierbe. Lope Enegones[1] in Loarre. Aba Fortunio in Monte Aragon. Sango in Antillon. Frego Dato in Petra Selç.

Ego Sancius de Petra Rubea iussu domini mei comiti hanc cartam scripsi et hoc signum feci (*senyal*) et pincxi.

1. *La segona* e *afegida a la interlínia*.

FUNDACIÓ NOGUERA

782

1141, gener, 9

Venda. *Pere Guillem, la seva esposa Maiassenda i els seus fills venen a […], prevere, la meitat d'una casa a Caldes de Montbui, pel preu de tres morabatins*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3255, 150 × 195 mm. Estat de conservació deficient a causa de la tinta esvanida i perquè manca la part dreta del pergamí (probablement uns 70/100 mm).

Entre claudàtors hem restituït algunes de les parts del document tot seguint el formulari típic; les que no s'han pogut restituir s'indiquen en punts suspensius entre claudàtors.

Sit notum cunctis [quod nos] Petrus Guillelmi [et] uxor mea [Maiassen] et filiis nostris vel filias [Petrus ... vinditores sumus tibi ...] sacer, emtores. Per hanc scripturam vendicionis nostre vendimus tibi mediet[atem ... cum] ianuas et matherias et parietes[1] cum gutas et stillicidiis, simul cum ipso cal quod est term[... Advenit hec omnia] ad me supradicto Petri per vocem genitorum meorum et ad uxori męę per suum deci[mum. Et es hec omnia in comi]tatu Barchinonense, in Callense, in ipsa villa, iusta ipsa tua comparacion[e ... Et affrontat hec omnia] a parte[2] orientis in alodio Sancte Marie, a meridie et de occiduo in nos ve[n]dit[ores, de circio... vendi]tore. Quantum in istas iamdictas IIII^{or} affrontaciones includunt, sic vendimus [nos vobis quantum habemus] vel abere debemus infra iamdictas affrontaciones includunt ab integrum cum [exiis et regressiis earum], in propter precium moabetinos III bonos sine engan recipie[n]tes,[3] quod tu emtor [nobis dedisti et nos] venditores manibus nostris recepimus. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia que [tibi vendimus de nostro iure] in tuo tradimus dominio et potestate ad tuum proprium franchum et liberum sine dub[io, ad facere] quod volueris. Quod si nos venditores a[u]d[4] ullusque omo qui contra ista carta vendicione ven[erit ad inrumpendum, non hoc] valeat vindicare, set componat aut componamus tibi supradicta vendicione in d[up]lo c[um omni sua melio]racione. Et in antea ista carta vendicione abeat firmitatem omnique tempore.

Facta cart[a vendicionis] die V idus ianuarii, anno IIII^{or} regni regis Lodovici iuvenem.

Sig+num Petri Guillelmi, Sig+num Maiasendis, Sig+num Petri, Sig+num [...], filiis eorum, nos qui ista [carta] vendicione facimus, firmamus et firmare rogavimus.

Sig+num Guillelmi Renardi. Sig+num Poci Guillelmi. Sig+num Bernad G[...].

Signum+ Raimundi, qui hoc scripsit, cum literis supraposita in linea tercia, die et anno quo su(*senyal*)pra.

1. et parietes *afegit a la interlínia*. 2. pparte *al text*. 3. *Manca*. 4. *Manca*.

783

1141, gener, 24

Donació remunerada. *Pere Vell cedeix a l'orde del Temple l'alou de Parets del Vallès, a canvi de quaranta-set morabatins.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 123, 178 × 262 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Petrus Vei donator sum domino Deo et milicie Templi Iherosolimitani, scilicet totum illud alodium quod abeo in comitatu Barchinonensi, in parrohechia Sancti Stephani de Breda, que vocitant Parietes. Tota illa alodia que abeo in predicta parrohechia, in diversis locis, tam mansos quam domos quam cetera alodia, et omnes meos directos quos ibi abeo et abere debeo per cunctas voces, sic dono predicte milicie pro remissione peccatis meis et parentum meorum. Et de meo iure in ius omnipotentis Dei et iamdicte milicie trado in manu Petri de Ruvira, Dei servi et[1] prefate milicie, et Berengarii de Salrano, confratris eius, ita ut semper maneant in potestate hec omnia predicte milicie et de fratribus ibidem Deo servientibus. Et accipio pro hac donacione de avere predicte milicie XL^{a}VII moabitinos. Si quis violare temptaverit, nil valeat, set in duplo eidem milicie componat. Et post hoc sit firmum.

Que est acta VIIII kalendas februarii, anno IIII regni regis Ludovici iunioris.

Sig+num Petri Vei, qui hoc donum facio, firmo et laudo testesque subscriptos firmare rogo.

Sig+num Raimundi Renardi de Roca, qui hoc laudo et sponte firmo, Sig+num Petri Bertrandi de Bello Loco, Sig+num Sancie, uxoris eius, Sig+num Reamballi, filii predicte Sancie, nos qui hoc laudamus et sponte firmamus. Sig+num Petri Arberti de Licano. Sig+num Guillelmi Raimundi de Campo Senteges. Ermengaudi Guillelmi* sacriste *(senyal)*. Sig+num Petri Oleta. Sig+num Stephani

de Ripa Forti. Sig+num Arnalli Petri de Ulico. Sig+num Arberti de Valle Romana.

Signum+ Raimundi comes.

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit, cum literis rasis et emendatis in linea V[a], die et anno quo su*(senyal)*pra.

1. Dei servi et *afegit a la interlínia, volat en un espai d'aproximadament vuit lletres, raspat*.

784

1141, abril, 22

Venda. *Pere Guillem, la seva muller Estefania i els seus fills venen als esposos Joan i Ermessenda una peça d'un alou situat sota l'església de Santa Susanna, a Caldes de Montbui, pel preu de quatre morabatins i amb el dret de pas d'aigua calenta per l'esmentat alou.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 124, 72 × 252 mm. Estat de conservació regular a causa d'un petit forat a la part superior esquerra i de l'esvaniment de la tinta.

Notum sit cunctis quod ego Petrus Guillelmi [et coniu]x mea Estefanie et proles meos subterius roborati venditores sumus tibi Iohannis et uxor tua Ermesendis. Per hanc scripturam vendimus vobis pecia I de alodio, qui est suptus ęcclesię Sancte Susanne. Affrontat hec omnia de orient in rego de ipsos[1] molendinos Petri Guillelmi de Calidis, de meridie in prescripti molendini, de occiduo in rivi Kalidis, de circii in alodio de fratri meo Bernardus. Quantum istas IIII affrontationes includunt, sic vendimus vobis integriter, cum omnibus aquis ad rigandum, cum exiis et regressiis per portam nostram, qui est per ipsas domos Sancte Susanne, sive cum omnibus aliis locis exiis et regressiis, ad vestrum proficium; similiter cum passaticum de ipsa aqua calida per ipsum nostrum alodium Sancte Susanne prescripte. Hoc totum vendimus vobis ad vestrum propium francum alodium et liberum, propter precium moabetinos IIII[or] in auro, bonos et legitimos. Et est manifestum. Quem vero predicta omnia de nostrum iure in vestrum tradimus dominium et potestate ad facere vestram voluntatem. Advenit nos hec omnia per vocem genitorum nostrorum sive per divisionem quod ego Petrus prescripti feci cum fratri meo Bernardus de ipsa honore qui est suptus ęcclesię Sancte Susanne, in presencia Porcelli baiulo et Vives de Calidis et Bernardus d·Olio et Berengarius

Oriol et aliorum bonorum hominum qui consiliaverunt prescriptas divisiones. Si nos venditores vel alicuius homo persone utriusque sexu qui contra ista carta venerit pro inrumpendum, in vinculo componat XV moabetinos in auro. Et in antea hoc maneat firmum.

Quod est actum X kalendas may, anno IIII regnante Ledoyci iunioris.

Signum+ Petri Guillelmi, Signum+ Estefanie, Signum+ Petri, Signum+ Guillelmi, Signum+ Raimundi, Signum+ Guialma, Signum+ Dulcia, nos qui ista vinditione fecimus et firmamus et testes firmare rogamus.

Signum+ Bernardus d·Olio. Signum+ Vivis Raimundi. Signum+ Porcelli baiulo.

Signum+ Guillelmi presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. *Segueix un espai de cinc lletres, raspat*.

785

1141, juny, 3

Donació. *Berenguer Bernat de Cabanes dóna Castellruf a la seva filla Adelaida, amb totes les seves possessions, amb el molí de* Loberonis *i amb tot el que té a Martorelles; li dóna, també, el puig de Jonqueres amb totes les seves cases, masos i alous, l'alou que té a Sant Sebastià de Montmajor i a la Vall i el que té a Palau-solità.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 5 d'agost de 1197. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 126, 86 × 268 mm. Bon estat de conservació.

Sit[1] notum cunctis quod ego Berengarius Bernardi de Kabannis donator sum tibi Azalaidi filie mee. Per hanc scripturam mee donacionis dono tibi Kastrum Radulfi cum omnibus que ibi[2] habeo et habere debeo, cum mansis, cum terris et vineis et boscis et garigis, montis, pratis, pascuis, cum omnibus usaticis que habeo et habere[3] debeo in predicto kastro et in suis terminis, cum molendino de Loberonis cum suis utensilibus et cum suis adempramentis, et cum omnibus que abeo et abere debeo in Martoreies, simul cum alodio quod ibi abeo et habere debeo. Et insuper dono tibi ipsum pug de Ioncariis, cum domibus et mansibus et alodiis cunctis et cum omnibus que ibi abeo et abere debeo, et omnem alodium quod habeo et habere debeo in Monte Maiori et in Valle, cum

omnibus que abeo et abere debeo in terminis dictis de Ioncariis. Et insuper dono tibi omne alodium quod abeo et abere debeo in Palacio Salata et in suis terminis. Et sunt hec omnia in chomitatu Barchinone, in predictis locis. Tota hec omnia superius dicta dono tibi Azaledi filie mee sine tuo engan, et de meo iure[4] in tuum ius et dominium trado ad omnia que exinde facere volueris, ut melius dici et intelligi potest, ad utilitatem tuam. Si quis infringere temptaverit, nil valeat, sed in duplo tibi componat. Et postea hoc donum tibi firmum permaneat.

Que est acta III nonas iunii, anno IIIIº regni regis Luduici iunioris.

Sig+num Berengarii Bernardi de Kabanis, qui hoc laudo et firmo testesque subscriptos firmare rogo.

Sig+num Berengarii de Mogoda. Sig+num Guillelmi presbiter.

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo su-(*senyal*)pra.[5]

1. B *comença:* Hoc est translatum cuiusdam fuit fideliter translatatum. 2. *La primera* i *corregeix* [e]. 3. et habere *afegit a la interlínia*. 4. iure *repetit*. 5. B *acaba:* Signum+ Arnaldi presbiter. Signum+ Guillelmi presbiter. Sig+num Arnaldi presbiter. Sig+num Arnaldi levite, qui hoc translatum scripsi in domo Palacii fideliter, cum literis rasis et suprapositis in linea III et IIII, nonas augusti, anno Domini Mº Cº XCº VIIº.

786

[1131-1141], juny, 10. Pisa

Carta. *Innocenci II escriu al rei Alfons VII de Castella encomanant-li el compliment del testament d'Alfons I d'Aragó en benefici dels drets dels ordes militars.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 34, núm. 7 dupl. (*olim* arm. 30 Testaments Reials, sac R, núm. 87), 546 × 278 mm. Estat de conservació regular a causa de dos grans forats que afecten la part central i inferior del pergamí.

a *CODOIN*, IV, pp. 9-12.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40.

Datem per l'any del testament del rei Alfons I d'Aragó i pel de l'acord entre Ramon Berenguer IV i els ordes del Sant Sepulcre i de l'Hospital (vegeu els documents 774 i 775).

Aquesta carta apareix copiada al final del testament del rei Alfons I d'Aragó (vegeu el document núm. 646).

Innocentius episcopus, servus servorum Dei. [Dilecto …][1] filio Adefonso regi et dilectis filiis principibus per Yspaniam constitutis, salutem et ap[ostolicam benedictionem ...][2] sint ad ecclesie orientale et pereg[ri]norum[3] liberationem necessarii qui Sepulchrum […][4] fama alii preceperunt. Accepimus autem quoniam Adefonsus, rex Aragonensium, terciam pa[rtem…]m[5] principes suos fecit iuramento firmare. Ideoque universitati vestre ma[ndamus…][6] remissione [...]atenus[7] ad hoc quod eis a prefato rege Adefonso collatum est acquirendum et retinend[um…][8] et consilium unanimiter et devote prestetis.

Data Pisis IIII idus iunii.

1. *Espai de 88 mm, il·legible a causa d'un forat*. 2. *Espai de 95 mm, il·legible a causa d'un forat*. 3. *Manca*. 4. *Espai de 110 mm, il·legible a causa d'un forat*. 5. *Espai de 110 mm, il·legible a causa d'un forat*. 6. *Espai de 40 mm, il·legible a causa d'un forat*. 7. *Espai de nou lletres, aproximadament, il·legible a causa d'un forat* 8. *Espai de quatre lletres, aproximadament, il·legible a causa d'un forat*.

787

1141, juny

Convinença. *Ramon Berenguer d'Àger, la seva esposa Toda i el seu fill Guillem infeuden a Pere Arnau del Puig el castell de* Ficherola*; Toda i el seu fill Pere li donen també la meitat de la novena, de la preguera i dels serveis, i la quarta part dels plets de Casterlenas. A canvi, Pere Arnau promet ser home fidel seu, excepte contra Ramon Pere de Sant Just i els seus, i que els ajudarà amb el castell de Pug contra Pere Ramon d'Erill, Gombau de Benavent i Gombau d'Entença.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 127 (*olim* arm. 3 Lleida, sac B, núm. 90), 192 × 318 mm. Bon estat de conservació.

Hec est comenenca que fecerunt Ramon Berenger de Ager et coniux eius domna Tota et Gilem filio eius, cum Per[e][1] Arnald de Pugo. Quod donant ad Per[e] Arnald ipso castello de Ficherola ad feu, ab ipso castellano que fiat suo solido de Per[e] Arnald, de hoc quod abet de ipso castello de Ficherola; et donant ipsa tercia parte de dominicaturas quod ibi abent, extra illum alode plano. Donat illa domna et Gilem suo filio ad Per[e] Arnald illa mediatate de ipsa novena de Castrelenas vel de suos terminos et mediatate de illa prechera et quarta parte de illos pletos et mediatate de illos servicios, extra quinque excusatos quod erant

donatos; et de prechera que donant excusatos, abeat Per[e] Arnald illa mediatate et mediatate de expleto de Ioan Havib. Hoc totum donamus ad Per[e] Arnald, extra illos directos quod ibi prendet don Pere Ramon. Nos seniores suprascriptos donamus ad te Per[e] Arnald et ad tua posterita que tu laxaveris, quod abeas per nos per feu et per nostra posterita. Et convenit Per[e] Arnal ad istos suprascriptos suos seniores que suas manus proprias siat homine de istos seniores, ille et sua posterita, de nos et de nostra posterita. Convenit Per[e] Arnal ad don Ramon Berenger et ad illa domna Tota quod donet poctat de ipso castello de Ficherola per fede, sens lur engan, irat et pagat, ad quale que primer la demand; et post dies de illa donna, donet poctat ad Gilem, per fed, sens engan. Convenit Per[e] Arnald ad istos suos seniores suprascriptos quod ista honore que li donant, que adiuvet ad tener et ad defendere contra totos homines vel feminas, per fide, sine enganno; et alia honore que abent ni acaptaran cum consilio de Per[e] Arnal, que la aiut a tener et ad defendere contra totos homines vel feminas, sens illo seniore de cuius est solido et sens Ramon Pere de Sent Just et suos filios et sine suos fratres. Convenit Per[e] Arnald ad don Ramon Berenger et ad illa domna et ad Gilem que lis valgat ab lo castell de Pug, per fed, sens engan; et quod abeant intrar et exir et gerregar de ves Pere Ramon de Eril et Gonbald de Benavent et Gonbal de Entenca et de alios suos inimicos, unde ad Per[e] Arnald non stiat mal. Conveniunt don Ramon Berenger et illa domna et Gilem ad Per[e] Arnald que li aiuten ad defendere et a tener ipso castello de Pug contra Pere Ramon de Eril et Gonbal de Benavent et Gonbald de Entenca et contra alios suos inimicos, unde ad illos non stiat mal.

Sign+num don Ramon Berenger, Sign+um domna Tota, Sign+um Gilem, Sign+um Per[e] Arnald, qui hanc carta mandaverunt scribere et testes firmare.

Don Ramon Pere de Sent Just, teste, et Pere suo filio et Arnald et Ramon de Clarmont et Pere Bertran et Galin Fertugnons de Olivena et Arnald de Laquars, omnes isti sunt testes.

Facta ista carta mense iunio, regnante comes Barchinona in Aragon, anno ab Incarnacione Domini M° C° XL° I°.

Et ego Dominicus, sacerdos de Aquilanido, prenotavi hec dica.

1. *Manca. Es repeteix diverses vegades en el text; no s'indiquen en nota.*

788

1141, juliol, 13

Establiment. *Pere Ricard estableix a Bonfill Ervigi i al seu fill Joan un alou al territori de Barcelona, a Sarrià, a l'Oliva, als Vinyals i a altres llocs, a cens d'un parell de capons per les cases del mas, del quart i el braçatge pels cereals i del quart per la vinya i els arbres.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 139 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1097), 110 × 282 mm. Bon estat de conservació malgrat dues taques d'humitat.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 96 (amb data de 1142).

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 175.

Sit notum cunctis quod ego Petrus Ricardi dono tibi Bonefilio Ervigii et filio tuo Iohanni et progeniei eius atque posteritati, ad laborandum, ad panem et vinum et ad mansum condirigendum, alodia mea culta et inculta separatim posita quę per vocem genitorum meorum habeo in territorio Barchinonę, in parroechia Sancti Vincentii de Serriano, ad ipsam Olivam, in termino de ipsis Vineals, in diversis locis. Terminantur autem ab oriente in torrente quo de manso Poncii Bernardi Rossel itur ad Monterols, a meridie in via publica sive in ipsa Olivaria Rotunda, ab occiduo in ipsa riera quę descendit tempore pluviarum de Serriano, ab occiduo in ipso margine et in alodio Sancti Petri. Quantum infra hos terminos modo habeo et teneo, totum vobis et vestris dono cum ingressibus et regressibus suis integriter, ad bene laborandum et condirigendum mansum. Tali pacto ut ab istis kalendis augusti ad alias habeatis ibi mansum condirectum in quo habites tu Iohannes iamdictus et progenies tua; et tu et tui propter hoc donum sis meus solidus. Propter domos iamdicti mansi tu et progenies tua atque posteritas annuatim, in Natale Domini, dabis mihi vel meis successoribus parilium I de caponibus et de fructu panis quartum et braciaticum; de fructu vinearum et arborum, quartum. Atque inibi alium seniorem non proclametis nec faciatis nisi tantum me vel meos successores. Si autem alia alodia que infra iamdictos terminos habeo venerint mihi in aperturam, convenio vobis vel vestris illa dare per predictum agrarium si vos videro quod bene possitis illa laborare. Si quis ex utraque parte hoc alteri infringere presumpserit habeat inde dampnum XX moabitinorum. Et insuper hoc donum semper maneat firmum.

Actum est hoc III idus iulii, anno V[1] regni Leduici iunioris.

Signum+ Petri Ricardi, qui hoc laudo, firmo firmarique rogo.

Signum+ Petri Arberti. Signum+ Petri Arnalli. Signum+ Sendredi. Signum+ Raimundi Burdi.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. V *corregeix* III.

789

1141, desembre, 2

Definició. *Estefania i el seu fill Bernat renuncien a favor de Joan Ventreland i de la seva esposa Saurina als drets sobre un alou a Montjuïc, al territori de Barcelona, que havien comprat al jueu Bonavida, el qual el tenia en penyora dels pares de Saurina. Reben a canvi tres sous.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 129, 118 × 195 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 64.

Omnibus sit notum quod Raimundus Burdo et uxor eius Stefania comparaverunt quoddam alodium in Monte Iudaico, ad ipsam serram, a quadam femina Ermessendi nomine et a filia eius Maiassendi, quod quidam iudeus Bonus Vida nomine pignore accepit a genitoribus Saurinę feminę, uxoris Iohannis Ventreland. Super quo alodio iamdicta Stefania et filius suus Bernardus, cum iamdicto Iohanne et uxore sua multum contententes diuque placitantes, predicta Stefania et filius suus fecerunt eis finem et pacificationem de predicto alodio, sicut hec presens scriptura demonstrat. Quapropter, in Dei nomine, ego Stephania femina et filius meus Bernardus diffinimus et evacuamus et pacificamus tibi Iohanni Ventreland et uxori tue Saurinę iamdictum alodium. Est autem iamdictum alodium in territorio Barchinonę, in Monte Iudaico, ad ipsam serram. Sicut terminatur ab oriente in alodio quod fuit Mosse hebrei, a meridie in alodio quod fuit Guilie feminę et modo est Raimundi Guanalgaudi, ab occiduo in alodiis que fuerunt Abram Cavaler, a circio in terra Petri Guilaberti, olim defuncti. Sic diffinimus et evacuamus et pacificamus vobis et filiis vestris ex vobis ambobus procreatis, cum ingressibus et egressibus suis, integriter, ac de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, ad vestrum proprium plenissimum et liberum alodium secure et quiete possidendum, ad quod exinde facere volueritis ad

vestrum libitum. Accipimus namque a vobis pro hac diffinitione III solidos denariorum bonę monetę curribilis Barchinonę. Et est manifestum. Si quis hoc disrumpere presumpserit, in duplo componat. Et insuper semper maneat firmum.

Actum est hoc IIII nonas decembris, anno V regni Leduici iunioris.

Signum+ Stefanię feminę, Signum+ Bernardi, filii eius, nos qui hoc laudando firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Petri Samuelis. Signum+ Arnalli Sabater.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

790

1142, gener, 23

Definició. *Arnau de Maltorrent, després de diverses disputes, renuncia a favor de Guillem de Castellvell als drets sobre el mas d'Illes, tal i com el tenia per ell Bernat Geribert, anomenat Mestall. Rep a canvi un cavall bo.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del 15 d'abril de 1217. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 130, 123 × 192 mm. Bon estat de conservació.

Post multa placita et rixa quod ego Arnalli de Maltorrent habebam tecum Guillelmo Castri Viteri, domino meo, de illo manso de Insulis, igitur, per consilium Bernardi de Ciutadia et Arnalt Ferarii et aliis bonis hominibus, venio tecum ad pacem et ad fines. Quapropter, in Dei nomine, sit notum cunctis quod ego Arnaldus de Maltorrent solvo et diffinio et evacuo et pacifico tibi Guillelmo, domino meo, et tuis totum illum iamdictum mansum de Insulis, cum omnibus suis terminis, sicut ad illum mansum pertinent et pertinere debent, sicut Bernardus Giriberti, qui vocatur Mestai, tenebat per me. Et propter hanc diffinicionem accipio a te unum cavallum bonum. Si quis contra hac carta diffinicionis venerit pro inrumpendum, nil ei valeat vindicare, sed componat aut componam in duplo. Et insuper hec carta diffinicionis firma permaneat omni tempore.

Quod est actum X kalendas februarii, anno V regnante rege Ledovico iunior.

Sig+num Arnalli de Maltorrent, qui hoc laudo et firmo.

FUNDACIÓ NOGUERA

Sig+num Bernardi de Ciutadia. Sig+num Arnalli Ferarii. Sig+num Raimundi de Voltrera.

Sig+num Arnalli presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.[1]

1. B *acaba*: Facta hec translatio XVII kalendas madii, anno Domini Mº CCº XVIIº. Niccholaus*, clericus Castri Veteri (*senyal*). + Bernardi* presbiter. Sig+num Bernardi de Guanser presbiter. Guillelmus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo *(senyal)* supra.

791

1141, gener, 25

Encomanament. *Pere de Sarrovira, mestre del Temple, cedeix de per vida a Pere Vell els alous que aquest havia donat al Temple, situats a Parets del Vallès, a canvi d'un cens d'una quartera de blat.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 131, 166 × 178 mm. Carta partida per la divisa «Divisio carte» pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 131 dupl., 159 × 180 mm. Carta partida per la divisa «Divisio carte» pel marge superior. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis quod ego Petrus de Ruvira, servus Dei et[1] milicie Templi Iherosolimitani, cum fratribus meis Raimundo Gauzberti et Raimundo Arnalli de Bidocio et Poncio sacerdoti, cum aliis fratribus nostris, comendamus tibi Petro Vei, scilicet illa alodia que tu dedisti domino Deo et[2] predicte milicie. Que sunt in comitatu Barchinonensi, in parrohechia Sancti Stephani de Breda, que nominatur Parietes. Predicta alodia que tibi comendamus et nunc eciam tenemus in potestate nostra, tali modo tibi comendamus ut dones nobis annuatim et nostris successoribus, de fructu quod inde exierit, quarteram I tritici in festum Sancti Felicis in vita tua; et post obitum tuum revertantur predicta alodia secure et quiete domino Deo et predicte milicie. Si quis violare presumpserit, nil valeat, set in duplo cui fraudem fecerit componat. Et post hoc sit firmum.

Que est acta VIII kalendas februarii, anno ab Incarnacione Christi Cº XLº Iº post millesimum.

Sig+num Petri de Ruvira, Sig+num Raimundi Gauberti, Sig+num Raimundi Arnalli de Bidocio, Sig+num Poncii sacerdotis, Ermengaudi Guillelmi* sacer (*senyal*), Sig+num Berengarii de Salrano, nos qui hoc laudamus, firmamus testesque subscriptos firmare rogamus.

Sig+num Raimundi Renardi. Sig+num Petri Bertrandi de Pulcro Loco.[3] Sig+num Sancie uxoris eius. Sig+num Petri Arberti de Licano. Sig+num Guillelmi Raimundi de Campo Senteies. Sig+num Petri Oleta. Sig+num Stephani de Ripa Forti. Sig+num Arnalli Petri de Ulico. Sig+num Arberti de Valle Romana.

Signum+ Raimundi comes.

Guilelmus sacerdos, qui hoc scripsit[4] die et anno quo su*(senyal)*pra.

1. *Segueix un espai d'aproximadament cinc lletres, raspat,* A'. 2. domino Deo et *afegit a la interlínia* A'. 3. Bello Loco A'. 4. *Segueix* A' cum literis rasis in linea I et suprapositis in linea III, *advertiment que fa el rogatari a les correccions que havia introduït al text*.

792

1142, gener, 26

Establiment. *Pere Vell estableix a Bernat de Pradell, a la seva esposa Magença i al fill d'aquesta, Berenguer, una parellada de terra a Parets del Vallès, al lloc anomenat Torre d'en Malla, a cens d'un parell de capons, la tasca i el braçatge dels conreus i la sisena part de la verema i amb la condició que hi edifiquin un mas. Es paguen dos morabatins d'entrada.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 25 d'agost de 1214. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 132a, 326 × 217 mm. Bon estat de conservació.

Document copiat, juntament amb dos més, en el mateix pergamí. Vegeu els documents núms. 945 i 953.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris qualiter ego Petrus Veio donator sum vobis, a tibi Bernardus de Pradel et cuncta proieniei tue et ad uxor tua Maienza et filio suo Berengario et cuncte vestre proieniei atque posteritati, ipsam pariliatam[1] que[2] est in Vilazir cum omnes alias tenedones. Et abet afrontationes ista pariliata cum ipsas tenedones[3] a parte orientis in via qui pergit de Pareds in Barchinona et in Valles, a parte meridie in via qua pergit ad domos de Arbertus de Vilazir et in puio de Ventaiol, ab occiduo parte in rivo de Merdatio, a circi in via qui pergit de Pareds in Sabadel. Quantum istas IIII[or] affrontationes includunt[4] et isti terminos ambiunt, sic dono vobis predictis quantum ego abeo et abere debeo per ullasque voces, exceptus una pecia terre quem tenet Karbonel. Sub tale videlicet ratione donamus vobis predictum honor, ut in predicta pariliata plantetis et hedificetis

mansum in quod mittatis omnes eximentos predicte honoris; et vos et proieniei vestre atque posteritati faciatis per censum de ipsum mansum per unumquemque annum par I caponum; et de ipsa laboratio de pane, tasca et braciaticum; et de laboratione de vino, sextam partem. Et dono vobis predictis quod habeatis per orto et per ferragenale iornal I de bovos in demun in predicto honore. Et qualiscumque de vobis obieritis sine prole legitima, predictus honorem revertatur ad alium qui michi vel meis faciat et compleat fideliter supradicta. Et ibi alium seniorem vel baiulus non proclametis nec faciatis nisi tantum mihi et successoribus meis. Et ego et mei convenimus vobis et vestris esse guarentes et deffensores contra cunctos homines. Et est hec omnia in chomitatu Barchinone et in parrochia Sancti Stephani de Pareds et in locho nominato Vilazir et in multis locis aliis. Et est manifestum. Quod si ego donator vel alios homines vel feminas qui ista donatione vel ista carta voluero frangere, in duplo componat. Et in antea firmum permaneat omni tempore. Et per istum acapte recepit de nos Petrus Veio morabatinos II in auro.

Actum est hoc VII kalendas[5] febroarias, anno V regni Leovici regis iunioris.

Sig+num Petrus Veio, qui ista donatione mando scribere, firmo et laudo et aliis testibus firmarique rogavi.

Sig+num Petre de Ruvira, magister de Templum. Sig+num Arnallus Petri, baiulo. Sig+num Raimundus Renardi. Sig+num Stephanus de Ripa Fort. Sig+num Pere Oleta.

Miro sacer, qui hoc scripssit, cum litteris[6] suprapositis in linea XI, die et anno quo supra.[7]

1. *La segona* i *corregeix* a. 2. q *corregeix* d. 3. o *corregeix* d. 4. includunt *afegit a la interlínia*. 5. s *corregeix* f. 6. l *corregeix* [i]. 7. B *acaba:* Signum Petri literati, qui hanc cartam fideliter translatavit, cum litteris suprapositis in V linea, VIII kalendas septembris, et rasis et emendatis in XVII[a], anno Domini M CC XIIII, die et anno quod modo prefixum est (*senyal*).

793

1142, febrer, 5

Establiment. *Ramona i el seu fill Bernat Ramon estableixen a Pere de Cardona i als seus fills i successors la quarta part d'un hortal que tenen a Vic a cens d'un parell de capons per Tots Sants i amb la condició que hi edifiquin cases. Es paguen quatre morabatins d'entrada.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 133, 129 × 126 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada*, p. 164.

In Dei nomine. Ego Raimunda femina et filio meo Bernardus Raimundi donamus tibi Petro de Cardona et infantibus tuis ac proieniei illorum quandam partem de nostro ortale, sicut habemus terminatum. Et est in villa Vici et in senioratu comitis ac Guillelmo Raimundi. Et affrontat ab oriente in ferragenale de Arnallo Iohanni, qui est prope palacium comittale, ab occidente in domibus Iohannis Bragad et in nostro ortale, a meridie in nostro ortale, a circea parte in ipsa carrera qua vadit ad forum. Quantum ab istis affrontationibus includitur et terminatur, totum vobis prescriptis donamus ad habendum et possidendum omni tempore, et ad hedificandum ibi domos superius et inferius, ad vestram voluntatem, tali conditione ut per unumquemque annum reddatis nobis pro censu par caponum in festivitate Omnium Sanctorum. Pro hac vero donatione accipimus a te IIII^{or} morabetinos in auro. Si quis hoc tibi dirrumpere vel infringere temptaverit, agere non valeat, sed pro sola presu[m]ptionis[1] causa in duplo [componat][2] cum omni melioratione ibi facta. Et insuper hec scriptura et quod in ea continetur firma persistere valeat omni tempore.

Que est facta nonas februarii, anno V regni regis Lodovici iunioris.

Sig+num Raimunda femina, Sig+num Bernardi Raimundi, qui hanc donationem fecimus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Berengarii Capud Bovis, baiuli. Sig+num Poncii Capud Ferri. Sig+num Tafurel. Sig+num Poncii de Tennes.

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. *Manca.* 2. *Manca.*

794

1142, març, 21

Empenyorament. *Pere Ricard cedeix als esposos Pere Joan i Guillema el mas que havia estat de Guitard Jetó i dues peces de terra, per raó d'un deute de cent seixanta morabatins d'or. En cas que Pere Ricard vulgui vendre el mas, els esposos Pere Joan i Guillema tindran prioritat de compra per deu morabatins menys que qualsevol altre possible comprador.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 135 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1047), 110 × 265 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 95.

Cit. BENSCH, *Barcelona*, p. 142. — RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 174.

Sit notum cunctis quod ego Petrus Ricardi debeo tibi Petro Iohannis et uxori tue Guillelmę CLX moabitinos legitimos et boni auri sine engan, quos mihi in meis magnis necessitatibus accomodastis. Propter quos impignero vobis ipsum meum mansum qui fuit Guitardi Ietonis cum omnibus eidem manso pertinentibus vel qualicumque modo pertinere debentibus, simul cum duabus terre peciolis separatim positis, quarum una super eundem mansum habetur proxima, altera vero iuxta ipsos parietes, prope viam publicam. Quę omnia advenerunt mihi Petro Ricardi hereditario iure per vocem matris meę et per compram patris mei et aliis vocibus. Sicut terminatur ab oriente in alodio episcopali, a parte vero circii in alodio Sancti Petri Puellarum, a meridie in aqua maris, ab occiduo eiusdem Sancti Petri Puellarum, sic impignoro vobis iamdictum mansum cum suis pertinenciis et cum iamdictis duabus peciolis terrę, simul cum ingressibus et egressibus suis integriter, ac de meo iure in vestrum trado dominium et potestatem. Tali modo ut eundem iamdictum mansum cum suis omnibus pertinenciis vos vel homo per vos et per vocem vestram teneatis et possideatis et expletetis potenter et integriter. Et non liceat mihi vel meis redimere hoc pignus nisi in natale apostolorum Petri et Pauli, et sic vadat annuatim de natale in natale apostolorum Petri et Pauli sine vestro engan, recollectis inde expletis. Supradictum vero mansum cum suis pertinenciis ego prephatus Petrus Ricardi ab ista hora in antea, si vendere voluero, convenio vobis ut si emere volueritis vobis illum vendam atque[1] vobis donem eum per minus decem moabitinos quam alteri hominum. Interim, si volueritis, liceat vobis eum impignerare, dare et dimittere per quantum ibi habetis. Si quis hoc disrumpere presumpserit in duplo componat. Et insuper maneat firmum semper.

Actum est hoc XII kalendas aprilis, anno V regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Petri Ricardi, qui hanc impignerationem fecit, firmavit firmarique rogavit.

Signum+ Martini Orucię. Signum+ Raimundi Petri Gerundę. Signum+ Petri Arberti. Signum+ Arnalli Petri militis.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris emendatis in linea VIIII[a] et dampnatis in linea X[a], die et anno quo supra.

1. si vendere voluero, ... vendam atque *escrit a sobre d'una raspadura; segueix una part de text de 70 mm, ratllat.*

795

1142, març, 24

Encomanament. *Guillem de Berga, la seva esposa Berenguera i els seus germans Guillem, Ramon i Pere encomanen a Guillem Biure i al seu germà Arnau el castell de Puig-reig amb algunes peces de terra i censos. A canvi, Guillem Biure promet que serà home fidel i soliu de Guillem de Berga i li lliura dos-cents sous i una mula valorada en cent sous.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 136, 103 × 339 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Estat de conservació regular a causa de la mutilació de part del marge esquerre i de l'esvaniment de la tinta a la part dreta.

[In] Dei nomine. Ho[c est] donum et conveniencia, quod donum facit Guillelmus de Bergitano et coniux eius Berengaria et fratres ipsius Guillelmi, Raimondus videlicet atque Petrus, Guillelmus Bene Vivere et Arnallo, fratri suo. Comendat namque pre[f]atus Guillelmus de Bergitano, cum uxore sua iamdicta et fratribus prenominatis, premisis Guillelmo atque Arnallo ipsum castrum de Podio Regis, et donat eius stada in ipso castro quantum ipsi stare voluerit, excepto quando predictus Guillelmus de Bergitano vel castellani ipius kastri ibi stare voluerint. Et ipse Guillelmus et Arnallus donant insuper pretaxatus Guillelmus de Bergitano cum uxore sua et fratribus, sepedictis fratribus Guillelmo atque Arnallo facere staticam et habere in dominio, in terra castellare ipius castri, iusta ipsam turrem; et faciat illam cum ipsius operibus ad ipsum castellum pertinent. Insuper eciam donant prelibati donatores prenominatis fratribus Guillelmo et Arnallo medietatem de ipsis vineis quas ibi abent in dominio, videlicet in loco vocitato Pinosa, simul cum uno ferragenali et totum ipsi orti irrigui q[ue] ibi abent. Et per totam honorem ipsius castri, ubi ipsi habent pro usaticho, donant eis quartera I[1] cibarie ad mensura que nos abemus[2] in unoquoque manso, et fascium unum palęę et erbare per totum ipsum honorem sine tala et ligna et aquas et pascua

et venacionem[3] in omni honore predicto, excepta ipsa devesa de Pinosa. Et donant eis in predicto castro intrare et exire et geregare et defendere se et suos, cum ipso castro et cunctis hominibus ipsius honoris. Prefatam autem comendationem et donum a nos pretaxati Guillelmus de Bergitano et coniux eius Berengaria et fratres ipsius Guillelmi, Raimundus atque Petrus faciamus vobis pretaxatis Guillelmo de Bene Vivere et coniugi tue Ermessen et fratre [tuo Ar]nallo et omni proienie vestre vel cui vos dimiseritis ad habendum post vos. Convenimus iterum vobis quod simus vobis valetores et adiutatores sicut boni seniores ęssę debent suis hominibus. Omne vero donum premissum facimus vobis per fevum. Propter hoc namque donum, […]nem[4] sive convenientiam, ego prememoratus Guillelmus de Bene Vivere convenio vobis Guillelme prenominate, seniores meos, ac coniugi tue prefate quod sim vester solidus contra omnes homines vel feminas; et sim vobis fidelis de vestro corpore et membris et de omni honore [quod hodi] e habetis et in antea cum meo consilio adquisieritis; et insuper convenio vobis quod infra terminum predicti castelli non facimus comparacionem aut pignus non accipimus sine vestro consilio. Nos tamen Guillelmus et uxor eius predicta, Raimundus atque Petrus […][5] Guillelmo et Arnallo quod si potueritis aliquid adquirere in predicto honore, sive per accapite sive per emtione sive per pignus, cum consilio et licenciam unius ex vobis, omnes nos simul laudemus et vobis facere permitamus, et insuper convenimus […][6] omni hoc quod supradictum est simus vobis garentes contra omnes homines et feminas, per directum. Quod si facere non potuerimus, emendemus illud vobis ad laudamentum probonorum hominum, infra terminos Bergitani, ad convalentum predicti honoris, sine vestro […].[7] Propter etiam hanc largicionem superius scriptam, nos donatores accepimus a vobis solidos CC denariorum et mulum unum valentem solidos C. Et est manifestum. Si qua vero, quod apsit, persona cuiuscumque ordinis qui hanc carta donacionis [ad inrumpen]dum venerit, nichil proficiat, sed pro sola presumpcione in duplo componat.

Actum est hoc VIIIIº kalendas aprilis, anno Vº regni regis Leduvici, prolis alterius Ledovici.

Sig+num Guillelmus de Bergitano, Sig+num Berengera c[oniux eius], Sig+num Raimundus, Sig+num Petri, fratrum ipsius Guillelmi, nos omnes qui hoc facimus et firmamus et testes firmarique rogamus.

Sig+num Bertran de Loparia. Sig+num Petri Guisaldi. Sig+num Petri […].[8] Sig+num Raimundi Guillelmi de Avidano.

[...]lus,[9] qui hoc scripsit ipsa conveniencia et subscripsit die et anno quod (*senyal*) supra.

1. quartera I *escrit a sobre d'una raspadura. A l'escrivà, quan fa aquesta correcció, li queda un espai entre* I *i la paraula següent* cibarie*, i hi escriu* ad *i l'inici de la paraula* mensura [men]*, que no pot completar perquè és un text més llarg que l'espai que té, per la qual cosa ha de continuar a la interlínia, on hi escriu les dues síl·labes que manquen* [sura]. 2. sura que nos abemus *afegit a la interlínia*. 3. veneracionem *al text*. 4. *Espai de sis lletres, aproximadament, il·legible a causa de la mutilació del pergamí*. 5. *Espai de sis lletres, aproximadament, il·legible per la mateixa causa*. 6. *Espai de set lletres, aproximadament, il·legible per la mateixa causa*. 7. *Espai de sis lletres, aproximadament, il·legible per la mateixa causa*. 8. *Espai d'onze lletres, aproximadament, il·legible per la mateixa causa*. 9. *Espai de vuit lletres, aproximadament, il·legible per la mateixa causa*.

796

1142, març, 28

Testament. *Dalmau, diaca, atorga testament, en el qual fa diversos llegats a institucions eclesiàstiques i als seus parents i deixa a l'orde del Temple els béns que li pervingueren dels seus pares.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 137, 136 × 232 mm. Estat de conservació regular a causa de dos estrips produïts per la humitat que afecten la part superior.

In nomine Domini. Ego Dalm[a]cius diaconus, iacens in lectulo meo et time[ns] mortis casus, in Dei misericordia sperans, precor vos, amicos meos, Guilelm Ermengau et Peire Ioan et Raim[un Ioa]n ut, si mors mihi evenerit, omnia mea distribuatis. In primis, dimitto corpus meum et animam meam domino Deo et Beate Marie et Sancti Aciscli. Et dimitto a Sancto Asciclo atauco uno et quarteira una de blat; et ad suum presbiterum, una doladora et una capa et medium baril de vino. Alia medietate[1] quod remanet dimitto ad Willelmum Arna[u]dum et megera una de blat. Ad Sancta Maria de Palaz dimitto I baril et una quarteira de blat. Substanciam meam aliam quam habeo dimitto a la Cavallaria. Dimitto ad Sancta Maria Villa Leonis una fexa de terra qui est in cumba dez[2] Quer; ad clericos de ecclesia supradicta, videlicet Sancta Maria, una megera de blat.[3] Ad opera de Sancto Petro de Vic, duos solidos. Ad Sanctum Thomam, I quarteira de blat. Dimitto ad Messegarium nepotem meum unum lectulum et I baril et I cub. Hereditatem meam que mihi advenit per patrimonium dimitto a la Cavallaria. Casas cum terras hermas et cultas et

complantatas et arboribus de diversis generibus dimitto ad Peire. A Ioan, onorem meum que comparavi et que mihi fuit.[4] Ingadiate ad convivium, meum panem et vinum et carnem ad suficiendum.

Factum est hoc testamentum V kalendas aprilis, regnante Lodoico rege iuniore, V anno regni eius.

Sig+num Guillem Ermengau. Sig+num Peire Ioan. Sig+num Raimun Ioan.

Sig+num Willelmi, qui hoc testamentum scripsit die et anno (*senyal*) prefixo.

1. *La segona* e *afegida a la interlínia*. 2. z *afegida a la interlínia*. 3. b *corregeix* p. 4. i *corregeix* e.

797

1142, maig, 11

Testament. *Ramon Giscafred atorga testament, en el qual fa diversos llegats a institucions eclesiàstiques, reparteix la resta dels seus béns entre els seus fills i filles, amb millora per a Guillem, i deixa usufructuària la seva esposa Eliarda.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Bereguer IV, carp. 36, núm. 138, 230 × 324 mm. Estat de conservació regular a causa d'alguns forats i d'algunes taques d'humitat que coincideixen amb els plecs del pergamí.

Cit. BISSON, *L'impuls,* pp. 50-51.

In Dei nomine. Ego Raimundus Gischafredi detentus sum, pleno tamen sensu meo, dico pro anima mea et eligo manumissores meos Raimundus Oliba et uxor mea Elliardis et filius meus Guielmus. Et rogo ut distribuant meum honorem et meum tercium quod mihi contigerit de pane et vino, tam de novo quam de vetulo, et de mobile, sicut hic inferius invenerint ordinatum. Primitus, mando[1] ut faciant III partes de iamdicto meo tercio de pane et vino, tam de vetulo quam ad novo veniente. Et dimito unam terciam partem ad opera Sancti Stephani et meum corpus ad sepeliendum; aliam terciam partem ad clericos eiusdem loci dimito pro anima; terciam vero parte ramanet dimito Sancte Crucis[2] Sancteque Eulalie. Et Sancte Marie Podiensis,[3] XII diners. Inter Ospitale et Chavalleriam, XII diners. Inter Sancti Cucuphati et Sancto Laurencii, XII [diners].[4] Et si rem remanet, dono et dimito ad meum aniverssarium. Et de iamdicto tercio de meo mobile dimito inter opera Sancti Stephani et clericis eius loci so-

lidos VI pro anima mea. Aliud quod remanet siant solutos nostros debitos in comune, et faciant meum aniverssarium et donent pro anima mea et per misses et in quo melius viderint. Dimito filio meo Guielmo ipsum meum mansum in quo habito, quem vocant Palomer, cum suis pertinenciis quas ad ipsum mansum pertinent et pertinere debent, sicut tenet de ipsa serra de Ruirano et de Chareres usque in torrent de Colobrers et sicut tenet de serra de Lumbrig usque ad flumine de torrent qui venit de Chaneles et usque in Montem Crucis et in torrent de Gualedel. Dimito predicto filio meo Guielmo atque filio meo Bernardo ipsum meum alodium quod habeo in Tegores, in loco qui dicitur mansum[5] Burriana et ipsam vineam de Oleastro,[6] ut habeant equaliter. Item dimito filio meo Bernardo ipsum meum mansum de ipsis Ortis sive cum alio honore quem habeo et habere debeo, sicut tenet de ipso alodio quod G[er]allus de Togores habet prope iamdicto manso de Burriana usque in tenedone que fuit de Sinfre Pere, ad ipsas Olivarias, et in Chalericza, ita ut donet anuatim Sancto Stephano parilium unum de caponos in perpetuum. Dimito filio meo Arnallo ipsum meum mansum de Chuiars[7] cum suis pertinenciis;[8] et ipsas terras et ruiras quas habeo in pug de Ruirano, exceptus medieta[t]em de uno campo quod est subtus unam olivariam, quem dimito filio meo Guilelmo. Item dimito filio meo Arnallo ipsos alodios et fevos[9] quos habeo et habere debeo in Canneles, in omnibus locis, exceptus medietatem de ipso boscho de Pedra Mala, qui est eremo, quem dimito filio meo Guielmo. Et habeat filio meo Arnallo ipsum moabetinum quod habeo in ipsa vinea de Oleastrel per pignora. Dimito filio meo Guielmo ipsam vineam quam habeo in Brugariam, que est prope ipsos alodios de filiis Ermessendis de Romaneda. Et concedo filio meo Guielmo atque filia mea Ermeniardis ipsam vineam quam habeo in Brugariam, prope ipso forn de Sancto Petri, ut habeant in simile. Concedo ad filiam meam Azaledis, prope ipsam vine[am], quarteradam unam terre; et laudo ei ipsam vineam quam dedi ei in die nupciarum et cupo I et tonna I. Concedo ad filiam meam Ermeniardis ipsum mansum de Chasal de Amad cum suis pertinenciis, sicut eam tenet eum et habet, cum ipsa trilea que est ante eiusdem domo, cum peciam unam terre quam mihi excomutavit Bernardus Petri, cum iamdictam peciam unam vinee quam cum fratri suo Guilelmo superius dimito. Alios meos alodios et terras et pertinencias quas habeo et habere debeo in iamdictam Brugariam, in omnibus locis, dimit[o] fi[lio] meo Guielmo ut habeat ibi ipsam medietatem.

Aliam medietatem dimito ad filios meos Bernardo et Arnallo ut habeant equaliter. Et mando ad filios meos Guiel[mo et B]ernardo ut donent in iamdictam Brugariam semodiatam unam, infra terra et vinea, ad filiam meam Ramonam[10] et adiuvent eam maritare. Et non habeant filios meos vel filias licit[um v]in[dere] vel inalienare suam hereditatem nisi fratres et sorores inter se; et habeat unusquisque suam[11] hereditatem unde servicium exire debet ad servicium seniorum. Et donent annu[ati]m Bernardus et Arnallus pernam unam chastlanam Guielmo per adiutorium de ipso censo de Palomer. Dimito filio meo Bernardo peciam unam terre que est iuxta ecclesiam Sancti Petri de Oleastri, tali modo ut Sanctum Petrum habeat inde tascham in perpetuum. Item dimito ei Bernardo peciam unam terre quam habeo in valle Bosa. Dimito filio meo Guielmo cupo I maior et tonna I maior. Dimito ad filios meos Bernardo et Arnallo dogad I de cupo et tonna una. Dimit[o][12] filie mee Ramona barrila I maior et vedela I. Hoc totum sicut superius dimisi ad filios meos, tam honore quam mobile, concedo ut habeat et teneat et possideat uxor mea Elliardis omnibus diebus vite sue potestative, sine blandimento ullius hominis vel [femine];[13] post eius obitum remaneat eis, sicut superius dictum est.[14] Dono et dimito ad ipsum altare de Sancta Maria, quod est in ecclesia Sancti Stephani, libram unam cere annuatim in festum Pasce; et donent eam Guiellmus et Arnallus per ipsud alodium de Caneles annuatim in perpetuum per censum, pro anima mea, tam eos quam progenies eorum.

Quod est actum V idus may, anno V regni regis Ledoyci iunioris.

Sig+num Raimundi Gischafredi, qui hoc testamentum iussi scribere et laudo et firmo et rogo suprascriptos meos manumissores ut si me contigerit mori antequam alium testamentum faciam istum legaliter faciant roborari. Sig+num Elliardis, uxoris Raimundi Gischafredi, qui hoc testamentum firmo et laudo.

Sig+num Raimundi Oliba, Sig+num Guillelmi, nos sumus manumissores. Sig+num Petri Bernardi, Sig+num Bernardi, Sig+num Arnalli, nos sumus filii Raimundi Gischafredi. Sig+num Ermeniardis.

Poncius presbiter, qui hoc testamentum scripsit, cum literis fusis et emendatis in linea V et X et XIII et XXII et XXVIII, die et anno quo su(*senyal*)pra.

1. o *corregeix* a. 2. Crucis *expressat en el text per mitjà d'una* +. 3. et Sancte Marie Podiensis *afegit a la interlínia*. 4. *Manca*. 5. mansum *afegit a la interlínia*. 6. Oleastro *afegit a la interlínia, volat a* [Oleastro]*, ratllat, que corregia una altra paraula*. 7. h *afegida a la interlínia*. 8. cum suis pertinenciis *afegit a la interlínia*. 9. *Entre* e *i* v, u *expuntuada*. 10. ad filiam meam Ramonam *afegit a la interlínia*. *Entre* meam *i* Ramonam*, set lletres, aproximadament, ratllades*. 11. s *corregeix* q. 12. *Manca*. 13. *Manca*. 14. sicut superius dictum est *afegit a la interlínia*.

798

1142, juliol, 4

Definició. *Els esposos Rafart de Cornellà i Engílsia renuncien a favor dels ordes de l'Hospital i del Temple als drets sobre un mas, al Prat de Llobregat, que el difunt Pere Arnau havia llegat als esmentats ordes en el seu testament. Rafart i el seu fill Bernat mantindran de per vida aquest mas a canvi d'una mitgera d'ordi anual.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat de l'1 de juliol de 1262. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 157, 176 × 247 mm. Bon estat de conservació.

Sit[1] notum presentibus atque futuris quoniam ego Rafart de Corniliano et uxor Engelsia, prompto animo et bona voluntate, sine enganno, reddimus, diffinimus, pacificamus atque evacuamus omnipotenti Deo et Sancto Hospitali de Iherusalem et milicia Templi quoddam mansum quod iniuste diu tenebamus, quod dimisit Petro Arnalli in suo testamento iamdicto Hospitali et Templi milicia, illud videlicet in quo habitat Andrea. Est autem iamdictus mansus in territorio Barchinone, in parrochia Sancti Baudelii, intus in Lanera. Predictus mansus cum suis pertinenciis integriter ubique pertinentibus, sicut melius iamdictus testator, cuius fuit alodium, tenuit et habuit et habere debuit, simul cum terminis et affrontacionibus suis et cum ingressibus et regressibus eius integriter, simul cum predicto laboratore et res suas et natis, tradimus et deliberamus iamdicto Hospitali et suis baiulis et prescripte milicie per medietatem. Tali modo ut ego prefatus Rafart et filius meus Bernardo teneamus et habeamus propter vos receptores iamdictus mansus cum suis tenedonibus tamen in vita nostra, et habeatis vos propter vestram dominacionem et tenedonem annuatim migeram I ordei; et post obitum nostrum revertatur hec omnia sine ullo[2] diminucione iamdicto Hospitali et predicte Milicie. Ac de nostro iure in ius et dominium omnipotentis Dei tradimus et iamdicto Hospitali et predicte milicie, in manum Poncii de Hospitali, baiuli.

Quisquis hoc fregerit, nil valeat, set in quadruplum componat hec omnia cum sua melioracione. Et hoc scriptum inviolabilis semper permaneat.

Actum est hoc IIIIº nonas iulii, anno VIº regni regis Ledoyci iunioris.

Sig+num Rafart, Sig+num Engilsia, nos qui hoc scribere iussimus, firmamus et testes firmare rogamus. Sig+num Bernardus filius noster. Sig+num Raimundus filius noster, nos qui hoc laudamus et confirmamus.

Sig+num Raimundi Renardi de Rocha. Sig+num Raimundi de Subirads. Sig+num Petri Gron. Sig+num Guillelmi Petri (*senyal*).

Signum+ Raimundi presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.[3]

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter factum a quodam instrumento cuius tenor talis est. 2. *En lloc d'*ulla. 3. B *acaba:* Sig(*senyal*)num Iacobi de Portu*, notarii. Sig*(senyal)*num Petri Marci*, notarii. Sig(*senyal*)num Petri de Ribalta, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali scribi fecit et clausit kalendas iulii, anno Domini MºCCºLXº secundo.

799

1142, agost, 2

Encomanament. *Gombau de Vallfogona encomana a Pere Bernat de Vilademàger el castell de Vallfogona de Riucorb. Pere Bernat, a canvi, promet que serà home fidel i soliu de Gombau.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 141, 181 × 250 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge dret. Bon estat de conservació malgrat l'existència de dos petits forats.

A' [Original no localitzat.]

Al marge dret, en sentit vertical, les lletres *A C E G I L N P R T X Z* fan pensar que s'haurien escrit entre els dos possibles textos de la convinença per procedir, posteriorment, a tallar-los i lliurar un exemplar a cadascuna de les parts. Les lletres, però, estan senceres, la qual cosa obre la possibilitat que l'altre exemplar tingués escrites al marge esquerre les lletres *B D F H K M O Q S U Y*, que completarien l'abecedari.

Hec est convenientia que est facta inter Gonball de Valle Fecunda et Petrus Bernardi de Villa de Mager. Comendat namque illi kastrum Valle Fecunda et donat ei ipsa statica quam ibi abebat Arnallus Hostendi, cum ipsum decimum de predicto kastro et estachaments, exceptus de presbitero et baiulo, et tercia part de ipsos placitos, cum medietate de ipsos quarters, mandamentum, et districtum et seniorivum, sicut [ho]mo debet abere in sua honore,

et tercia part de ipsos lexivis, et ipsas exidas quas prefato kastro exierint, cum ipsum dominicum de alod Pla, quem ibi habebat Arnall Hosten. Et per hunc donum quod facit Gonball a Petro Bernad, convenit Petrus a prephato Gonballo quod sit illorum solidum super cunctos homines vel feminas, per fide, sine engan, faciatque ei hostes et chortes et sequis et placitos. Et in ipsas hostes donet Gonball ad predictum Petrum duobus asinis cum stramentis et duobus hominibus. Quod si se melioravit Valle Fecunda duobus kavallariis ut Petrus Bernadus abeat eos Gonball. Et Petrus Bernad estatica[1] semper faciat in prenominato kastro detque potestatem ex eo Gonball quantasque vices illi demandet, iratus aut pagatus, per se aut per suum nuncium; et hoc sine mora. Et Gonball siam[2] ad Petrus Bernad semper guarents ex prephata honore contra cunctos homines vel feminas, sine engan. Et alodium vero Arnall Hosten, si non posset eum abere Petrus Bernad pacificem, Gonball emendet ei in Valle Fecunda, sine engan.

Facta convenientia IIII° nonis augusti, anno VI° regnante Leovico rege iuniore.

Sig+num Gonball, qui hanc convenientia fecit et firmavit aliisque testibus firmare rogavi.

Et Gonball retinet sibi estatica in Valle Fecunda quantum voluerint.

Sig+num Petrus Bernardi. Sig+num Berenger Guillelm de Sancta Columba. Sig+num Raimundi de Timor. Sig+num Raimundi Ugoni Rabinad.

Bernardus sacerdoti, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

1. sestatica *al text*. 2. *En lloc de* siat.

800

1142, octubre, 14

Manumissió. *Guillem Company i la seva filla Peregrina fan batejar i manumeten Arnau Guillem i el seu fill Pere Guillem, amb la condició que quedin al seu servei de per vida. Arnau i Pere, per la seva part, es comprometen a servir els seus senyors i a guardar-los fidelitat.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 142, 102 × 226 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 538-539. — BENSCH, *Barcelona,* p. 142.

In Dei nomine. Ego Guilelmus Compagni et filia mea Pelegrina tibi Arnallo Guilelmi et filio tuo Petro Guilelmi, quos christianos facere decrevimus, cartam ingenuitatis facimus ut inter christianos perfecte christiani efficiamini et vivatis. Damus animas vestras Deo, qui illas creavit ad immaginem suam, ad serviendum sibi. Ideoque nos, ob remedium animarum nostrarum, omne honus infidelitatis macula serviendi quę in vobis contulit origo naturalis a collo vestro disrumpimus et in ingenuitatis gratiam vos deducimus, unde ab ista hora in antea inter ingenuos et nobiles viros testificandi, causandi, litigandi et respondendi, vendendi et emendi ceteraque negocia exercendi, licentiam habeatis. Preterea personas vestras ad nostrum servicium et ad nostram fidelitatem retinemus ut ab hodierno die et deincebs nobis fideliter et cum magna humilitate serviatis omnibus diebus quibus ego et filia mea vixerimus, ita ut in nullo nobis molesti sitis, sed ut melius potueritis serviatis nobis. Et nos faciamus vobis bene sicut Deus cordi nostro inspiraverit. Convenimus nos Arnallus Guilelmi et filius meus Petrus vobis Guilelmo Compagni et Pelegrinę, senioribus nostris, ut de ista hora in antea fideles vobis simus de vestris corporibus et de vestro honore et de omni vestro mobili et ut fideliter in sana pace, vobis serviamus et cum magna humilitate omnibus diebus vitę vestrę; et si ita non attenderimus sicut scriptum est, habeatis licentiam qualemcumque vindictam volueritis exercere in nobis. Post obitum vero de me Guilelmo Compagni et de filia mea Pelegrina, habeatis plenam libertatem vos et progenies vestra et proprium velle quodcumque volueritis ire, secundum canonicam auctoritatem, sicut alii ingenui et nobiles christiani. Et sitis memores omni tempore animarum nostrarum.

Actum est hoc in Barchinona II idus octobris, anno VI regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Guilelmi Compagni, Sig+num Pelegrinę filię eius, nos qui hoc laudando firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Arnalli Guilelmi, Signum+ Petri filii eius, qui hoc laudamus et confirmamus. Signum+ Beatricis, uxoris Guilelmi Compagni. Signum+ Guilelmi Arnalli tabernarii. Signum+ Perunini. Signum+ Raimundi presbiteri.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

FUNDACIÓ NOGUERA

801

1142, novembre, 31

Donació remunerada. *Pere Enard i la seva muller Sicarda, juntament amb els seus fills, donen al monestir de Santa Maria de l'Estany un alou a Sant Feliuet de Terrassola, a Vilardell, a canvi de sis sous.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 143, 125 × 244 mm. Bon estat de conservació malgrat algunes taques d'humitat.

In Dei nomine. Ego Petrus Enardi simul cum uxore mea Sicardi et filiis meis, Arnallo scilicet et Berengario et Bernardo et Carbone et Pexo et Guilelmo, nos omnes simul in unum donatores sumus domino Deo et ęcclesię Sancte Marie Stagni et eius clericis. Donamus namque Deo et prelibate ęcclesię alodium nostrum proprium et franchum, id est ipsum mansum quod fuit ad ipsum Vilardell, cum omnibus ad eundem mansum pertinentibus, pro remissione omnium peccatorum nostrorum, ut Deus omnipotens dimitat nobis mala quę gessimus. Et accepimus de manu Artalli camararii inde VI solidos denariorum monete Barchinone. Et nos omnes pariter plivimus et convenimus eis, per nostram rectam fidem, sine engan, ut simus eis guarentes contra cunctos homines et feminas. Et afrontat prelibatum alodium ab oriente in fevo de Olo, et de meridie in alodio Sancti Petri sedis Vicii, ab occiduo in alodio eiusdem Sancte Marię, quod tenet Petrus Raimundi de ipso Collo, de parte vero circii in ipso prato. Quantum predicte afrontaciones includunt vel ambiunt, sic damus prescriptum alodium sicut superius scriptum est. Est autem prephatum alodium in comitatu Minorise, id est in terminio de Olo et in parroechia Sancti Felicis de Terraciola. Si quis autem hanc donacionem vel vendicionem inquietare presumpsęrit, nullo modo facere valeat, sed si temptaverit in duplo componat. Et postea firma permaneat.

Actum est hoc II kalendas decembris, anno VIº regni Lodovici regis iunioris.

Sig+num Petri Enardi, Sig+num Sicardis, Sig+num Arnalli, Sig+num Berengarii Sig+num Bernardi, Sig+num Carbo, Sig+num Pexo, Sig+num Guilelmi, nos qui hanc donacionem vel vindicionem laudando firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Fornells. Sig+num Petri de Castello. Sig+num Arnallus Guifredi. Sig+num Guilelmi de Torre.

Gerallus levita, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

802

1142, desembre, 10

Donació. *Bernat Oriol dóna a l'orde del Temple la tasca dels conreus i la quarta part de la verema d'una terra situada a Gurb de la Plana, al lloc anomenat la Coromina.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 144 dupl., 74 × 177 mm. Estat de conservació regular a causa de la mutilació de l'angle superior dret.

B Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 144a, 790 × 227 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat.

La còpia *B* forma part d'un conjunt de sis documents copiats en dos pergamins cosits l'un a l'altre, dels quals només corresponen a l'època estudiada els documents núms. 874, 907 i 1027.

In Christi nomine. Ego Bernardus Oriol dono domino Deo et milicie Templi Iherosolimitani[1] et suis militibus, in u[na pecia terra franca][2] vitis et arboribus complantata, tascham de pane et quartum de vino, pro remissione anime męę et [parentorum meorum. Est autem] pecia ista in Ausone comitatu, in parroechia[3] Sancti Andręę de Gurbo, in loco vocitato Cona[mina, subtus] domos Petri Berengarii fabri. Affrontat hec pecia ab oriente in alodio Geralli Mironis de Prato, qui fuit, et filiorum eius, de meridie in alodio mei donatoris, ab occidente in alodio Petri Berengarii Rivi Petrarum et Alamanni fratris eius, a parte vero circii in trilia Petri Berengarii fabri.[4]

Quod est actum IIII idus decembris, anno VI regis Ledovici iunioris.

Sig+num Bernardi, qui hoc donum facio et firmo firmarique rogo.

Sig+num Berengarii Arnalli de Serra. Sig+num Petri Berengarii fabri. Sig+num Berengarii Cocti. Sig+num Petri Amati de Iovello. Sig+num Raimundi Oriol. Sig+num Ermessendis, matris ipsius Bernardi donatoris.

Guillelmus diachonus, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. Ierosolimitani B. 2. *Restituïm el text a partir de* B. 3. parrochia B. 4. *Manquen les fórmules típiques del final del text d'aquest tipus documental.*

FUNDACIÓ NOGUERA

803

1142, desembre, 18

Testament. *Arnau Ermengol, bisbe de Barcelona, atorga testament. Fa diversos llegats a la catedral de Barcelona, a l'orde de l'Hospital, a altres institucions eclesiàstiques, als clergues de la diòcesi, als seus germans Ponç i Bernat i a altres persones.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 145 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1051), 320 × 260 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i de diverses taques d'humitat; el pergamí, a més, està partit per la part inferior com a conseqüència d'un estrip, que coincideix amb un dels plecs.

Quoniam debitum humane condicionis nullus mortalium evadere potest, idcirco, in Dei nomine, ego Arnallus, Dei dignacione Barchinonensis episcopus, cupiens pergere Iherosolimam, facio meum testamentum, in quo eligo manumissores meos Berengarium Ermengaudi, et G[uillelmum] Bermundi, et Gaucfredum de Fare, quibus caritative precipio ut si mori me contigerit antequam alium testamentum faciam, potestatem habeant distribuendi omnes facultates meas sicut eis in hoc testamento iniuncxero. In primis, concedo Deo et cannonice Sancte Crucis Sancteque Eulalię vineam meam quam plantavi in alodio Sanctę Crucis Sancteque Eulalie et in mea compra, que vinea est iuxta mansum de Provincialibus; et meum capum campum[1] quem habeo iuxta Regum Comitalem, super viam publicam, in quo edificavi fornum de calc; et vineam quam plantavi apud Granatam, cum illo campo qui fuit Fulconis Girberti, quem emi a comite. Huic donacioni addo ferraginale quod aquisi et[2] emi de Arberto de Liciano et Petro eius fratre prope mansum Guillelmi Suniarii, in Provincialibus. Concedo altari Sancte Eulalię, in omni meo alodio de Orta et Romaneto, sextarium I olei annuatim, de quo ardeat una lampada ante corpus beatę Eulalię virginis, ad mensuram de Orta. Concedo iterum Sancte Cruci et Sanctę Eulalie, in meis mobilibus et vasculis maioribus et minoribus, XL morabetinos unde ematur alodium ad illuminandam lampadam; et libros meos qui ibi sunt. Concedo Ospitali Iherosolimitano mansum meum de Provincialibus quem edificavi, cum ęcclesia Sancti Nicholai que ibi est, cum compris quas feci a Berengario Bernardi de Cabanes et ab Arnallo Bonifilii, preter ipsum ferraginal quod habui de Arberto de Licano et eius fratre; eo modo ut eundem mansum teneat et habeat Poncius frater meus in vita sua et solvat inde annuatim tascham Ospitali sine contrarietate; et post obitum eius revertatur

integriter predicto Ospitali in perpetuum possidendum. Concedo cenobio Sancti Cucuphatis campum quem emi de filiabus Arnalli Gonterii et Raimundo Petri Girundę, qui est in Provincialibus; et unum par bovum et equas IIII, quas [sunt][3] apud Riopole. Item concedo cenobio Sancti Petri Puellarum terciam partem pariliate quam emi de Arberto de Lizano. Dimito prelibate cannonice XL morabetinos quos habeo per meum pignus in prephata pariliata de Licano; et de istis XL morabetinis ematur alodium unde fiat meum aniversarium annuatim. Insuper addo iamdicto cenobio Sancti Petri par I bovum et equas II, que sunt apud Riopollum. Concedo Sancte Marię Rivipollensis cenobio II equas. Concedo omnibus presbiteris tocius episcopatus, singulis, singulas eminas ordei de meo sementer; et diaconibus singulas migeras. Concedo Sancto Laurencio de Monte equam I. Alodium meum de Orta et de Romaned, preter supradictam lampadam Sancte Crucis Sanctęque Eulalię, concedo inter Poncium fratrem meum et Bernardum de Terragona; et quisquis illorum obierit sine legitimo infante, qui superstes fuerit habeat predictum alodium. Et concedo supradictis fratribus meis domos meas de Barchinona cum ipsa [pa]rte[4] canonicę, ut teneant [ips]as in vita sua et inde solvant annuatim iamdictę cannonice, per censum, quarter I olei in capite ieiunii;[5] et post illorum amborum obitum, revertantur predictę cannonicę sine obstaculo. Alias meas domos, quas emi de Gerallo, concedo Sancte Marie Solsone sicut ei dedi in carta donacionis. Concedo Poncio fratri meo equas III; et si ille obierit sine prole legitima, habeat eas Bernardus frater meus. Dimito Bernardo predicto meum pullum quem ipse tenet et meum mulum. Concedo Gaucfredo de Fare II equas quas Burullus de Provincialibus habet mecum et unam aliam equam, cum suo fructu, quam habeo ad medium cum Petro capitis scole, meum directum. Poncio Aurencianę concedo I equam quam habeo in Banalocham ad medium. Dimito nepotibus meis Bernardo et Raimundo singulos pullinos qui exiant de meis equabus et XX morabetinos qui exiant de meo cavallo, quem tenet Gaufredus de Fare. Concedo ad Guillelmum Bermundi II equas quas habeo cum Petro Berengarii de Magrina[6] ad medium meum directum. Alium nutrimentum non supratextatum quod de meis equabus exierit donent mei manumissores pro anima mea sicut melius viderint. Concedo altari Sancti Nicholai [quo]d est in ecclesia Barchinone domos meas cum edificio quas habeo infra muros Barchinone, illas videlicet quas emi de Iarato ebreo; quas domos teneat unus presbiter qui in eodem altari assidue cantet

missas pro anima mea et fidelium defunctorum. Omnia vascula mea de Provincialibus, maiora et minora, et universa utensilia que ibi sunt, concedo Poncio fratri meo ut habeat ea in vita sua; et post eius obitum revertantur predicto Ospitali sine contrarietate.

Quod est actum XV kalendas ianuarii, anno VI regni Ledovici regis iunioris.

Arnallus, Barchinonensis episcopus (*senyal*).

Sig+num Guillelmi levite. Sig+num Gaufredi de Fare.

Poncius levita scripsit hoc die et anno quo supra.

1. *L'expressió resulta estranya. Podria ser un error en lloc de* caput campum. 2. et *corregeix* d. 3. *Manca*. 4. *Manca*. 5. iu *afegit a la interlínia*. 6. de Magrina *afegit a la interlínia*.

804

1142, desembre, 28. Barcelona

Donació remunerada. *Els germans Berenguer, Pere i Ponç de Fonollar cedeixen a l'orde del Temple tots els béns que els corresponen per herència paterna, situats a Sant Vicenç de Jonqueres, a canvi de trenta morabatins*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 146, 143 × 229 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 65.

Omnibus sit manifestum quod nos fratres Berengarius et Petrus et Poncius de Fonoiar damus domino Deo et fratribus milicię Iherosolimitane Templi Salomonis totam nostram hereditatem et vocem quam, iure paterno, habemus vel habere debemus in parroechia Sancti Vincentii de Iuncheres, in diversis locis. Est autem nostra prefata hereditas, honor, domos, mansos, terras et vineas, cultum et heremum, cum ruviris et albaredes, cum arboribus diversi generis, in comitatu Barchinonę, in Vallensi, infra iamdictam parroechiam Sancti Vincentii, in eadem villa de Iuncheres sive in aliis diversis locis. Habet namque prefatus noster honor terminos et affrontationes, ab oriente ipsam rieram Rivopolli, a meridie ipsam garrigam, a circio alodium comitis Barchinone, ab occiduo ipsam stratam mercatariam. Quantum infra istas quatuor affrontationes iure paterno tenemus et possidemus et habemus vel habere debemus per omnes voces, cum ingressibus et egressibus, integriter, ut dici vel intelligi potest melius ad utilitatem

eiusdem milicię, totum de nostro iure in dominium et potestatem omnipotentis Dei et fratrum sepedictę milicię tradimus, ad suum proprium alodium, secure et quiete ac potenter, in sana pace perpetuo possidendum, sine ullius contrarietatis obstaculo, ad quod exinde facere voluerint fratres sepedictę milicię, ad utilitatem eiusdem domus. Accipimus namque pro hac donatione de bonis iamdictę milicię, de manu Petri de Arnag,[1] fratris eiusdem milicię, moabitinos XXX[a] bonos, marinos et melechinos, in auro, sine engan. Si quis hoc disrumpere vel inquietare presumpserit, nil prosit, sed supradicta omnia cum omni sua melioratione prefatę milicię et fratribus in quadruplum componat. Et insuper hec presens nostre donationis scriptura omni tempore maneat firma.

Que est acta in Barchinona V kalendas ianuarii, anno VI regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Berengarii de Fonoiar, Signum+ Petri de Fonoiar, Signum+ Poncii de Fonoiar, nos qui hoc laudando firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Poncii de Fonoiar cusini eorum. Signum+ Guillelmi Berengarii de Fonoiar. Signum+ Raimundi Bermundi de Lupricato. Signum+[2] Olivarii de Tuguriis. Signum+ Dalmacii de Baiona. Signum+ Ermessendis, matris predictorum fratrum de Fonoiar, quę hoc laudat et confirmat. Sig+num Guillelmi* sacerdotis.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. Petri de Arnag *escrit posteriorment, per la mateixa mà, en un espai que havia estat deixat en blanc*. 2. *Manquen els punts de la subscripció.*

805

1143, gener, 5

Donació. *Guillem Berenguer de Fonollar i la seva muller Ermessenda donen a l'orde del Temple tots els seus drets sobre l'alou que, amb Ramon Bermon, germà i cunyat respectiu, i altres parents, tenen als termes de Santa Perpètua de Mogoda, Santiga, Barberà del Vallès, Ripollet i Reixac.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 147, 121 × 271 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 249. — MAS, *Notes històriques,* XIII, p. 95.

Cunctorum noticie significetur qualiter ego Guillelmus Berengarii de Fonolaro et uxor mea Ermessendis, bono animo et mente voluntaria, damus et offerimus Deo et milicie Templi Ierusalem totam illam partem nostram et nostrum directum quod habemus vel quolibet modo habere debemus in omni alodio quod cum fratre meo Raimundo Bermundi et aliis meis parentibus habemus infra terminos parroechiarum Sancte Perpetue de Mogoda et Sancte Marie de Antiqua et Sancte Marie de Barberano et Sancti Stephani de Ripolleto et Sancti Petri de Rixacho. Quicquid infra prefatas parroechias habemus vel quolibet modo habere debemus vel in antea habituri iure hereditario sumus, integriter et sine obstaculo donamus Deo et iamdicte milicie Templi Ierusalem, et de nostro iure in eius[1] ius et dominium et potestatem presencialiter tradimus, iure perpetuo habendum et possidendum, sine ullo retentu. Quicumque hoc violare presumpserit, predicta omnia in duplo componat. Et in antea hec donatio firma permaneat omni tempore.

Que est acta nonas ianuarii, anno VI Ledoyci iunioris.

Sig+num Guillelmi Berengarii, Sig+num Ermessendis uxoris eius, nos qui hoc donum facimus et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Bernardi eorum filii. Sig+num Poncii de Fonolaro. Sig+num Bertrandi Mali Torrentis. Sig+num Guillelmi de Podio Alto. Sig+num Petri Poncii de Falcs. Arnallus* Barchinonensis episcopus (*senyal*).

Poncius, levita, scripsit hoc die et anno (*senyal*) quo supra.

1. eius *afegit a la interlínia*.

806

1143, gener, 6

Promesa de pagament. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, promet a Guillem Mainard que de la primera paria que s'ha de cobrar el proper mes de maig, li farà pagar els cinc-cents seixanta morabatins i les cent lliures de plata, a pes de Múrcia, que li deu. Posa com a fiadors Bernat de Bell-lloc i Ramon de Pujalt, els quals, si no es compleix el pagament, aniran a Narbona com a hostatges de Guillem Mainard.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 160, 141 × 238 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 335, 703. — BOTET i SISÓ, *Les monedes,* I, pp. 65, 66.

Notum[1] sit omnibus quod ego Raimundus, comes Barchinonensis et princeps Aragonensis, Tortose marchio et Ilerde, debeo tibi Guillelmo Mainardi DLX morabetinos bonos Aiadinos et Lupinos, et C libras argenti boni et fini ad pensum de Murcia. Et convenio tibi paccare predictas C libras argenti boni et fini ad pensum de Murcia aut per unamquamque libram XII morabetinos, usque ad exitum primi mensis may, tibi videlicet vel tuo mandatario qui hoc per te requisierit. Predicta vero libra Murcie est de penso de uno marcho et medio et media uncia ad marchum de Monte Pessulano. Et de hoc toto eris paccatus de quantocumque fuerit acceptum, de sex milia morabetinis in susum, de ipsa prima paria, may veniente, quousque supradictum debitum plenarie sit tibi persolutum. Et hoc facio tibi iurare a Bernardo de Bellog et a Raimundo de Podio Alto, ut iamdictos DLX[a] morabetinos et prefatas C libras argenti reddantur tibi vel tuo mandatorio integriter et plenarie usque ad exitum primi venientis may. Et quantumcumque acceperint de sex milia marebotinis[2] in supra, tibi plenarie reddant vel tuo mandatorio donec totum supradictum debitum habeas inde integriter recuperatum, sine tuo engan. Quod si evenerit ut non esses de toto paccatus vel aliquid inde tibi minueretur, predicti iuratores veniant in Narbona usque ad exitum sequentis iunii et ibi stent in tuo ostatico[3] tandiu donec sis paccatus ex toto tuo supradicto debito, nisi quantum remanserit per tuam aut mandatarii tui licenciam, sine omni tuo enganno. Et nos Bernardus de Bellog et Raimundus de Pog Alt convenimus et concedimus tibi ita attendere plenarie, sicut hoc suprascriptum est, per Deum et per hec IIII[or] Evangelia.

Actum est hoc VIII idus ianuarii, anno ab incarnat[i]o[4] Dei filio M°C°XL°III°.

Signum+ Bernardi Marcucii. Signum+ Geralli de Iorba. Signum+ Arberti de Castel Vil. Signum+ Raimon de Pogat.[5]

Signum+ Raimundi comes

Signum+ Bernardi de Bellog.

Sig+num Natalis scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. B *comença:* Hoc est translatum scripture et conveniencie ac sacramentalis pecunię quam debet comes Barchinonensis ad Guillelmum Mainardi, que scriptura sic se habet. 2. *En lloc de* morabetinis. 3. i *corregeix* a. 4. *Manca*. 5. Sig+num Bernardi Marcucii … Raimon de Pogat, *segurament afegit a la interlínia en aquesta còpia, davant de la signatura del comte*.

807

1143, gener, 21

Pacificació. *Dolça promet que donarà a Gandulf el valor de dos-cents morabatins lliurant-li part de les cases que té a Barcelona, prop del castell de Regomir, o algun altre dels seus béns.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 148, 109 × 232 mm. Bon estat de conservació malgrat dues taques d'humitat a la part superior dreta.

Cunctis scire volentibus sit manifestum quod ego Dulcia femina, libenti animo et bona voluntate, dono tibi Gandulfo CC moabitinos in domibus quas mihi dedit pater meus Iohannes Guillelmi et mater mea, infra muros Barchinonę, prope chastrum Regumir, et in omni honore et mobili quem, per vocem genitorum meorum vel avorum et per compras et per pignora, habeo vel habere debeo in cunctis locis vel in antea aliquo modo habuero vel adquisiero. Quos vero iamdictos CC moabitinos quandoque volueris, tam in vita quam in morte, tu vel amici tui per te accipias illos ex his prenominatis in honore et mobili, sine tuo engan, et teneas et possideas eos potenter et integriter, sine ullius contrarietatis obstaculo et sine vinculo ullius hominis vel feminę; et facias exinde ad tuum libitum quicquid tibi placuerit ad tuam voluntatem. Si quis hoc disrumpere presumpserit, in duplo componat. Et insuper hoc donum semper maneat firmum.

Actum est hoc XII kalendas februarii, anno VI regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Dulcię feminę, quę hoc laudando firmo firmarique rogo.

Signum+ Petri Ricardi. Sig+num Bernardus Ganva*.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

808

1143, gener, 21

Definició. *Els confrares de la confraria de l'altar de Sant Esteve de la catedral de Barcelona renuncien a favor de l'orde del Temple als drets sobre un camp, a Gallecs, que els havia llegat Bernat Arnau de Torre, però que no pertanyia a l'esmentat donant, sinó a*

l'orde del Temple pel llegat que li havia fet Pere de Palau. Reben a canvi dos sesters d'ordi.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 149, 78 × 336 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis quod Bernardus Arnalli de ipsa Turre dedit quendam campum per scripturam altari Sancti Stephani de ipsa Sede, ipsum scilicet quem Geraldi Burdi tenebat per eum. Quem campum confratres confratrię iamdicti altaris, recognoscentes non essę iuris prefati donatoris, diffiniunt et evacuant eum militię Iherosolimitanę, cuius est iuris isdem campus per lexam Petri de Palacio. Quapropter, in Dei nomine, nos Petrus, presbiter iamdicti altaris, et Geraldus canonicus, cum assensu et voluntate confratrum nostrę confratrię iamdictę, diffinimus et evacuamus domino Deo et iamdictę Cavallerię prenominatum campum, cum ingressibus et egressibus suis integriter, ut dici vel intelligi potest melius ad utilitatem eiusdem Cavallerię. Ac de nostro iure in dominium et potestatem omnipotentis Dei et prefatę militię et eiusdem fratrum tradimus ad suum proprium alodium, secure et quiete, in sana pace perpetuo possidendum. Est autem prenominatus campus in comitatu Barchinonensi, in territorio Vallensi, in parroechia Sancte Marię de Galegs, ad ipsam serram. Pro hac diffinitione accipimus de bonis sepedictę militię II sextarios ordei. Si quis hoc disrumpere presumpserit, in duplo componat. Et insuper semper maneat firmum.

Actum est hoc XII kalendas februarii, anno VI regni Lodoyci iunioris.

Sig+num Geralli* levita. Petrus* presbiter (*senyal*).

Guillelmi Umberti* sacerdotis (*senyal*). Signum+ Adalberti de Canonica. Signum+ Dalmacii Amati.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

809

1143, gener, 28

Permuta. *Exàlsia permuta amb la seva filla Maria el mas Capella, a Palau-solità, pel mas que havia estat de Bel·la i per altres pertinences i heretats que el seu pare li havia llegat. En cas de mort de Maria sense descendència, els béns tornaran a Exàlsia o als seus.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 150a, 140 × 194 mm. Bon estat de conservació malgrat un estrip i un petit forat que coincideix amb els plecs del pergamí.

Aquest document està escrit al costat d'un altre en el mateix pergamí, a la part esquerra. Es tracta de dos documents relacionats i amb la mateixa data. Vegeu el document següent, núm. 810.

Sit notum cunctis quoniam Exalsia dono tibi filie mee Marie mansum unum quem habeo in comitatu Barchinone, in parroechia Sancte Marie de Palacio Salatani, in loco qui dicitur Capela, ad ipsum Soler in quo habitat Berengarium Bernardi. Advenit mihi per genitores meos aliisque vocibus.[1] Terminatur predictum mansum a parte horientis in rivo de Maczanera, a meridie in alodio de Olivario de Rial, ab occiduo in via publica et in alodio Guillelmi Raimundi, dapiferi, a circio in via que vadit de Riagud usque in rivo de Macenera. Quantum infra his IIII^{or} terminis affrontat, sic dono tibi predictum mansum ut habeas tu et filii tui atque proienie per alodium francum et proprium [omni][2] tempore, cum terminis et domibus et arboribus de diversis generis et terris ac vineis, cultis et eremis, et pertinenciis quas ad ipsum mansum pertinent et pertinere debent, totum tibi et filii atque proienie tue integriter dono, cum exibus et regressibus suis. Propter hoc donum facis tu mihi, iamdicta Maria filia mea, donum et difinicionem de ipso manso qui fuit de Bela et de aliis pertinenciis et hereditates quas pater tuus dimisit tibi in omnibus locis in suo testamento. Et est manifestum. Quod ego Exalsia predictum mansum de ipsa Capela de meo iure in tuum ius t[r]ado[3] in dominio potestate au[4] facere exinde quicquid volueris. Tantum retineo quod si infantes non habueris de legitimo coniugio, post obitum tuum et post obitum viri tui predictum mansum revertatur[5] meis propinquis. Si quis hanc donacionem vel scripturam disrru[m]perit,[6] in duplo componat. Et post hoc firma permaneat semper.

Que facta est V kalendas februarii, anno VI regni regis Ledoyci iunioris.

Sig+num Exalsie, que hoc donum feci scribere et firmo et ad testes subscriptos firmare rogo.

Sig+num Guillelmi. Sig+num Petri Guillelmi. Sig+num Arberti. Sig+num Arnalli. Sig+num Ermessendis. Sig+num Beatrid.

Poncius presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

1. vocibus *afegit a la interlínia*. 2. *Al text* qmi *amb una ratlleta volada com a signe d'abreviació. L'escrivà no va rectificar l'error*. 3. *Manca*. 4. *En lloc d'*ad. 5. a *afegida a la interlínia corregeix* [o]. 6. *Manca*.

810

1143, gener, 28

Dotació. *Maria dota el seu espòs Domènec amb el mas Capella, a Palau-solità, al* Soler. *En cas de mort de Maria sense descendència el mas restarà de per vida en mans de Domènec.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 150b, 140 × 194 mm. Bon estat de conservació malgrat un estrip i un petit forat que coincideixen amb els plecs del pergamí.

Aquest document està escrit al costat d'un altre en el mateix pergamí, a la part dreta. Es tracta de dos documents relacionats i amb la mateixa data. Vegeu document anterior, núm. 809.

Sit notum cunctis quoniam ego Maria dono tibi viro meo Dominico ipsum mansum quem habeo in parroechia Sancte Marie de Palacio Salatani, in loco qui dicitur Capela, ad ipso Soler. Tali pacto dono tibi predicto manso ut habeamus eum ego et tu insimile dum vivi erimus. Post obitum nostrum remaneat ipsis infantibus qui fuerint procreatis de te in me; et si infantes defecerint de te in me, teneas predictum mansum integriter cum pertinenciis et affrontacionibus suis omnibus diebus vite tue sine blandimento ullius [hominis][1] vel femine. Post obitum tuum revertatur predictum mansum meis propinquis. Si quis hanc scripturam disruperit, in duplo componat. Et postea firma permaneat omne per evum.

Que facta est V kalendas frebruarii, anno VI regni regis Ledoyci iunioris.

Sig+num Marie, que hoc donum feci et firmavi testibusque subscriptis firmari rogavi.

Sig+num Arbert. Sig+num Petri Guillelmi. Sig+num Guillelmi filii Exalsie.

Poncius presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

1. *Manca*.

811

1143, febrer, 20

Donació. *Ramon Bermon de Llobregat i la seva esposa Guilla donen a l'orde del Temple la part que els correspon en un alou situat en diverses parròquies del Vallès, tal com havia fet amb la seva part Guillem Berenguer de Fonollar, germà de l'esmentat Ramon.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 151, 133 × 229 mm. Bon estat de conservació.

Cunctorum noticię pateat quod ego Raimundus Bermundi de Lupricato et uxor mea Guilia, libenti animo et bona voluntate, damus et offerimus domino Deo et Iherosolimitanę milicię Templi totam illam nostram partem et totum nostrum directum quod habemus vel quolibet modo habere debemus in omni alodio quod cum heredibus meis et parentibus meis habemus infra terminos parroechiarum Sancte Perpetuę de Mogoda et Sancte Marię de Antiqua et Sancte Marię de Barberano et Sancti Stephani de Ripolleto et Sancti Petri de Rixacho, in Vallensi territorio, de quo alodio frater meus Guillelmus Berengarii de Fonolaro eidem iamdictę milicię suam partem per scripturam dedit. Quicquid[1] infra prenominatas parroechias habemus vel quolibet modo habere debemus vel in antea iure hereditario habituri sumus, totum integriter et sine obstaculo domino Deo et iamdictę milicię, cum ingressibus et egressibus suis, damus. Et de nostro iure in eius ius et dominium ac potestatem presentialiter et potentialiter tradimus, iure perpetuo habendum et possidendum sine ullo retentu, in sana pace, ad suum proprium alodium. Si quis hoc disrumpere presumpserit, supradicta omnia in duplo componat. Et insuper hec donationis scriptura omni tempore maneat firma.

Quę est acta X kalendas marcii, anno VI regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Raimundi Bermundi, Signum+ Guilię, uxoris eius, Signum+ Raimundę, eorum filię, nos qui hoc laudando firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Mironis de Turriliis. Signum+ Marchucio*. Sig+num Raimundus*.[2]

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. c *corregeix* d. 2. *Segueix* Signum+, *sense cancel·lar.*

812

1143, març, 26

Convinença. *Ramon Berenguer de Palou i el monestir de Santa Maria de l'Estany resolen les diferències que mantenen sobre la deixa testamentària que el cavaller Guillem Dalmau va fer al mones-*

tir. Ramon Berenguer renuncia a un camp situat a la serra, entre Palou i Merdacium*, del qual s'havia apoderat fraudulentament, i permuta amb el cenobi una part del seu alou per un farraginar situat davant del molí del monestir.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 152, 167 × 194 mm. Bon estat de conservació.

Notum sit cunctis qualiter Guillelmus Dalmacii quidam miles dedit corpus suum domino Deo et ecclesie Sancte Marie Stagni ad sepeliendum et dedit ei ipsum campum quem tenebat Berengarius de Valle Luparia in pignore per IIII morabetinos; quod campum est in ipsa serra, inter Palaciolum et Merdacium; et unum ferragenal qui vocatur Durban, quod est super molendinum huius Sancte Marie. Post mortem autem iamdicti militis,[1] Raimundus Berengarii de Palaciolo emparavit prefatum alodium et dicebat eum suum debere ęssę. Unde Guillelmus, huius aecclesie prior, multocies conquestus est de eo, tandem precatus est eum ut dimisisset eum illi vel fecisset ei inde directum; et ipse prefatus Raimundus adquievit precibus eius; et laudamento et consilio invicem facto, venerunt inde ad pacis concordacionem.[2] Igitur ego prescriptus Raimundus diffinio et evacuo prefatum alodium domino Deo et Sancte Marie et priori iamdicto ut ultra in prefato alodio aliquid requirere non[3] possim nec ego nec aliquis per meam vocem. Et per supradictum ferragenalium dono ei pro comutacione tantundem[4] de meo alodio, ante molendinum suum quantum istud est, unde ipse bene pacificatus est. Et ego sepedictus prior, propter supradictam comutacionem quam nobis amicabiliter facis, dono tibi ipsam peciam terre quam habemus subtus nostrum molendinum, inter nostrum regum et portam vestri mansi, ad tuum proprium alodium. Si quis autem hanc difinicionis vel comutacionis cartam inquietare voluerit, nullo modo facere possit, quod si presumpserit in duplum componat. Et postea firma persistat.

Actum est hoc VII kalendas aprilis, anno VI regni Lodovici regis iunioris.

Sig+num Raimundi Berengarii, qui hanc difinicionem seu comutacionem laudando confirmo.

Sig+num Berengarii de ipso Plano. Sig+num Bernardi de ipso Plano. Sig+num Sancia*, uxor R[aimundi] Berengarii.

Guillelmus* prior, qui hoc firmo (*senyal*). Guillelmus Bernardi, levita (*senyal*).

Guillelmus scriptor, qui hoc scripsi die et anno quo su(*senyal*)pra.[5]

1. *La darrera* i *corregeix* e. 2. e *corregeix* [r]. 3. non *afegit a la interlínia*. 4. *La segona* t *corregeix* d. 5. *Sota la subscripció del rogatari* [Ave Maria].

813

1143, abril, 15

Donació. *Arbert de Pera dóna a l'orde del Temple un hort a Castellar del Vallès, al lloc anomenat* Selvela.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 153, 109 × 210 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis quod ego Arbertus de Petra, pro remissione pecatis meis et parentum meorum, dono domino Deo et milicie Templi Iherosolimitani ortum unum de meo proprio alodio. Quod est in comitatu Barchinonensi, in parroechia Sancti Stephani de Castelaro, prope Riopullo, in loco nominato Selvela. Et affrontat ab oriente intus in Riopullo, a meridie et ab occidente in alodio de me donatore, a parte vero circii in torrente de ipsa Selvela. Quantum iste IIII affrontaciones includunt, sic dono domino Deo et milicie Templi ipsum ortum integriter, in manu Berengarii de Rovira et Petri de Arczacho, simul cum ipsa aqua ad rigandum ipsum ortum quantumcumque voluerint; et ipsa aqua venit per ipsam Selvelam. Et si voluerint ipsum ortum meliorare, licitum sit eis, sic[ut][1] voluerint vel potuerint. Si quis infringere temptaverit, nil valeat, set in duplo eis componat. Et post hec sit firmum.

Que est acta XVII kalendas may, anno a Nativitate Christi C°XL°III° post millesimum regisque francorum VI anno Ludovici iunioris.

Sig+num Arberti de Petra, qui hoc donum libenter facio et sponte firmo testesque subscriptos supliciter firmare rogo.

Sig+num Guillelmi Sancti Martini. Sig+num[2] Arnalli Girberti. Sig+num[3] Pelet. Sig+num Raimundi. Sig+num Arberti de Terracia. Sig+num Guillelmi. Sig+num Bertrandi.

Poncius presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

1. *Manca.* 2. *Manquen els punts de la subscripció.* 3. *Ídem.*

814

1143, maig, 28. Sant Cugat del Vallès

Sentència. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, i la seva cúria dirimeixen les qüestions entre Guillem IV de Castellvell i Ponç Pere de Banyeres.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 154, 160 × 233 mm. Bon estat de conservació malgrat la mutilació d'una petita part del marge inferior.

B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 154 dupl., 239 × 246 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta i dels estrips i d'alguns petits forats que coincideixen amb els plecs del pergamí.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 397, 399. — KOSTO, *Making agreements,* p. 278. — PEDEMONTE, *Notes,* p. 107. — SABATÉ, *Judici,* pp. 129, 132, 133, 134, 135, 140. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 65.

Hę sunt querimonię quas fecit Guilelmus de Castro Vetulo super Poncio Petri de Baneres ante domnum Raimundum, comitem Barchinonensem, et curiam suam apud Sanctum Cucuphatem existentem. Primum, conquestus est predictus Guilelmus quod pater ipsius Poncii fuit homo solidus patris Guilelmi et iste Poncius similiter suus et modo fecerat soliditatem alteri contra suam voluntatem. Ad hec respondit Poncius se non fecisse nec patrem suum scire fecisse. Super hoc, in presentia comitis, iudices ab ipso electi, videlicet Raimundus, Ausonensis episcopus, et Berengarius, Girundensis archidiachonus, et Bernardus Ostolensis et Petrus Berengarii et comes Impuriensis et Willelmus Raimundi, dapifer, ac Bernadus Guilelmi de Luciano et Bernardus Raimundi de Barchinona et Raimundus de Pug Alt et Oto, senescalc, et Bernardus de Bellog et Raimundus de Torroga iudicaverunt quod, si Guilelmus quod affirmabat scriptis aut testibus probare potuerit, Poncius hoc sibi attendat; sin autem, ipse Poncius expiet se de hoc, sacramento plano, propria manu, et postea faciat ei servicium et convenienciam secundum tenorem et valorem honoris quem tenet per ipsum. Item conquestus est Guilelmus quod ipse Poncius auferebat ei suum honorem quem pater suus sibi in testamento dimiserat, videlicet cavalleriam Sancte Margaritę cum sexta parte placitorum Castri Vetuli. Ad quod respondit Poncius hunc honorem partim se habuisse per pignus partim per donum ab avunculo suo Dorcha, cuius erat per possessionem et hereditatem et acquisitionem, et postea ipse Guilelmus dederat ei totum quando fuit homo eius, sicut ipse Poncius illum habebat et tenebat. Visis ergo scripturis, testamento

videlicet et iudicio Guillelmi, patris Guillelmi, et testamento avunculi sui Bonefilii Guillelmi, iudicaverunt predicti iudices quia Dorcha, cuius auctoritatem Poncius tenebat, nullam divisionem cum fratre suo fecerat, predictum honorem reverti debere[1] ad integrum in potestatem istius Guillelmi, salvo iure Poncii sive per donum sive per pignus defuncti Dorche sive per donum presentis Guillelmi, sicut iudicatum fuerit inter eos. Item conquestus est Guillelmus quod Poncius et castlani sui auferebant sibi multa sui iuris in Castro Vetulo, videlicet estachamenta militum et sui baiuli et forcias et toltas et albergas que non sunt de fevis illorum. Ad hec respondit Poncius patrem suum et se ipsum ista que facit in predicto castro habuisse et habere per donum Guillelmi defuncti et presentis Guillelmi filii sui. Quod Guillelmus negavit.[2] De baiulo vero respondit nichil se in eo querere per baiuliam domini sui nisi per honorem pagesiarum suarum, quas ipse baiulus tenet. Super his iudicaverunt quod Poncius probet hoc verum esse aut convenientiis aut averamento, taliter ut ipse, propria manu, iuret et Guillelmus credat eum si voluerit; sin autem, Poncius ponat pro se unum militem qui hoc per duellum defendat cum lucro et dampno, sicut iudicatum fuerit inter eos per directum. De responsione baiuli, iudicaverunt Poncius nullam iniusticiam domino suo facere, si ita sit. Item conquestus est Guillelmus super Poncio de quadam fabrica una cavalleria terre quam dederat fratri suo Gerallo cum milite et, defuncto milite, exheredavit filios ipsius militis ab hoc honore, sicut et iste Poncius facit; et isti exheredati faciunt inde clamorem Guillelmo, guerram facere cominantes. Ad hec respondit Poncius habere hanc terram sicut frater suus habebat et tenebat ad obitum suum, per donum istius Guillelmi domini sui. Quod Guillelmus negavit. Ad hoc iudicatum est predictum Poncium ad rationem iusticie stare debere in manu Guillelmi domini sui predictis querelatoribus, si hoc clamare voluerint. De ipsis toltis, forciis et superfluitatibus quas facit Poncius contra voluntatem domini sui in Castro Vetulo, iudicaverunt quod ea que non potuerit probare per sacramentum esse sui iuris que huc usque fecerat, mala emendet Guillelmo et suis hominibus et deincebs consimilia facere desinat. Conquestus est preterea Poncius super Guillelmo domino suo quod misit eum in plevio vicecomiti Cardonensi pro mille solidis, de quibus minatur ei facere malum et etiam reptat eum de sua fide. Quod Guillelmus non denegavit. Propter hoc iudicaverunt quod Guillelmus ante predictum vicecomitem salvet et defendat eum sine dampno alicuius pecunie Poncii; et si hucusque ob hoc Poncius aliquod passus est dampnum, emendet

ei Guillelmus. Item conquestus est Poncius super Guillelmo quod pater Poncii acomodaverat patri Guillelmi quandam cavalleriam terre quam numquam postea recuperaverant. Quod Guillelmus omnino se scire negavit. Ad hec iudicaverunt quod si Poncius testibus probare potuerit Guillelmum Raimundi defunctum huius rei ad diem obitus sui debitorem Petro Mironis fuisse, huic Poncio, presens Guillelmus, emendet; quod si ista defuerint, nichil sequatur.

Acta sunt hec V kalendas iunii, ap[ud Sanctu]m Cucuphatem, era millesima C^{a}LXXX^{a}I^{a}, anno VI regni Lodovici iunioris.

1. debere reverti B. 2. t *afegida a la interlínia*.

815

1143, maig, 31. Barcelona

Encomanament. *Guillem de Sant Martí encomana el castell d'Erampunyà a Pere de Santa Oliva.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 22 de febrer de 1216. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 155. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat i de l'esvaniment de la tinta.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, pp. 553, 727. — BISSON, *L'impuls*, pp. 51, 53. — MAS, *Notes històriques,* XIII, p. 38.

Hec[1] est convenientia que est facta inter Guillelmum de Sancto Martino et Petrum de Sent Oliva. Comendat namque Guillelmus de Sancto Martino eidem iamdicto Petro chastrum de Erapruniano et donat ei in dominio, in decimis de Erapruia, X sextarios ordei et I eminam frumenti et X saumatas vindemie, que inde levet Petrus de comuni antequam dividatur ipsum decimum. Iterum donat ei medietatem predictarum decimarum cum militibus qui eam tenent per illum et ipsum fevum usque in Marinam Altam, quantum ipsemet Petrus ibi tenet in dominio et quantum Bernardus Sancti Iohannis inibi tenet per illum. Et donat ei fabricam Sancti Clementis cum suis usaticis et fevum Sancti Martini, quem tenet Bernardus Examucii. Itemque donat et auctorizat ei omnes alios fevos, de alodiis videlicet et thaschis et artiges, quos ullo modo infra terminum iamdicti chastri idem Petrus in diversis locis solitus est habere. Et donat ei totos ipsos estachamentos sicut habere solet et terciam partem de emendis de cuchuciis et homicidiis et exurchiis et arsinis et in omnibus aliis placitis medietatem; et totas ipsas trobas de terra et mari integriter et terciam partem

in naufragiis. Et donat ei stabilimentum ipsarum viduarum et mansorum lexinorum, quos vel quas stabiliant Petrus cum eodem Guillelmo aut cum suo baiulo, et avere quod inde eis exierit habeant ambo equaliter per medium. Et ipsos lexivos quos stabilire non potuerint, dividant ambo per medium. Et donat ei ut Petrus iamdictus trahat ipsos falcones et curet cum usaticis quos inde habere solet, quibus curatis eos, dividant per medium. Itemque donat ei totas ipsas chaszas[2] et venaciones prefati honoris et singulos quarters in piscibus grossis; et si ipsemet Guillelmus inibi chaszare voluerit et placeat ipsi Petro, et nichil ei inde querat. Et donat ei in honore omni sepedicti kastri, districtos et mandamentos et census et usaticos et ademprivos et cibarias et gueitas et iovas et tragins et paleas et erbas, sicut solitus est habere. Et quod unusquisque ex ipsis per se ipsum faciat ibi suas chestas et alter alteri de sua chesta partem non donet. Et laudat et auctorizat[3] ei ut ipsi decimarii quos inibi miserint, coadunent ipsas decimas infra terminum iamdicti chastri, in loco ubi ipsi ambo concordaverint; et antequam ipsas decimas incipiant coadunare, faciat illos Petrus isdem iurare super sanctum altare quod de ipsis decimis, a singulis sextariis in […]ca[4] fideles sint ecclesiis et cavallariis, sine engan. Propter hoc donum superius comprehensum, est sepedictus Petrus fidelis homo et solidus […][5] nos prefati Guillelmi, senioris sui, manibus propriis comendatus, contra cunctos homines vel feminas, per fidem, sine engan. Et convenit ei quod faciat ei hostes et cavalcadas, curtes et sequios et placitos, cum militibus quos per eum tenet; et in ipsa hoste accipiat Petrus de Sancta Oliva ipsos homines et asinos sicut solitus est prendere. Et quod donet ei potestatem de predicto chastro quot vicibus ab eo ipsam potestatem requisierit, iratus vel paccatus, per se aut per suum nuncium, sicut solitus est eam dare.

Actum est hoc in Barchinona II kalendas iunii, anno VI regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Guillelmi de Sancto Martino, Signum+ Beatricis, uxoris eius, Signum+ Guillelmi, filii eorum, Signum+ Petri de Sancta Oliva, nos qui has conveniencias laudamus et confirmamus.

Signum+ Guillelmi Petri de Chastroleto. Signum+ Arberti de Apierola. Signum+ Berengarii de Fonoiar. Signum+ Arnaldi de Bleta. Signum+ Petri de Galifa. Signum+ Raimundi de Colonge. Signum+ Carbonelli de Envega. Signum+ Poncii de Papiol. Signum+ Petri primicherii. Signum+ Petri de Fonoiar.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit, cum litteris supra-positis in linea X[a], die et anno quo supra.[6]

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter scriptum a quodam instrumento per alfabetum divisum, cuius series sic se continet. 2. h *afegida a la interlínia*. 3. z *corregeix* s. 4. *Espai de sis lletres, aproximadament, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta*. 5. *Espai de quatre lletres, aproximadament, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta*. 6. B *acaba:* +Signum Ugonis* sacerdotis, Signum+ Arberti* presbiteri, Sig+num Berengarii* de Sanauga, Sig+num Bernardi* Suavis, Signum+ Arnaldi de Pausis, Signum+ Martini de Ausor, Signum+ Berengarii de Villa de Cols, nos huic translato presentes adfuimus testes. Sig(senyal)numGuillelmi subdiachoni, qui hoc translatum fideliter scripsit VIII kalendas marcii, anno Domini millesimo CC[o] quintodecimo.

816

1143, [juny, 25]

Commutació de cens. *Guillem, vescomte de Berga, la seva esposa Berenguera i el seu fill Guillem cedeixen a Bernat Arnau de Salzeda, a la seva esposa Arsenda i al seu fill Arnau la tasca del seu mas, situat a Puig-reig, al lloc anomenat* Tornamira*, a canvi de sis sous de diners de Barcelona i un cens d'un parell de gallines*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 166 dupl.*, 91 × 283 mm. Estat de conservació deficient a causa de la mutilació de diversos fragments del pergamí i d'algunes taques d'humitat.

B Trasllat del 30 de juliol de 1239. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 166, 148 × 278 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat que afecten de manera especial la part superior dreta i d'alguns petits forats.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 198.

Completem el text a partir de *B*.

Pateat[1] omnibus quatinus ego G[u]illelme de Berguitano vicecomite et uxori mee nomine Berengera et filio nostro Guilelme donatores s[um]us tibi Bernar Arnald de Saliceda et ad uxori tue [no]mine Arsen et ad filio vestro [nomine A]rnald ipsam tascam quem nos abemus in ipso vestro manso, qui est vestro et qui fuit de vestra posterita. Et est ipsum mansum in comitatu Berguitano, in appendicio Podio [Re]gis, in loco quem vocant Tornamira. Et affrontat a pparte orientis in Sancti Marcali, a mer[idi]e in Pug, ab occiduo in collo de Exibii, a pparte vero circi in Lodo. Quantum inter istas affrontationes includunt, sic donamus nos vobis ipsam tascam iamd[ictam ad vos] et ad posteritati vestre. Et accepimus nos donatores ex vestro avere solidos sex denariorum monete Barchinone; et faciatis ce[nsum par]ilio I d[e gallines] omni tempore.[2] Qui hoc autem rumpere voluerit, non liceat, set firmum permaneat omni tempore.

Acta hanc k[artam] donatione V[IIº kalendas] iulii, anno VIIº regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Guillelmi, Sig+num domna Berengera, Sig+num Guillelmi filio nostro, nos q[ui ista] karta fieri iussimus, firmavimus firmarique rog[amus].

Sig+num Guilelme de Bevire, Sig+num Per[e Gui]sald, Sig+num Guilelme d[e Bosco, nos sumus te]stes, visores et auditores.

[Berenga]rius sub[d]iac[onus, qui hoc scripsit] die et anno quo *(senyal)* [supra].[3]

1. B *comença:* Hoc est translatum ab originali fideliter sumptum, cuius series sic habetur. 2. *Segueix* Actum est hoc *sense cancel·lar.* 3. B *acaba:* Ferrarius, presbiter et capellanus Podio Regum, qui hoc translatum firmo pro teste et meum signum (*senyal*) apono. Alegretus sacerdos, huius translati testis, qui meum signum + hic pono. Arnaldus Oliba de Berga, qui hoc translatum fideliter translatavit vice Ferrarii presbiteri, capellani Podii Regum, diligenter inspecto suo originali nichilque in eo addit vel minuit nec etiam variavit aliquid se sciente. Ad cuius translati comprobationem testes advocavit Ferrarium videlicet memoratus, capellanum Podii Regum, et Alegretum fratrem eius, presbiteros, et suum signum (*senyal*) impressit IIIº kalendas augusti, anno Domini MºCCºXXXºVIIII, et [scripsit] atque rescripsit XIIIª linea ubi formam signi sui apposuit usque ad locum quo dicitur *kalendas*, die et anno prefixis.

817

1143, juny. Saragossa

Encomanament. *Domingo Perdiguero encomana a Ferrer de Benebar i García de Oyarda la meitat del castell d'Alfocea; rep vint sous en concepte d'entrada.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 156 (*olim* segona caixa, sac B, núm. 91), 205 × 278 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Cit. ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 67.

Sub Christi nomine et eius divina gratia. Hec est carta de convenienza que facit Dominico[1] Perdiguero cum Ferrer de Benebar et cum[2] Garcia[3] de Oiarda. Dat illis Dominico Perdiguero, per bono amore et bona voluntate, medietate de illo castello de Alhoceian cum suis terminis et suos derectatibus, a fidelitate regis et de concellio de Zaragoza. Et sint ei tales sicuti bonos[4] germanos. Et quod habeant istud quod superius scriptum est per hereditate, per vendere et dare et per facere de illud totam lure voluntate, illos et filios eorum, per secula cuncta. Et donant ad Dominico Perdicher don Ferrer et don Garcia XX solidos in manu per suo maletreito

que ibi traxit. Et illa alia medietate de illo castello, quod habeat illum Dominico Perdichero per ad se et per ad Dominico, filio Almurabite, cum suis terminis et suos derectatos. Et si quis autem de illis voluerit bouzare vel bozaverit ad suos socios, sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda, traditore Domini, condempnatus et sit aleiboso probato et non inveniat seniore qui illi bene faciat.

Et sunt testes qui viderunt et audierunt et ibi fuerunt don Bonfilio Garcia Xemenones et Petro[5] Galindiz et Garcia de Barcabo et Petro de Palo, Arrosset, Garcia Garcez de Groscan, Lop Semeniz de Pisa, don Vicente[6] de Cardel, Enneco de Acelor.

Ego Dominico Perdichero in hanc cartam et donativum quod vobis don Ferrer et don Garcia fieri iussi, manus meas roboravi et signum *(senyal)* feci *(senyal)*. Allihala V solidos. Et ista convenenza fuit facta propter quod requirebat don Garcia illo castello, cum suos terminos, per donativo quod rex Adefonso fecit in primo ad suo patre et ad semetipso.[7]

Facta carta in civitate Cesaragusta, in mense iunio, era MCLXXXI, mandante civitas Cesaragusta Raimundo, comite de Barcilona. Et est in eadem civitas episcopus[8] domnus Bernardus et iusticia est senior Ato Sanz. Artal in Alagon. Rudrico Petriz in Orreia. Adefonsus, imperator, in Rota. Filios Lop Lopez in Arricla. Suprascripto comite Raimundo in Calaataiub, Sango Necones in Daroca. Senior Lop Sanz in Belgit.

Gunzalvo de Sancto Sepulcro scripsit et signum fecit *(senyal)*.

Et si uni eorum voluerit vendere suam partem, ante uno mense faciat scire ad suos heredes et, sicuti dederint unos aut alios, quod X solidos minus donet suam partem et vendat ad suo hereditario, si voluerit illi dare suo avere sine ulla molestia; et si non, vendat ubi ille voluerit.

1. *La darrera* o *afegida a la interlínia*. 2. *Segueix* suo, *expuntuat*. 3. *La primera* a *corregeix* u. 4. bonos *afegit a la interlínia*. 5. p *corregeix* d. 6. te *afegit a la interlínia, a la línia de sota*. 7. sememetipso *al text*. 8. episcopus *afegit a la interlínia*.

818

1143, juliol

Empenyorament. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, empenyora a Guillem Sunyer, a la seva esposa i als seus*

fills una terra del seu alou de Viladecans, per raó d'un deute de cent trenta morabatins marins.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 167 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 916), 89 × 361 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 702. — BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 65. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 40, 99.

Sit notum omnibus quod ego Raimundus, comes Barchinonsis et princeps Aragonis, inpignero tibi Guillelme Suniarii uxorique tue et proieniei tuę terram de meo alodio infra terminum de Villa de Canibus, propter CXXX[1] morabetinos marinos, in ipso loco ubi tradent eam tibi Bernardus de Bello Loco et meus baiulus Ticio, ut tandiu teneas, possideas et expletes prephatum pignus quousque reddam tibi CXXX[2] morabetinos iamdictos, sine tuo enganno. Et non sit mihi vel meis redimendi licencia nisi de festo Sancti Michaelis in aliud festum et ita currat annuatim. Si quis hoc rumpere temptaverit, nichil proficiat, sed in duplo componat. Et post modum hec inpigneracio[3] man[e]at[4] firma.

Facta carta inpigneracionis in mense iulii, anno VII regni Ledoici iunioris.

Signum+ Raimundi comes.[5]

Sig+num Guillelmi dapiferi. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Arnalli Berengarii baiuli. Sig+num Bernardi Poncii*.

Signum+ Poncii scriptoris comitis, qui hoc iussus scripsit die annoque prephato, suprapositis literis in linea II et III ubi dicitur *CXXX*.

Et istos XXX morabetinos habuit comes in uno mulo.[6]

1. XXX *afegit a la interlínia*. 2. XXX *afegit a la interlínia*. 3. inpignera *afegit a la interlínia, volat a* dona, *ratllat*. 4. *Manca*. 5. *Segueix una anotació en hebreu, il·legible*. 6. Et istos XXX morabetinos habuit comes in uno mulo *afegit en un requadre al marge inferior esquerre del pergamí.*

819

1143, setembre, 27

Adveració. *Els testimonis del testament de Ramon de Sarrovira juren, damunt l'altar de Sant Joan de l'església de Santa Perpètua de Mogoda, les darreres voluntats d'aquell, per les quals llegà la major part dels seus béns a l'orde del Temple i manà que fossin retornats a Bernat de Bell-lloc els feus que tenia per ell.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 158, 190 × 338 mm. Estat de conservació deficient a causa d'un forat a la part central.

Hec est legalis ordinacio sive publica manifestacio ultime voluntatis cuiusdam viri defuncti, nomine Raimundi de ipsa Ruvira, que, instante periculo infirmitatis unde mortuus est, conscribi non potuit sed verbis eius dum adhuc viveret testibus promulgata patuit. Et suis manumissoribus, videlicet Bernado de Bello Loco et Arberto de ipsa Petra et Petro, qui dicitur de ipsa Ruvira, precepit atque instituit ut ipsi taliter res suas et facultates distribuissent sicut scriptum est subterius. Notum sit igitur quia nos testes, scilicet Bernadus de Bello Loco iamdictus et Berengarius de Mogoda et Iohannes, vidimus et audivimus et rogati ab ipso conditore extitimus quando iamdictus Raimundus, in lecto vulneratus iacens in expedicione de Monte Pessulano, nos rogavit et nobis, videntibus et audientibus, iniuncxit predictis manumissoribus suis qualiter res et facultates suas distribute fuissent hoc ordine. Concessit Hospitali[1] Iherosolimitani ipsam suam mulam que Petrus de Terracia abebat. Et dimisit Guillelmo de Mogoda I mulum. Concessit ad opera Sancte Perpetue I asinum et ut milites de ipsa milicia stabilissent inibi unum hominem qui laborare in ipso opere cum d[icto] asino annum I. Dimisit ad ipsam miliciam Templi[2] ipsum suum alsbergum. Et ex omni alio suo mobile, concessit ad matrem suam ipsam medietatem; aliam medietatem ad prephatam kavaller[iam …].[3] Et laudavit et auctorizavit testamentum patris sui, quod ipse iam abuerat laudatum ac firmatum, ut stetisset omni tempore firmum et inconvulsum. Et similiter con[cessit ad ipsam cava]lleriam ipsam Ruviram cum suis alodiis, quemadmodum pater eius predicte milicie in prephato testamento abebat dimissum atque concessum, ut aberet se[mper …] et ut milites de ipsa kavalleria solverent sua debita. Concessit predicto Bernardo[4] de Bello Loco, seniori suo, omnes fevos quos per eum abebat cum illorum exp[letis…]tus auctor. Hec omnia ordinavit in mense augusti, anno VII regni regis Ludovici iunioris. Aliter voluntatem suam non mutavit nobis scientibus, sed sic stare mandav[it. Et sub hac] voluntate dicessit ab hoc seculo eodem mense et eodem anno. Unde nos testes, quia sic tantummodo verbis suis iuxta quarti ordinis modum ordinasse et nobis et suis testibus invic[em…] audivimus, legaliter condicionibus factis infra VI[ex] menses super altare Sancti Iohannis quod cernitur esse constructum in ecclesia Sancte Perpetue de Mogoda, coram Guillelmo sacerdote et iudice, ma[nibus] propriis iuramus et manu iudicis et nostris et testibus easdem condiciones corroboramus.

Late condiciones V kalendas octobris, anno VII regni prephati regis.

Sig+num Bernardi de Bello Loco, Sig+num Berengarii de Mogoda, Sig+num Iohannis, nos sumus huius rei testes et iuratores qui ea que dicimus vera esse testificamur per suum adnixum iuramentum in Domino. Sig+num Petri Bertrandi de Bello Loco. Sig+num Gaufredi de Faro. Sig+num Guillelmi Arnalli de Turri Kalidis. Sig+num Berengarii de Fexa. Sig+num Guillelmi de Mogoda, filii Bernardi Guillelmi. Signum+ Guillelmi,* sacerdotis ac iudicis.

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit, cum litteris suprapositis in linea VII[a], die et anno quo su(*senyal*)pra.

1. H *afegida fora de la caixa de l'escriptura*. 2. Templi *afegit a la interlínia*. 3. *Entre claudàtors es transcriuen les parts il·legibles del text a causa del forat del pergamí o les parts interpretades. En general, el forat afecta entre quatre i vuit lletres*. 4. *La segona* r *afegida a la interlínia*.

820

[Abans de 1143, novembre, 27]

Carta. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, escriu al gran mestre del Temple i ofereix a l'orde diverses senyories a canvi de la seva renúncia al testament del rei Alfons I d'Aragó.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 1311. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 21 (*olim* arm. 23 Templers, sac C, núm. 149), 390 (+ 22 de la plica) × 320 mm. Bon estat de conservació. Segell penjant perdut.

C Còpia de principis del segle XIV. ACA, Cancelleria, reg. 309, Cartulari del Temple, f. 50.

a *CODOIN*, IV, doc. CLIII.

b ALBON, *Cartulaire du Temple*, doc. 145.

c CRESPO, *Documentos*, núm. 3.

Datem pel document relacionat, núm. 822, considerant que aquest ha de ser anterior.

Raimundus,[1] Dei gracia Barchinonensium comes et marchio et princebs Aragonensis, Raimundo, Dei gracia Milicie[2] Iherosolimitane magistro, et cunctis fratribus cismarinis et ultramarinis partibus Deo militantibus, salutem et eternam gloriam. Qualiter Adefonsus, rex Aragonensis, tempore sui obitus imminente totum regnum suum tripartite reliquerit Sepulcro videlicet Domini et Hospitali atque Templi Milicie satis omnibus est manifestum. Unde ego, succesor illius in regno, volo eidem Milicie omnibus modis

deservire et eam honorificare et honorifice magnificare. Vestre siquidem considerans ordinem professionis michi videtur ut sicut in primis sub beato Petro per apostolorum predicacionem ecclesia Dei fundata letatur,[3] ita et nunc per officium vestrum eadem ecclesia deffendatur. Vestram itaque fraternitatem nos et omnis patrie Yspaniensis clerus et populus modis omnibus deprecamur quatinus ecclesie Dei provideatis et eius necessitatibus in quantum potestis subveniatis ut saltem X de fratribus vestris quos aptos ad hoc benignitas vestra decreverit, nobis concedat et dirigat, sub quorum obediencia in partibus nostris[4] et milites et alii fideles qui huic exercicio pro salute animarum suarum se tradiderint, regantur et tueantur. Necessaria autem vite et milicie ipsis X militibus fratribus vestris quos nobis miseritis ego illis sufficienter tamdiu aministrabo de meo donec de meo honore tantum eis retribuam unde se bene conducere valeant. Hoc vero excepto,[5] dono eis civitatem Darocham cum omnibus habitatoribus suis et cum omnibus terminis et apendiciis suis cum rivis et aqueductibus et reductibus et cum omni dominacione[6] quam ibi habeo vel habere debeo, omnia in omnibus, sicut melius ad utilitatem prefate Milicie intelligi vel nominari potest. Dono etiam illis Lope Sancium de Belgit cum suis duobus castellis, Osa et Belgit, et cum suo honore scilicet Cotanda cum omnibus suis[7] pertinenciis. Addo etiam illis in Cesaraugusta civitate unum christianum et unum maurum et unum iudeum cum omnibus honoribus et possessionibus eorum et terras annuatim laborandas duobus paribus bovum. Dono iterum illis quartam partem unius ville iuxta Oscham existentis que dicitur Quart. Item illis concedo decimam partem omnium que in Yspania adquirere potero, tam in censu quam in honore vel in aliquibus rebus. Predicta vero omnia illis libere et solide et firmiter trado ad eorum propriam voluntatem inde complendam sine ullo retentu quem ibi non facio. Si vero fraternitas vestra huic nostre peticioni diligenciam dederit hec vobis complere et maiora quam[8] litteris intimamus addere satagemus. Laudo etiam vobis[9] atque confirmo donum[10] ipsius honoris quem scripto feci Arnaldo de Bedocio[11] in partibus Barchinone. Predictos vero X milites fratres vestros tamdiu teneam de meis redditibus et usaticis de Iacha et de Osca et de Cesaraugusta donec illis tantum honorem concedam unde se bene regere et conducere possint. Super hiis omnibus vestram fraternitatem humiliter imploramus ut ad tanti triumphi gloriam festinare curetis et a tanto Dei servicio vos nullo modo subtrahatis et vestrum responsum cicius inde nobis mitatis. Cum maius tardaveritis, maius ecclesie Dei dampnum facietis.

Signum+ Raimundi comes.[12]

1. B *comença:* Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. 2. Milicie *omet* C. 3. legatur C. 4. vestris C. 5. exceptor C. 6. donacione C. 7. suis omnibus C. 8. cum C. 9. vobis *afegit a la interlínia*. 10. donum C. 11. Bedono C. 12. B *acaba:* Sig(*senyal*)num Iacobi de Folcheriis, notarii publici Barchinone, testis. Sig(*senyal*)num Berengarii de Lirana, notarii publici Barchinone, testis. Sig(*senyal*)num Berengarii de Valle Sicca, notarii publici Barchinone, testis. Sig+num Bernardi de Ponte, vicarii Barchinone et Vallesii, qui huic translato sumpto fideliter ab originali suo, non cancellato nec in aliqua parte sui viciato, ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur, auctoritatem impendimus et decretum ut ei tamquam originali suo fides plenaria ab omnibus impendatur, appositum per manum mei Bernardi de Cumbis, notarii publici Barchinone regentisque scribaniam curie vicarii eiusdem civitatis, in cuius manu et posse dictus vicarius hanc firmam fecit VIII° idus septembris, anno Domini millessimo CCC° undecimo, presentibus testibus Bernardo de Daurats, Iasperto de Examins et Petro de Comellis. Et ideo ego, Bernardus de Cumbis, notarius predictus, hec scripsi et hoc meum sig(*senyal*)num hic apposui. Sig(*senyal*)num Bernardi de Villa Rubia, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali suo et cum eodem legitime comprobatum scribi fecit et clausit octavo idus septembris, anno Domini millessimo trecentessimo undecimo, cum litteris appositis in linea octavadecima, ubi dicitur vobis, et rasis et emmendatis in linea vicesima prima ubi dicitur maius.

821

[Abans de 1143, novembre, 27]

Permuta. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, permuta amb Pere d'Estopanyà la vila de Montsó, que li havia donat i que ara vol cedir a l'orde del Temple, per Castejón del Puente, amb dret a cobrar pontatge. A més, li promet* Elis *i els castells de Tamarit de Llitera i Saidí quan els conquereixi.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 30 (*olim* 3 arm. Lleida, sac C, núm. 155), 90 × 215 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3297 (*olim* arm. 23 Templers, sac A, núm. 1), 99 × 215 mm. Carta partida, traçant A, B, C al marge superior. Bon estat de conservació.

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, Liber feudorum maior, f. 15a.

a *CODOIN*, IV, doc. CXXXVIII.

b BOFARULL, *Colección*, IV, doc. 162.

c MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 26.

Datem amb anterioritat a la cessió de Montsó a l'orde del Temple (vegeu el document núm. 822).

Hec est memoria de dono quod facit comes ad Petrum de Stopana per castrum Montssó quod recuperat. In primis donat ei Casteio Ceboler cum suis omnibus pertinenciis.[1] Et donat ei leztam quam accipiat ad ipsam alchantaram, videlicet de uno trossello, medium morabetinum; et de balas, quartam partem morabetini;

de equo aut equa aut mulo, quatuor denarios; de bove, vacha vel asino, duos denarios; de quatuor ovibus, denarium unum;[2] de carga de chuiram aut de cera aut de oleo, denarios duodecim.[3] Et ista lezta nullo modo accipiatur nisi de illis rebus que causa vendicionis inde transierint; et ulla alia ledda vetus aut nova ibi aliter non addatur neque accipiatur. Insuper donat ei Elis et duo castra Tamarit et Caidi[4] quando Deus ea dederit ei.[5] Supradicta omnia donat ei a fuero de Aragone et de rege Petro ac rege Sancio. De rebus vero Milicie Templi vel de eorum propriis hominibus, nulla ledda exquiratur nec accipiatur.[6] Si autem, quod absit, constituta Milicia Montssoni deficeret aut destrueretur[7] iamdictus Petrus recuperet Montsso sine aliqua contradictione.[8] Supradicta omnia donat ei comes per honorem ad[9] fueros de rege Petro et rege Sancio. Et si Petrus recuperaret modo iamdicto castrum Montssó, recuperet comes prephatum honorem de Petro iamdicto.[10]

1. Pertinentibus A'. 2. I A'. 3. XII A'. 4. Zaidi A'; Zaidin B. 5. quando dederit ea Deus ei A'. 6. nullam exquiratur vel accipiatur lezta A'. 7. re *afegit a la interlínia*. A' *afegeix a continuació* aut si nullus homo rem ei peioraverit. 8. Montssó [quantum] sine impedicione A'. 9. per A'. 10. recuperet comes de Petro iamdicto prephatum honorem A'.

822

1143, novembre, 27. Girona

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, dóna a l'orde del Temple els castells de Montsó, Montgai, Xalamera i Barberà, l'honor de Lope Sancho de Belchite i els castells de Remolins i de Corbins quan els recuperi. Li atorga, també, la dècima de totes les seves rendes i drets i mil sous a Osca i mil més a Saragossa, cada any, així com el quint que li pertocaria sobre els béns guanyats en les expedicions de l'orde contra els sarraïns. Finalment, dóna la dècima de les seves conquestes, l'exempció del pagament de lleudes i passatges i promet que no pactarà amb els sarraïns sense el consentiment de l'orde.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia imitativa del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 159 tripl., 470 × 357 mm. Estat de conservació regular a causa de diversos forats i taques d'humitat.

C Còpia coetània del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 159 dupl., 227 × 602 mm. Bon estat de conservació malgrat una taca a la part esquerra.

D [Original de la confirmació d'Alfons I del mes d'agost de 1172, no localitzat.]

E Trasllat de la confirmació d'Alfons I: ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 159, 461 × 505 mm. Estat de conservació regular a causa de dues mutilacions al marge dret i d'algunes taques d'humitat.
F [Original de la confirmació de Pere I, no localitzat.]
G [Original de la confirmació de Jaume I del mes de juny de 1227, no localitzat.]
H Trasllat de la confirmació de Jaume I del 8 de setembre de 1311. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 159 quadrupl. (*olim* arm. 23 Templers, sac C, núm. 159), 646 × 517 mm. Bon estat de conservació. Restes de la cinta que subjectava el segell penjant a la plica.
a MARCA, *Marca Hispanica*, doc. 402, cols. 1291-1294.
b *CODOIN*, IV, doc. XLIII.
c ALBON, *Cartulaire du Temple*, pp. 204-205, doc. CCCXIV.
d SANS I TRAVÉ, *Col·lecció diplomàtica*, núm. 53, pp. 110-112.
e CRESPO, *Documentos*, núm. 5.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 361. — BOFARULL, *Los condes,* II, p. 198. — KOSTO, *Making agreements,* p. 99. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 34.

+[1] Divinę[2] inspirationis gratia et pietatis racio monet filios ęcclesię summa in[tencione providere saluti][3] animarum ac libertati Catholicę ęcclesię. Ea propter ego Raimundus Berengarii,[4] comes Barchinonensis et Dei gratia regni dominator Ara[gonensis, virtute Spiritus Sancti commotus], in cęlestis militię potencia, ad defendendam occidentalem ęcclesiam que est in Ispaniis, ad deprimendam et debellandam et expellendam gentem maurorum, ad exaltandam Sancte Christianitatis[5] fidem et religionem, ad exemplum militię Templi Salomonis in Iherusalem, que orientalem defendit ęcclesiam, in subiectione et obedientia illius, secundum regulam et eiusdem militię instituta, beatę obedientię miliciam constituere decrevi. Quod iamdiu[6] summo et bone mentis desiderio desideraveram et ad hoc venerabilem Rodbertum, magnę excellencię magistrum Iherosolimitanę milicię, et ceterorum fratrum conventum per litteras et inter nuncios meos sepe et diligenter invitaveram. Huic autem desiderio meo ac peticioni, prefatus Rodbertus magister et omnium fratrum conventus in capitulo fratrum militie in Iherusalem Dei gratia adquieverunt et unanimiter concesserunt et per litteras ac fratres eiusdem Templi bonę voluntatis eorum, decretum atque consilium de constitucione Christi milicię in Ispaniis adversus mauros misericorditer renunciaverunt. Idcirco, ad exaltandam Christi ecclesiam, ad exercendum officium milicię in regione Ispanię contra sarracenos, in remissione peccatorum meorum, ad honorem Dei, qui honorat honorantes Se, ad salutem animę patris mei, qui fuit miles ac frater sanctę iamdictę milicię,[7] in cuius regula et habitu gloriose vitam finivit, tibi Rodberto, prefate milicię venerande magistro,[8] et successoribus ac fratribus

tuis omnibus dono atque[9] concedo et[10] in manu vestra, per hanc presentem scripturam, potencialiter trado castrum totum quod dicitur Montsso[11] et castrum totum quod dicitur Mongaudi ut per alodium proprium ea teneatis et habeatis ac iure perpetuo possideatis vos et omnes vestri successores[12] per secula cuncta, cum omnibus territoriis et pertinenciis ac terminis eorum vel infra existentibus et cum omnibus usaticis ac consuetudinibus suis, cum omnibus leddis[13] et passaticis, cum omnibus cultis et[14] incultis, cum planis et montaneis, cum pratis et pascuis et omnibus ad predicta castra pertinentibus, omnia in omnibus, sicut melius et utilius ad honorem Dei ac supradictę milicię utilitatem intelligi valeat, sine ullo retentu quem aliqua persona ibi non habeat. Eo quoque modo dono vobis castrum quod dicitur Xalamera[15] et Barberanum, cum territoriis ac pertinenciis et terminis eorum et cum omnibus ad iamdicta castra pertinentibus, sine ullo retentu alicuius personę, et honorem Lup Sancii de Belxid, sicut ex hoc cum supradicto[16] Lup Sancio convenire poteritis; et castrum totum quod dicitur Remolinis,[17] cum omnibus sibi pertinentibus, cum divina clemencia illud in meam tradiderit potestatem; et totum quod habere debeo in castro Curbinis,[18] cum Deus illud michi dignatus fuerit reddere. Predicto etiam modo addo vobis omne decimum tocius terrę meę, videlicet omnium reddituum et censuum meorum, tam de expletis quam de omnibus consuetudinibus rectis et de iusticiis, de quibus decimum accipere volueritis; et mille solidos in Oscha et mille solidos in Cesaraugusta quot annis. In omnibus vero cavalcatis vel expedicionibus Ispanię, de vestris scilicet hominibus, quintas vobis perpetuum dimitto et dono. Si forte aliquid de honore meo dare, vendere vel impignerare mihi contigerit, decimum vestrum salvum et liberum vobis remaneat. De omnibus siquidem que Deo iuvante iuste conquirere potero, decimum quiete et libere vobis concedo. Et de conquisicione terræ sarracenorum, quintam partem vobis concedo et decimum totum ex his que parti mee pertineant. Quod si castellum vel[19] fortitudinem contra mauros edificare aut construere volueritis, opere[20] et consilium meum per omnia vobis diligenter[21] atribuam. Convenio iterum vobis et dono in potencia cęlesti et fortitudine Christi me ulterius pacem non facturum[22] cum mauris nisi vestro consilio. Prenominata siquidem omnia, devoto animo ac spontanea voluntate, cum omni integritate, omnipotenti Deo et vobis predictę milicię Rodberto magistro et fratribus, tam presentibus quam futuris, dono atque concedo. Et de meo iure in vestram ea trado potestatem atque dominium, regi Deo grati-

as reddens, qui vos ad defensionem ęcclesię suę elegit ac nostris precibus annuere fecit. Dono vobis iterum atque concedo quod de vestra propria causa [per totam terram me]am nulla leuda, nulla consuetudo, nullum passaticum accipiatur. Si qua autem laica secularisve persona presentem donationis scripturam in aliquo vel in toto dimovere [temptaverit, iram Omnipotentis incur]rat et tamdiu excommunicationis vinculo innodetur [do]nec digne de tanti reatus excessu satisffaciat.

Quod est actum V^to^ kalendas decembris, apud [Gerundam, dompno Gui]done, [romane ęcclesię] cardinali, diacono et legato, celebrante conventum, in presencia omnium[23] subscriptorum testium, anno Dominicę Incarnationis millessimo[24] [centessimo quadragessimo] tercio.[25]

Notum autem sit quod hec presens donacio fuit facta in manu dompni Ebrardi,[26] magistri Gallię, et in manu venerabilis Petri de Rovera,[27] magistri Provincię et cuiusdam[28] partis Ispanię, et in manu fratris Otonis Sancti Odmerii[29] et fratris Ugonis de Bezanis ac fratris Petri de Arzacho et fratris[30] Berengarii de Cigunole[31] ac fratris Arnaldi de Sornano,[32] quod autem de decimis superius statutum est, ita[33] firmamus sicut superius legitur, salva[34] donacione que ęcclesiis facta est.

Signum+ Raimundi comes.[35]

Sig+num Bernardi, Cesaraugustani episcopi. Sig+num Dodonis, Oscensis episcopi. + Raimundus, Dei gratia Ausonensis episcopus. Sig+num Guilelmi, Rotensis electi. Sig+num Guilelmi, prepositi Rivipollensis.[36] Signum+ Gregorii, electi Terraconensis archiepiscopi. Sig+num Berengarii, Gerundensis ępiscopi.[37] Guilelmus, Cesaraugustensis + sacrista. Petrus, Rivipollensis[38] abba, salvo iure Sancte Marie. + Renalli, magistri Gerundensis ecclesię. Berengarii, Sancti Felicis abas. Signum+ Petri, Barchinonensis archidiaconus.[39] Petrus, sacrista Barchinonensis *(senyal)*. Sig+num Guilelmi, sacriste Rotensis. Si+gnum Arnaldi Mironis, comitis Palarensis.[40] Sig+num Artaldi, comitis Palarensis.[41] Sig+num Bernardi de Comingo, comitis. Sig+num Petri, comitis Bigorrę. Sig+num Guilelmi Raimundi, dapiferi. Sig+num Gaucerandi de Pinos. Sig+num Bernardi de Bello Loco.[42] Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Guilelmi de Cervera. Sig+num Raimundi de Torroia. Sig+num Raimundi Berengarii de Ager. Sig+num Bernardi Guilelmi de Luciano. Sig+num Raimundi de Vilademuls. Sig+num Berengarii de Torreia.[43] Sig+num abatis Fortunii Montis Aragonis.

Sig+num Poncii, clerici Barchinonensis ęcclesię, scriptoris comitis Barchinonensis, qui in isto pargameno hec verba scripsit[44] ex mandato domini comitis, die annoque prescripto.[45]

1. H *comença:* Hoc est translatum sumptum fideliter a quodam instrumento cuius tenor talis est. 2. C, E *i* H *no utilitzen la ę*. 3. *Completem el text ex* C. 4. Berengarius E. 5. Trinitatis C. 6. tandem C. 7. ac sancte iamdicte milite frater C. 8. magister C, E *i* H. 9. et C. 10. atque C. 11. Monzo C. 12. successores vestri C. 13. leudis C. 14. vel C. 15. Calamera C. 16. predicto C. 17. Remolins C. 18. Corbins C. 19. aut C *i* H. 20. opem C, E *i* H. 21. diligenter vobis C. 22. facturum esse C. 23. omnium *omet* C. 24. Mº E. 25. CºXLºIIIº C *i* E. 26. Ebardi H. 27. Roveria H. 28. cuius C. 29. Odinerii C. 30. frater C, E *i* H. 31. B. de Egunole C *i* E; B. de Ceguinole H. 32. frater Arnalis de Sornan C *i* E; fratri Arnale de Sorna H. 33. ita etiam H. 34. salva in omnibus C, E *i* H. 35. Raimundus comites C; Signum+ Raimundus|Raimundi comitis|comes. Sig+num Regine, uxoris eius, qui hoc laudo et dono atque concedo C *i* E; C *segueix* Sig+num, *sense cancel·lar*. 36. Riupollensis E. 37. Berengarius, Dei gratia Gerundensis ecclesie episcopus E; Berengarius, Gerundensis ecclesie episcopus H. 38. Riupollensis E. 39. archilevite E *i* H. 40. Palearum E. 41. E *situa aquesta signatura al final del text, a continuació de la clausura de l'escrivà Ponç*. 42. Sig+num Petri Bertrandi de Bello Loco, *afegeixen* E *i* H *a continuació*. 43. Torroia H. 44. qui hoc scripsit E *i* H. 45. Sig+num Bernardi, Cesaraugustani episcopi … Sig+num Poncii, clerici Barchinonensis ecclesie, scriptoris comitis Barchinonensis, qui in isto pargameno hec verba scripsit ex mandato domini comitis, die annoque prescripto *omet* C; ex mandato domini comitis, die annoque prescripto *omet* H; Signum + Illefonsi, regis Aragonensis, comitis Barchinonensis et Rossilionensis et marchionis Provincie, qui totum predictum donativum quod comes pater meus dedit milicie Templi laudo et confirmo et de omnibus illis|illis omnibus que in presenciarum habeo vel in futurum, Deo annuente, adquirere potuero dono et concedo milicie Templi iamdicte eodem modo quo pater meus comes Barchinonensis dedit, sicut superius scriptum est. Testes sunt huius et confirmaciones|Testes sunt huius confirmacionis et donaciones: Petrus, Cesaraugustanus episcopus, et Iohannes, Tirasonensis episcopus, et Berengarius, abbas Montis Aragonés, et Petrus de Ara Arazuri et Petrus de Castellazol, et Blasco Romeo et Xemenus|Exemenus de Artusella, maioridomus, et Gonzalbo Copellino|Gonzalo Capellino, alferiz, et Marcho de Hosca, et Petrus Ortiz et Ximenus Romeo et Dodo de Alchala. Et ego Sancius de Pera Rubea, qui hoc scripsi precepto domini mei regis apud Cesaraugustam, mense augusti, Era MªCCªXª et hoc signum (*senyal*) [feci] *afegeixen* E *i* H *a continuació*, H*, però omet la darrera paraula* [fecit]; Sig(*senyal*)num Petri*, presbiteri. Berengarius*, presbiter de Gelida (*senyal*). Sig+num Iohannis*, presbiteri. Sig+num Mironis, iudicis, qui huic translato meam auctoritatem dono *afegeix* E*, que continua:* Translacio per manu Guilelmus subdiachonus, qui hoc scripsit ex mandato frater Almerani, domum milicie Templi, cum litteris rasis et emendatis in linea XXª IIª et XXIXª, et hoc signum (*senyal*) feci; H *acaba:* Signum [*segueix un espai en blanc d'aproximadament quinze lletres*] Raimundi Berengarii, comiti Provincie, fratris domini regis. Signum+ Petri, regis Aragonum et comitis Barchinone, qui omnia predicta laudo et confirmo. Sig+num Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani, qui predicta omnia et singula confirmamus perpetuo valitura. Cuius confirmacionis testes sunt Guilelmus de Cervaria, Raimundus de Monte Catano, Guilelmus de Cardona, Raimundus Berengarii de Ager, Ato de Focibus, maiordomus Aragonensis, Garcia Pardi, Petrus Pomar. Quod factum fuit in Montesono, XI kalendas iulii, eram MªCCªLXª quinta, mandato domini regis Iacobi et Guilelmi de Almogera et Guillelmi Rabacie, notariorum suorum, presente eciam Petro Sancii, notario et repostario suo, ab Arnaldo gramatico scriptum, qui hoc suum sig(*senyal*)num aposuit. Sig(*senyal*)num Iacobi de Folcheriis, notarii publici Barchinone, testis. Sig(*senyal*)num Berengarii de Lirana, notarii publici Barchinone, testis. Sig+num Berengarii de Valle Sicca, notarii publici Barchinone, testis. Sig+num Bernardi de Ponte, vicarii Barchinone et Vallensii, qui huic translato sumpto fideliter ab originali suo, non cancellato nec in aliqua parte sui viciato, ex parte domini regis et auctoritate officii quo fungimur,

auctoritatem impendimus et decretum ut ei tanquam originali suo fides plenaria ab omnibus impendatur. Appositum per manum mei, Bernardi de Cumbis notarii publici Barchinone regentisque scribaniam curie vicarii eiusdem civitatis, in cuius manu et posse dictus vicarius hanc firmam fecit, VIIIº idus september, anno Domini millessimo CCCº undecimo, presentibus testibus Bernardo de Daurats, Iasperto de Examins et Petro de Comellis. Et ideo ego Bernardus de Cumbis, notarius predictus, hoc scripsi et hoc meum sig(*senyal*)num hic apposui. Sig(*senyal*)num Bernardi de Villa Rubia, notarii publici Barchinone, qui hoc translatum sumptum fideliter ab originali suo et cum eodem legitime comprobatum scribi fecit et clausit, octavo idus september, anno Domini millessimo trecentessimo undecimo, cum litteris punctatis in linea decima, sicut punctate erant in originali, ubi dicitur cum, et cum litteris etiam rasis et emendatis in linea vicesima tercia ubi dicitur Ottonis.

823

1144, gener, 12

Venda. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, ven l'amoctalafia a Arnau Pere dels Arcs pel preu de cent cinquanta morabatins*.

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 18 de març de 1208. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 161 (*olim* segona caixa, sac B, núm. 110), 157 × 207 mm. Bon estat de conservació.

Cunctorum[1] noticie sit manifestum qualiter ego Raimundus, Dei gratia Barchinonensium comes et marchio et Aragonensium regni inclitus dominator, dono tibi Arnaldo Petri de Archubus totam ipsam amoctalafiam integriter et sine ulla diminucione, salvis meis directis que recto usatico mihi inde exire debent, ut tu eam habeas et teneas in sana pace, potenter et integriter, et omnes qui per te et per tuam vocem ad comodum tuum tuamque utilitatem in eadem amoctalafiam fuerint, tibi et tuis seccure et quiete eam possideant. Et nichil amplius in prefata amoctalafia a te repetere possim nec te inde aliquo modo reptare nisi te exinde mihi culpabilem iudicialiter comprobare valerem. Accipio a te quoque pro hac donacione CL moabitinos, quorum predictorum moabitinorum recuperes L moabitinos de meo recto usatico eiusdem amoctalafie, sine tuo engan. Si ego aud aliquis meorum hoc tibi infrigero vel infregerint, ea que a te accipio, ad comodum tuum, de te adquisitore, dupliciter emendem vel emendent. Et postea hec donacio firma permaneat omni tempore.

Que est acta II idus ianuarii, anno VII regni Leodyci iunioris.

Signum+ Raimundi comes.

Signum+ Guillelmi Raimundi, senescale. Signum+ Bernardi de Bello Loco. Signum+ Guillelmi de Subiratis. Signum+ Guillelmi

Poncii. Sig+num Bernardi Marcucii. Sig+num Raimundi Marchucii. Sig+num Bernardi Poncii.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit, cum literis emendatis in linea IIII[a], die et anno quo supra.[2]

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter translatatum. 2. B *acaba:* (*Senyal*) Arnaldi presbiteri. Guillelmi sacer (*senyal*). Signum+ Iohannis de Solario levita. Actum est hoc translatum XV kalendas aprilis, anno Domini M° CC° VII°. Signum Guillelmi sacerdotis, qui hoc suprascriptum veracissime translatavi cum (*senyal*) impresso die et anno quo supra.

824

1144, març, 23

Convinença. *Laureta, filla d'Arbert d'Oló, cedeix a Oliver, nebot del seu pare, la castlania d'Oló, que no pot servir a causa dels seus deutes. Es reserva el mas d'*Emendola*, anomenat la Torre d'Orriols, i el camp d'Oló i, a més, rep d'Oliver 50 sous* in rem valentem.

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 162, 195 × 253 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Estat de conservació regular a causa d'algunes raspadures i d'alguns petits forats.

Cit. BISSON, *L'impuls,* p. 54.

S[it notu]m cunctis, tam f[ut]u[ri]s quam et presentibus, quod Arbertus de Olonio c[aslanu]s dimisit Laur[e]te filie sue [Olonium] cum omnibus ubique s[u]is fevis in testamento suo, sicut resonat. Post mor[t]em vero Arberti supradicti, L[a]ur[et]a eius filia, propter tot tanta impedimenta quę Arbertus prelibatus in honore suprascripto fecerat, non invenit militem qui acciperet eam in coniugio. Deinde Laureta, cum consilio seniorum huius honoris et aliorum amicorum suorum, elegit quendam suum consanguineum, nepotem Arberti, Olivarium nomine, qui hunc honorem prenominatum loco Lauretę teneret et expletando possideret et dominis et senioribus huius honoris servitia in quibus debebat impartiret. In hac electione sive maius donatione, Laureta retinuit sibi et suę progeniei q[uen]d[am] mansum de Emendola, cum omnibus ad eundem mansum pertinen[tib]us, sicut melius Arbertus, caslanus de Olonio, habebat; et mansus iste appellatur ad Turrem sive de Turre. Tali pacto quod Olivarius prelibatus huius mansi servicium faciat dominis et senioribus huius totius honoris, ut absque ulla inquietatione et in sana pace omni tempore Laureta prelibata et sua progenies teneat et possideat quasi suum proprium. Eodem pacto retinuit sibi et suis campum qui appellatur de Olo[nio, qui]

est situs in Prato Stagni. Igitur ego, in Dei nominee, Laureta, cum consensu et voluntate dominorum et seniorum huius honoris et meorum amicorum, dono Olonium cum omnibus ubique fevis Olivario, meo consanguineo, preter mansum de Emendola et campum de Olonio. Tali pacto quod Olivarius prescriptus serviat hunc omnem honorem dominis et senioribus castri Olonii et ego Laure[ta et] mea progenies teneam et teneat mansum prescriptum et campum de Olonio omni tempore sine aliquo servitio. Et eodem modo dono eidem Olivario omnes illos fevos alios quos dimisit mihi, Lauretę, Arbertus pater meus in suo testamento. Et ego Olivarius, propter hanc superius scriptam donationem, propriis manibus tuus homo devenio et convenio tibi et dominis et senioribus totius huius honoris quod ego plenarie servicium[1] dominis et senioribus huius honoris faciam; et insuper dono tibi L solidos in rebus valentibus; et iterum laudo tibi et tuis omne illud quod retines ad tuum proprium, ut in sana pace et absque servitio teneas vel teneatis. Si quis hanc cartam electionis sive donationis rumpere vel frangere temptaverit, non valeat, sed quod forisfecerit in duplum componat. Et deinde omni tempore hac carta firma persistat. Et adhuc ego Olivarius tibi convenio Lauretę et tuis quod sim adiutor et manutentor semper sine fallatia.

Actum est hoc X kalendas aprilis, anno VII regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Lauretę, que assensu et voluntate seniorum hanc cartam electionis sive donationis scribi iussi, firmavi et seniores huius honoris et alios testes firmare rogavi.

Sig+num Raimundi Bernardi de Olost. Sig+num Berengerii Guillaberti. Sig+num Bernardi filii eius. Sig+num Petri Fulconis. Sig+num Arnalli de Olonio. Sig+num Raimundi de Olost. Sig+num Olivarii caslani. Sig+num Petri de Olonio. Sig+num Berengerii Olivarii.

Sig+num Erberti levita, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. s *corregeix* d.

825

1144, maig, 5

Donació remunerada. *Els esposos Dalmau Berenguer i Estefania, amb el consentiment dels seus fills, donen al monestir de l'Estany*

una peça de terra situada a Palou, tocant al reguer del molí del monestir, a canvi de dotze morabatins.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 163, 111 × 167 mm. Bon estat de conservació malgrat una taca al marge superior.

B Còpia coetània. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 163 dupl., 157 × 211 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 64.

Sit notum cuntis, tam futuris quam presentibus, quod eg[o Dalmacius] Berengerii et uxor mea Sthephania, una cum consilio et voluntate nostrorum infantum, ob remissionem peccatorum nostrorum et parentum nostrorum, bono annimo et bona devocione, donamus domino Deo et ecclesie Sancte Marie Stagni et conventui eiusdem loci unam peciam terre in Vallensem, in parroechia Sancti Iuliani de Palatiolo, que est iuxta regum molendini Sancte Marie Stagni. Hanc petiam terre, cum omnibus affrontacionibus suis, per fidem et sine engan, nos omnes simul donamus Sancte Marie Stagni ad proprium et francum alodium perpetuo possidendum. Et pro hac donacione accipimus a Guillelmo, priore Stagnensi, XII moabatinos bonos et rectos.[1] Si quis vero, quod absit, contra hanc cartam donacionis ad irrumpendum vel frangendum venerit, anathematius vinculo percuciatur et cum Iuda proditore in inferno dampnetur et quod inibi forisfecerit in duplo coponat. Et post hec donationis carta omni tempore firma consistat.

Actum est hoc III^{o} nonas madii, anno VII^{mo} regni regis Leovici iunioris.

Sig+num Dalmacii Berengerii, Sig+num Raimundi filii mei, Sig+num Petri fratris eius, Sig+num Stephanie uxoris męę, nos qui hanc donacionem fecimus, firmavimus et testes firmare rogavimus.

Sig+num St[e]phani[2] de Ripa Forti.[3]

Sig+num Erberti levita, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. XIII^{cim} solidos nummorum Barchinonensium B. 2. *Manca*. 3. B *segueix* Sig+num [*espai en blanc d'aproximadament dotze lletres*]. Sig+num [*espai en blanc d'aproximadament vint lletres*]. Sig+num [*espai en blanc d'aproximadament quinze lletres*].

826

1144, maig, 27

Adveració. *Els testimonis del testament de Jordana juren, damunt l'altar de Sant Joan de la seu de Vic, les darreres voluntats d'aquella,*

per les quals llegà un terç de la part de lliure disposició a Santa Maria de l'Estany i els dos terços restants a repartir entre els ordes militars i diverses institucions eclesiàstiques. Llegà, també, a Santa Maria de l'Estany el mas de Camp-ras per tal que el seu fill Berenguer sigui acceptat com a canonge. Reparteix la resta de béns i feus entre els seus fills, però en fa usufructuari el seu marit Bernat Pere.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 165, 222 × 290 mm. Bon estat de conservació malgrat les taques d'humitat i un petit forat.

Cit. ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 112.

In nomine Dei sumi et incomutabilis regis. Hęc est scriptura publicationis ultimę voluntatis cuiusdam defunc[te nomi]ne Iordanę, edita auctoritate legis modo quarti ordinis causa legitimę probationis. Namque nos, teste[s] huius conditionis, Guillel[mus], Sanctę Marię Stagnensis prior, et Petrus Saraceni et Bernardus Petri, coniunx ipsius Iordane predictę, electi ad dispositionem ipsius [r]ei in discriptione supradictę testationis, ordinatione Berengarii sacristę et iudicis iuramus coram eo, manibus propriis supra altare Sancti Iohannis, situm in sede Vici, nos vidisse et audisse qualiter et quando supradicta auctrix huius testationis ita disposuit ex omnibus rebus suis, sicut scriptum invenitur conditionibus istis. Primitus ergo, dimisit corpus suum ad sepeliendum domino Deo et Sanctę Marię de Stagno. Et iussit testatoribus suis ut de omnibus rebus suis acciperent terciam partem et de ipsa tercia parte ipsi facerent tres partes, una quarum detur Sancte Marię de Stagno; alię vero duę partes dividantur inter Sepulcrum et Hospitale et Miliciam Iherolimitanam et Sanctum Petrum Vicensis sedis et Sanctam Mariam Rivipollentem et Sanctum Thoman de Rivo Petrarum et Sanctum Andream de Tona, cum suis clericis, et Sanctum Quiricium de Montaniola. Et tradidit filium suum nomine Berengarium in potestate Dei et ecclesię Sanctę Marię de Stagno ut ibi Deo serviens inclitus regularem habitum sub norma Sancti Augustini amplius viveret. Et dimisit eidem ecclesię pro hereditate iamdicti filii ipsum mansum de Campo Raso cum omnibus eidem manso pertinentibus. Dimisit etiam Arnallo filio suo ipsum honorem quem habebat in Villa Seca simul cum ipsis alodiis et fevis et pigneribus quę habebat infra terminos de Torilione, ut habeat ipsum ad servicium Guillelmi Raimundi, dapiferi. Iterum dimisit eidem Arnallo ipsum campum de Costa, quem habebat per Sanctum Cucufatem de Vales, simul cum ipsis fasciis quas habebat

ad barrium de Tona. Insuper dimisit Petro et Bernardo filiis suis ipsam hereditatem quam pater eius dimisit ei in suo testamento aput Rivum Meritabilem, ita quod si Guillelmus filius eius obiret sine infante legitimo, reverteret Arnallo filio suo. Hoc vinculum posuit supradicta Iordana super feva quę filiis suis dimisit, quod si Petrus obiret sine infante legitimo, hereditas eius reverteret Bernardo. Similiter de Bernardo ad Petrum. Et si Arnallus obiret sine infante legitimo, hereditas eius reverteret illis qui vivi fuerint. Supra omnia vero alodia quę filiis suis dimisit, posuit vinculum ut si ulli filiorum necessitas vindendi aut impignorandi evenerit, unus in aliis primum faciat fatigationem per XXX dies; et si infra hos XXX dies nullus fratrem voluerit emere aut accipere sub pignere honorem aliorum, faciant postea omnes suas voluntates. Omne vero quod in hac pagina continetur teneat Bernardus Petri dum vixerit. Hec est autem supradicte testatricis ultima veraxque voluntas, qua non mutata nec viciata dicessit ab hoc seculo. Et nos supradicti testatores has legaliter perfecimus conditiones iurando manibus nostris, sicut dictum est superius, et hanc eandem conditionem nostram et testium subsignatione atque iudicis subscriptione, tempore constituto legibus confirmando subterius.

Quod est actum VI kalendas iunii, anno VII regis Ledovici iunioris.

Data conditio huius supradictę rei XV kalendas iulii.

Sig+num Bernardi Petri, Sig+num Petri Saraceni, qui hęc legaliter publicacio ad plenum perduximus effectum ex hoc quod nobis presentibus est actum. Sig+num Petri de Terradeles. Berengarius* iudex atque sacrista, qui hec firmo +.

Guillelmus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

827

1144, juliol, 27

Testament. *Pere Folc d'Oló atorga testament. Disposa que sigui enterrat al monestir de Santa Maria de l'Estany, per la qual cosa llega a aquest monestir un alou situat al Vallès, a* Parietes Delicatas. *Llega al seu fill Arnau els castells d'Oló i d'Aguiló, l'alou d'Òdena i les cases de Vic; al seu fill Berenguer el castell de Corbera i els feus que té per Guillem de Castellvell i per Guerau Alemany de Cervelló; i al seu fill Ermengol l'alou del Penedès.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 182, 297 × 455 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BISSON, *L'impuls,* p. 51.

Quoniam nullus mortalium mortis terminum transgreditur, hiccirco ego Petrus Fulconi iaceo in magna egritudine et timeo pennas inferni et facio hunc[1] meum testamentum. Et eligo manumissores meos, id sunt, Guillelmus, Sancte Marie Stagni prior, et Arnallus filius meus atque Berengarius filius meus, ut isti distribuant omnes meas res sicut scriptum est in hoc testamento. In primis, dimito corpus meum Sancte Marie Stagni cum omni meo alodio quod habeo in Vallense, in loco vocitato Parietes Delgades,[2] in cunctis locis, sicut resonat in cartis; et ipsam meam mulam cum suo faleramento. Et dimito Arnallo filio meo kastrum de Olonio cum suis terminis, sicut ego melius habeo vel habere debeo, simul cum ipso kastro de Aquilone cum suis terminis, sicut ego melius habeo vel habere debeo; et ipsum meum alodium de Otina et ipsas meas domos quas habeo in Vico. Et dimito Berengario filio meo kastrum de Chorbera cum suis terminis vel fevis qui ad eundem kastrum pertinent vel pertinere debent; et cum ipsis fevis quos teneo per Guillelmum de Kastro Vetulo sive per Gerallum Alamandi.[3] Tali pacto ut si Arnallus filius meus obierit sine legitimos infantes, revertatur Berengarius meus filius; et si Berengarius obierit sine legitimos infantes revertatur Arnallo filio meo vel filiis suis, exceptus hoc quod dimitantur per suas animas. Et dimito Ermengaudo filio meo ipsum meum alodium de Penedès, sicut resonat in carta, ad faciendum suam voluntatem.

Actum est hoc VI kalendas augusti, anno VIII regni Lodovici regis iunioris.

Sig+num Petri Fulchoni, qui hoc laudo et firmo. Sig+num Arnalli filii mei. Sig+num Berengarii filii mei.

Sig+num Bernardi de Aquilone. Sig+num Olivarii Nigri. Sig+num Mironis Guillelmi. Sig+num Raimundi Arnalli. Berengarius* sacer (*senyal*). Guillelmus* prior (*senyal*).

Bernardus sacerdos, qui hoc scripsit, cum literis additis in VII linea, die et anno quo (*senyal*) supra.

1. *Segueix* i *sense cancel·lar*. 2. *Segueix* vel *ratllat*. 3. et cum ipsis fevis ... per Gerallum Alamandi *afegit a la interlínia*.

FUNDACIÓ NOGUERA

828

1144, desembre, 25

Donació. *Ermessenda, que fou esposa de Berenguer de Sarrovira, ara frare templer, dóna a l'orde del Temple tot l'esponsalici que aquell li constituí.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 169, 137 × 192 mm. Bon estat de conservació.

+ Sit notum cunctis, tam presentibus quam futuris, quod ego Ermessendis, uxor que fui Berengarii de Roveria et mater Raimundi de Roveria, bono animo et bona voluntate, pro remissione peccatorum meorum et filii mei supradicti atque eciam omnium parentum meorum, dono, dimitto atque solvo domino Deo et milicię Templi Iherosolimitani Salomonis et fratribus ibidem summo regi militantibus, presentibus et futuris, omnem sponsalicii mei vocem et donum. Quod sponsalicium fecit michi condam reverendus vir meus Berengarius, qui nunc est frater et miles, Deo gratias, ipsius bone milicie. Preter, sicut superius scriptum est, ita dono omne meum sponsalicium quod habeo in Roveria et in terminio eius et in Rovigone et in terminio eius Deo et militibus Templi Salomonis, sicut melius dici vel intelligi potest, ad voluntatem suam. Omnia hec dono in quocumque loco habeo vel habere debeo, in manu Petri de Roveria, magistri eiusdem milicię, et in presencia fratrum videlicet Petri de Arczaz, Raimundi Bernardi.

Actum est hoc VIII° kalendas ianuarii, anno ab Incarnacione Dominica M° C° XL° IIII°.

Signum+ Ermessendis, que hoc dono firmo et testes firmare rogo.

Signum+ Raimundi* presbiteri. Signum+ Berengarii de Terracia.* Signum+ Petri Raimundi* presbiteri.+ Mascord*. Signum+ Dalmacii.

Signum+ Geraldi Barchinonensis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

829

1145, gener, 9

Definició. *Arnau d'Oló, accepta el laude entre ell i el monestir d'Amer i reconeix al cenobi els drets sobre els masos de Roca i Torre Xin-*

verga i sobre les terres de Pugol Ceder *i Camp Borrell, al terme del castell d'Oló.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 170, 243 × 257 mm. Bon estat de conservació malgrat la mutilació d'una part del marge superior del pergamí.

[Omnibus sit][1] manifestum qualiter Arnallus de Olone duici […][2] et domnum Petrum, eiusdem loci abbatem, et monachos eiusdem, de honore quem predicta ecclesia habet in terminio eiusdem castri de Olone, nominatim de ipso manso de Rocha et ipso de Chinberges et de ipsis terris de Pugol Ceder et de Campo Borrelli. De quibus omnibus, predictus Arnallus recognoscens se iniuste inquietasse eandem ecclesiam, tandem iudicio et laudamento Petri Berengarii de Balaiano, Vicensis clerici, et Bernardi de Gurbo necnon et Arnalli de Gurbo, in presencia Petri Bernardi de Olost et Raimundi Petri, prephate sedis canonichorum, et Petri Iohannis, clerici de Ordeg, necnon Mironis de Pestanies sive Raimundi Geiralli, istius honoris baiuli, venit ad pacem et diffinicionem cum prenominato abbate et monachis eius. Ego igitur sepedictus Arnallus de Olone diffinio domino Deo et pretaxate ecclesie Sancte Marie Amerensis cenobii et tibi Petre prenominate abbas tuisque successoribus et monachis modo vel in antea ibi[3] Deo famulantibus omnem prelibatum honorem, videlicet pretaxatum mansum de Rocha cum molendinis et eorum aquariis, cultis et eremis et universis affrontacionibus et ingressibus et egressibus suis, cum pascuis et lignariis et omnibus qualicumque modo ad se pertinentibus vel in se existentibus. Simili etiam modo, diffinio eidem ecclesie prescriptum mansum de Chinverges[4] cum ipso columbario et ipsas terras de Pugol Ceder et de Campo Borelli, cum omnibus illorum pertinenciis et affrontacionibus sive cum exiis et regressiis suis. Tali scilicet racione ut ab ista hora et deincebs ego prelibatus Arnallus aut aliquis infantum meorum aut quislibet ex proienie mea per qualemcumque vocem nichil ibi[5] requirere valeam aut valeant, set secure et quiete in iure et dominio sepedicte ecclesie et procuratorum eius maneat in perpetuum. Si quis autem temerario ausu contra hanc scripturam diffinicionis venerit ad irrumpendum nichil proficere valeat, set pro sola presumptione duplam composicionem eidem ecclesie cogatur persolvere. Et tandiu a consorcio christianorum noverit se alienum et inferni penas luiturum donec ipsi plenariam ecclesie faciat satisfactionem.

Acta scriptura diffinicionis V idus ianuarii, anno VIII regni Ludovici regis iunioris.

Sig+num Petri Fulchonis de Olone, Sig+num Arnalli filii eius, qui hoc facio et firmo firmarique rogo. Sig+num Beatricis coniugis eius. Sig+num Petri filii illorum. Sig+num Guielmi fratris eius. Sig+num Berengarii de Olone, fratris ipsius Arnalli.

Sig+num Bernardi de Gurbo. Sig+num Arnalli de Gurbo. Sig+num Bernardi de Aquilone. Raimundus Petri*, servus[6] Sancti Petri. Petrus* levita (*senyal*). Sig+num Arberti de Olone. Petrus adest testis confirmans scripta fidelis (*senyal*). Sig+num Mironis de Pestanies. Sig+num Raimundi Geiralli. Petrus presbiter (*senyal*).

Guielmus presbiter, qui hoc rogatus scripsit, cum supra scriptione in XII linea, die et anno quo (*senyal*) supra.

1. *Espai de deu lletres, aproximadament, il·legible a causa de la mutilació del pergamí.* 2. *Espai de 50 mm, il·legible a causa de la mutilació del pergamí.* 3. ibi *afegit a la interlínia*. 4. *Segueix* et*, ratllat*. 5. ibi *afegit a la interlínia; la primera* i *resulta d'haver estat raspat prèviament* u. 6. *Segueix* ser*, ratllat*.

830

1145, febrer, 11

Adveració. *Els testimonis del testament de Pere Berenguer juren, damunt l'altar de Sant Miquel del castell d'Òdena, les darreres voluntats d'aquest per les quals llegà diversos béns a institucions eclesiàstiques i als seus fills Berenguer i Pereta.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 13 d'octubre de 1171. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 171, 280 × 307 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 387.

Ultime voluntatis cuiusdam viri defuncti nomine Petro Berengarii, edite per suum testamentum, cuius ordo actus est infra spacium sex mesium coram Berengarius presbiter. Unde nos manumissores, Petro Bonifilii et Berengario suo cognato et coniux sua Bechet, testes et iuratores sumus. Iuramus pariter et testificamus per Deum vivum et verum et per altare Sancti Michaelis quod cernitur ęssę constructum subtus kastrum Otine, quia nos vidimus et audivimus quando predictus Petrus fecit scribere suum testamentum quod ore proprio ditavit et conlaudavit et manu sua puntatim firmavit. Manumissores et distributores rerum suarum, id sunt, Petro Bonifilii et Berengario et Bechet, taliter res suas ordinare. In primis, iussit, solutos suos debitos in comune, et concessit ad Kavalleriam, pro redemptione peccatis suis, egua I cum suo alsberg et lanceam I et spada I et suo corpus et

anima. Et si non potest ei ducere ipsos de Kavalleria, mandavit que fuisset sepultum ad Sancti Petri Otine. Et dimisit ad opera eiusdem Sancti Petri morabatino I et medium et ad suis clericis morabatino I et medium pro anima sua, per misses. Et dimisit ad Sancta Maria de Aqualada XII diners et ad suum presbiter XII diners per misses. Et ad confradria sedis Sancti Petri Vico, XII pro anima sua. Et ad opera Sancti Iacobi, XII. Et concessit ad filio suo Berenger et filia sua Pereta totis suis directis de omnia sua alodia que abebat et abere debebat[1] intra terminum kastri Otine sive in Claro Monte; simili modo totis suis directis que abebat et abere debebat e[n][2] Granoiers, de alaudium et de vineas et de kasas et de molendinos; similiter totis suis directis que habebat et habere debebat e[n][3] Malan Arges, de alaudium et de vineas et de kasas et de molendinos. In tale conventu ut iamdicta omnia teneat et possideat predicta coniux sua in diebus vite sue; et post obitum eius ad iamdictum filium et filiam remaneat similiter. Et concessit duas partes de bestias maiores et minores sive de pane et vino ad coniux sua et ad iamdictum filium et filiam. Et predicta lexa de anima sua exeat de tercia parte de pane et vino et de bestias maiores vel minores. Et dimisit ad Kavalleria quarteres XVI frumenti que debet ei Bernard de Bellog. Et relinquid in baiulia domino Deo et Kavalleria totis suis directis que abebat intra terminum kastri Otine sive in Claro Monte, in tale modo ut de ipsum fructum que abebant coniux sua et filium suum et filiam donent eis, omni tempore, per unumquemque annum, decimum de pane et vino. Simili modo concessit in baiulia domino Deo et Ospitalem Iherosolimis totis suis directis que abebat in Granoiers et e[n][4] Malan Arges, ut de ipsum fructum que habeant, coniux sua et filium suum et filia omni tempore donent ad Ospitalem decimum de pane et vino. Et si obierit filium suum sine infante legitimo, dimisit suum directum ad Pereta; et si illa non abebat liberos, post obitum mater sua concessit totis suis directis ad Kavalleriam et Ospitalem pro anima sua. Postquam predictus auctor hec omnia ordinavit aliter voluntatem suam non mutavit, nobis scientibus, sed sic stare mandavit, deinde ingravescente discessit ab hoc seculo in mense septembris.

Actum est hoc III idus februarii, anno VIII regni regis Lodoyci iunioris.

Sig+num Petro Bonifilii, Sig+num Berengarii, Sig+num Bechet, nos sumus huius rei testes et iuratores. Guillelmus, sacristos et lator iuris, hoc confirmo legibus +.

Berengarius presbiter, qui hoc scripsit et (*senyal*) sub die et anno quo supra.[5]

1. et abere debebat *afegit a la interlínia*. 2. *Manca*. 3. *Manca*. 4. *Manca*. 5. B *acaba:* Sig+num Poncii de Planodolit, Sig+num Petri Dominichi, Sig+num Arberti, qui testes sunt huius translati. Sig+num Petri de Villa, Sig+num Paschualis, Sig+num Hominis Dei, qui similiter huius translati sunt testes. Sig+num Arnaldi sacerdotis, qui hunc translatum a fratribus Templi rogatus fideliter scripsit et translatavit, cum litteris dampnatis et suprapositis, rasis et emendatis in X linea et in XI et in XIII et XIIII, anno XXXV regnante Leovico rege iuniore, III idus octobris.

831

1145, febrer, 23

Convinença. *Guerau Alemany de Cervelló promet fidelitat al comte Ramon Berenguer IV, en especial pels castells de Montagut, Montclar, Vilademàger, Pontils i Santa Perpètua de Gaià.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 172 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac E, núm. 368), 208 × 359 mm. Bon estat de conservació.
B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 307.]
a *CODOIN*, IV, doc. LXIV.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 293.

Hec est conveniencia quam facit Gerallus Alamanni dompno Raimundo, comiti Barchinonensi et Aragonensium principi. Convenit ei iamdictus Gerallus quod ab hac ora et deincebs fideliter et sinceriter et sine engan adiutor erit iamdicto comiti ad tenere et ad habere et defendere, contra cunctos homines vel feminas, ipsam civitatem quam dicunt Barchinona et ipsum Castrum Vetulum quod ibi est super unam portam civitatis, quod dicitur vicecomitale, et alterum castrum similiter quod est super aliam portam civitatis, quod vocatur Castrum Novum, cum omnibus aliis edificiis que in predicta civitate sunt aut erunt; et ipsum episcopatum Sanctę Crucis Sancteque Eulalie cum suis pertinenciis omnibus; et ipsum comitatum quem dicunt Barchinonensem cum omnibus abbaciis et castris et castellis que in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt et cum omnibus podiis condirectis vel discondirectis que in predicto comitatu vel episcopatu sunt. Et ipsam civitatem quam dicunt Gerundam cum ipso comitatu quem dicunt Gerundensem et cum ipso episcopatu Sancte Marię, cum illorum castris, abbaciis, terminis et pertinenciis omnibus. Et ipsam civitatem quam dicunt Minorisam et ipsum comitatum quem dicunt Ausonam cum ipso episcopatu Sancti Petri, cum omnibus illorum castris, abbaciis et pertinenciis omnibus. Item convenit predictus Gerallus predicto

comiti ut faciat directum de suis hominibus et de seipso atque iusticiam per ipsum, sine engan, per quantas vices iamdictus comes requisierit hoc ad eum. Item convenit predictus Gerallus iamdicto comiti ut optime teneat et atendat ad eum et ipsius filios post mortem iamdicti comitis ipsam fidelitatem et sacramentum sicut est scriptum in ipso sacramentali quod predictus Gerallus iurat ad eum. Item convenit predictus Gerallus iamdicto comiti ut adiutor sit ei ad tenere et ad habere et defendere et guerreiare ipsas parias de Ispania et ipsos castra aut castella, alodia aut fevos, terras et honores, que prescriptus comes hodie habet et adhuc adquisiturus est, Deo dante. Item convenit predictus Gerallus iamdicto comiti quod non decipiat eum de ipso castro de Mont Agud neque de Mont Clar neque de Vila de Maier neque de Pontils neque de Sancta Perpetua quandiu ea habuerit,[1] cum omnibus eorum pertinenciis, set potestativum eum faciet de predictis castris per quantas vices requisierit illa ad eum, per se aut per suos missos vel missum; et istam fidelitatem et potestatem de predictis castris similiter adtendat ad filios predicti comitis post ipsius mortem, sicut est scriptum in ipso sacramentali quod iurat ad eum. Si vero predictus Gerallus non tenuerit et non atenderit predicto comiti iamdictam convenienciam et prescriptum sacramentum vel fidelitatem et ipse Gerallus vel sui fecerint aliquod malum predicto comiti vel suis hominibus, predictus Gerallus redirigat illud malum, qualecumque fuerit, iamdicto comiti et suis infra primos LX dies postquam inde comonitus fuerit ab ipso comite vel suo misso vel missis propter iamdictam convenienciam vel sacramentum. Et si predictus comes voluerit accipere ipsam emendam a Gerallo vel suis, accipiat eam. Si vero noluerit, perdonet eam Gerallo vel suis, secundum mercedem suam. Et hanc convenienciam faciat et atendat predictus Gerallus ipsi filio predicti comitis similiter vel heredi qui testamento, scriptis vel verbis, mandato vel iure successionis, per mortem predicti comitis habuerit Barchinonam. Et hoc totum quod suprascriptum est, faciat et atendat predictus Gerallus ad iamdictum comitem sine engan.

Acta conveniencia VII^mo^ kalendas marcii, anno VIII regni Leovici regis iunioris.

Sig+num Geralli Alamagni, qui hanc convenienciam facio, laudo et propria manu confirmo.

Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Guillelmi Castri Vetuli. Sig+num Gaucerandi de Pinos. Sig+num Guillelmi de

Aquilone. Sig+num Raimundi Petri de Baneres. Sig+num Guillelmi Berengarii. Sig+num Guillelmi[2] de Camarara.[3]

Sig+num Poncii scriptoris comitis, qui hoc scripsit.

1. i *corregeix* o. 2. Guillelmi *afegit a la interlínia*. 3. *Segurament en lloc de* Camarasa.

832

1145, febrer, 23

Jurament de fidelitat. *Guerau Alemany de Cervelló jura fidelitat a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, en especial pels castells de Montagut, Montclar, Vilademàger, Pontils i Santa Perpètua de Gaià.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 176 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac E, núm. 372), 250 × 201 mm. Bon estat de conservació.
B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 308.]
a *CODOIN*, IV, doc. XLV.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 294.

Iuro ego Gerallus Alamagni, filius qui sum Arsendis feminę, tibi seniori meo dompno Raimundo, Barchinonensium, Bisullunensium, Ceritanensium comiti et marchioni atque Aragonensium principi, qui fuisti filius Dulcie comitisse, quod ab hac ora et deincebs fidelis ero tibi, sine fraude et malo ingenio et sine ulla decepcione, sicut homo debet esse fidelis[1] ad suum seniorem cui manibus propriis se comendat. Et ego predictus Gerallus non decipiam te prescriptum Raimundum, seniorem meum, de tua vita neque de tuis membris que in corpore tuo se tenent neque de omni terrest[r]i[2] honore; neque de ipsa civitate quam dicunt Barchinonam neque de ipso comitatu quem dicunt Barchinonensem neque de ipso episcopatu Sancte Crucis et Sancte Eulalie cum suis terminis et pertinenciis omnibus, neque de ipsis castris aut castellis, rochas aut podiis,[3] condirectis aut discondirectis, qui in predicto comitatu vel episcopatu sunt vel erunt, nec etiam de ipsiis abbaciis cum illarum terminis et pertinenciis omnibus; neque de ipso castro quod dicunt Olerdula neque ipso comitatu quem dicunt Penedès neque de ipsis castellis, roches aut podiis, condirectis vel discondirectis, qui in predicto comitatu sunt vel erunt; neque de ipsa civitate que dicitur Minorisa neque de ipso comitatu qui dicitur Ausona neque de ipso episcopatu Sancti Petri de Vicco, neque de ipsis castris, roches aut podiis, condirectis vel

discondirectis, que in predicto comitatu vel episcopatu sunt aut erunt; neque de ipsa civitate quam dicunt Gerundam neque de ipso episcopatu Sancte Marię, neque de ipso castro de Gerundella, neque de ipsis castris, roches aut podiis, condirectis vel discondirectis, neque de ipsis abbaciis, cum illorum terminis et pertinenciis omnibus, que in predicto comitatu vel episcopatu sunt aut erunt; neque de ipsis castellis, alodiis vel fevis, terris et honoribus que tu prescripte Raimunde hodie habes et in antea, Deo dante, habebis; neque de ipsis pariis de Ispania quas hodie habes et convente[4] sunt tibi ad dare aut adhuc adquisiturus es, anuente Deo. Et ego predictus Gerallus predicta omnia[5] no l'a·t tolré ne te'n tolré, nec ego nec homo nec femina per meum consilium neque per meum ingenium, sed adiutor ero tibi ad tenere et ad habere et ad defendere iamdicta omnia contra cunctos homines vel hominem, feminas vel feminam, qui iamdicta omnia tibi tulerint aut aliquid de iamdictis omnibus tollere voluerint. Et hoc adiutorium faciam tibi sine tuo engan. Et comonir no me'n vedaré et ipse nuncius vel nuncii qui me inde comonuerit vel comonuerint reguardum[6] non habebit vel non habebunt ibi. Et ego predictus Gerallus non decipiam te prescriptum Raimundum, seniorem meum, de ipso castro de Mont Agud neque de Mont Clar neque de Vila de Maier neque de Pontils neque de Sancta Perpetua, quamdiu ea habuero,[7] set potestativum inde faciam te per quantas vices iamdicta castra ad me requisieris[8] per te aut per tuos missos vel missum; et comonir no me'n vedaré et hoc totum, sine engan et sicut superius scriptum est, ego iamdictus Gerallus tenebo tibi fideliter et atendam predicte senior meus Raimunde comes per Deum et hec sancta IIII^{or} Evangelia.

Facto sacramentali VII^{mo} kalendas marcii, anno VIII regni regis Leovici, super altare Sancti Iusti, quod est infra muros Barchinone.

Sig+num Geralli Alamagni, qui istud sacramentum propria manu iuravit.

1. f *corregeix* [a]. 2. *Manca*. 3. *La segona* i *corregeix* o. 4. ven *afegit a la interlínia*. 5. predicta omnia *afegit a la interlínia*. 6. *Segona* r *afegida a la interlínia*. 7. o *afegida a la interlínia corregeix* [e]. 8. *Segueix* per quantas vices, *expuntuat*.

FUNDACIÓ NOGUERA

833

1145, febrer, 24

Convinença. *Domingo Perdiguero, Domingo Almoravit, Guillermo de Griavol i Ferrer de Benavar fan un pacte de germandat amb l'orde del Temple; li donen una cinquena part de la seva heretat d'Alfocea a canvi de protecció i del rescat si els fan presoners pel fet de ser cristians*.

A [Original no localitzat.]
A' [Original no localitzat.]
B Trasllat de la segona meitat del segle XIII fet per Juan de Magallón, notari públic de Saragossa. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 186 (*olim* arm. 14 Tortosa, sac E, núm. 199), 436 × 347 mm. Bon estat de conservació.
a LEDESMA, *Cartas de población*, doc. 69.

In[1] Dei nomine. Hec est carta et memoria de donativo facto cum conveniis et de germanitate, tali modo quod ego Dominicus Perdiguero et Dominicus Almoraveth et G[uillelmus] de Griavol et Ferrer de Benavar damus Deo et domui miliçie Templi et fratribus ibi Deo servientibus, videlicet fratri Randulfo et fratri R[aimundo] et fratri B[ernardo]. Damus vobis de nostra hereditate de Alffoçeya et de suo termino, de heremo et populato, de aquis et de erbis et de ligneis, de monte et de plano et de soto, de toto quanto nobis pertinet vel pertinere debet, sicut dominis in sua propria hereditate. Sic damus et conçedimus Deo et vobis quintam partem et retinemus nobis quatuor partes, scilicet unusquisque suam partem. Et colligimus vos et fratres vestros in quintam partem quam vobis damus, sub tali videlicet condiçione quod adiuetis nos in omnibus et protegatis et defendatis nos et nostra, videlicet uxores et filios et filias, famulos et ançillas, oves et boves, iumenta et pécora, et omnia nostra tanquam vestra propria, pro posse vestro, sine fraude. Ita videlicet quod si aliquis nostrum vel de nostris, tam de ominibus quam de iumentis, captum fuerit a christianis in Aragone sive in Navarra vel in Castella, vos fratres Templi demandetis et abstrahatis tanquam vestram propriam causam. Unde nos convenimus Deo et vobis fratribus miliçie Templi quod non feramus ultra arma super ullos christianos nec eamus in exerçitu nisi super paganos, in exerçitu regali vobiscum. Similiter est convenio inter nos quod si aliquis ex populatoribus nostris de Alffoçeya furtum fecerit et probatum inde fuerit, quod perdat totum quantum habet et exeat de villam tamquam latro et proditor atque malus; et unus de nobis vel de nostris quod sit çalmedina et iudex, qui iudicet causas secundum

forum Çesarauguste, ad cuius forum sunt populati; et qui accipiat calonias et dividat unicuique partem suam tribuens. Si forte aliquis homo reus adgravatum se tenuerit de iudiçio çalmedine de Alffoçeya, potest se clamare et alçare ad fratres miliçie Templi et non ad alium iudiçem; et ipsi fratres, audita causa et iudiçio dato, si iustum fuerit iudicium, conçedant illud fratres et façiant tenere atque complere. Si vero iudiçium subversum fuerit aliquo modo, façiant fratres disçernere ac iuste iudicare secundum forum Çesarauguste, et ultra non querat alium iudiçem; quod si quesierit, pectet et donet LX solidos de calonia et exeat de villa et nunquam magis habitet ibi. Similiter est convenio inter nos quinque fratres qui sumus in ista germanitate, quod si aliquis nostrum totam suam partem de sua hereditate vel aliquam partem hereditatis sue vendere voluerit, prius façiat sçire ad suos germanos; et si aliquis eorum retinere voluerit et poterit, habeat sicut inter se convenerint. Fratres vero miliçie Templi habeant unum solidum, sciliçet XII^{cim} denarios, de unoquoque nummo X^{em} solidorum minus quam alter alius, propter donum et merçedem. Si vero nullus eorum emere poterit aut noluerit, vendat vicinis suis vel aliis, preter aliam religionem aut milites, secundum consuetudinem fratrum miliçie Templi. Sicut igitur nos predicti, videlicet Dominicus Perdiguero et Dominicus Almoravet et G[uillelmus] de Griavol et Fferrer de Benovar, collegimus ad vos fratres domus miliçie Templi predictos et vestros in quintam partem de nostra propria hereditate de Alffoceya in soçietate et germanitate, sic etiam mitimus in vestra protectione ac deffensione omnes populatores qui sunt et erunt in Alffoçeya. Et volumus et mandamus quod unusquisque ex populatoribus, per se et domum suam et familiam, tribuat semper annuatim vobis predictis fratribus domus miliçie Templi et vestris unam rrovam frumenti et aliam ordei; Deo autem et sue sancte ecclesie deçimas et primiçias fideliter tribuant et persolvant. Quin eciam nos quatuor supradicti laudamus et confirmamus istum donativum, sicut suprascriptum est, Deo et vobis dictis fratribus domus miliie Templi et cunctis fratribus vestris presentibus atque futuris, per nos et nostros presentes et posteros, per secula cuncta, amen. Similiter nos, fratres Randulfus et frater R[aimundus] et fratri B[ernardus], per nos et fratres nostros presentes et posteros, recepimus vos tanquam fratres in protecçione et tuiçione Dei et domus nostre et fratrum nostrorum, vos et vestra, scilicet vestras personas et uxores et filios et filias et populatores qui modo ibi sunt et in antea ibi erunt et omnia vestra, quod protegamus et def-

fendamus vos et vestra tanquam nostram propriam causam semper et ubique pro posse nostro, sine fraude, per secula cuncta. Amen.

Testes sunt de isto predicto donativo et de conveniis et de soçietate et de germanitate ex utraque parte: G[uillelmus], sacrista Sancti Salvatoris, et Gabinus et Bernardus, abbas de Pina, et Galin Garçes Grinon et Galin Açnareç de Fontes.

Facta carta in mense febroarii, in festivitate Sancte Mathie, era millessima C^{a}LXXX^{a}III^{a}. Regnante rege Garçia in Navarra. Raimundus Berengarii, comes Barchinonensis, dominante in Cesaraugusta et in Aragone. Bernardus episcopus in Cesaraugusta. Ato Sanç iustiçia. Artal in Alagone. Lop Sanç in Belchit.

P[etrus] scriptor, rogatu predictorum, hanc cartam scripsit et per alfabetum divisit, die et anno quo supra.[2]

1. B *comença:* Hoc est translatum bene et fideliter factum quod sic incipit. 2. B *acaba:* Sig(*senyal*)num mei Dominici Calbet, notarii publici Cesarauguste, qui originale huius transsumpti vidi et verbo ad verbum legi et in eodem transsumpto me ut testem subscripsi. Sig(*senyal*)num mey Iohannis Petri de Magallon, notarii publici Cesarauguste, qui originale huius transumpti vidi et verbo ad verbum legi et in eodem transumpto me ut testem subscripsi. Ego Iohannes de Magallon, notarii publici Cesaraguste, qui hoc translatum ab originali instrumento de verbo ad verbum bene et fideliter translatavi et hoc sig(*senyal*)num meum aposui.

834

1145, febrer, 27

Donació. *Guillem, vescomte de Berga, la seva esposa Berenguera i el seu fill Guillem donen a l'església de Sant Martí de Puig-reig les cussures de les seves terres, des de Madrona fins a Puig-reig. En contraprestació, reben nou sous i una cortina.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 173, 159 × 247 mm. Estat de conservació deficient a causa de diverses mutilacions, que afecten principalment la part inferior, i d'algunes taques d'humitat.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 27, 40.

Ad noticiam cunctorum hominum vel cum consilio probo[rum h]ominum, ego Guillelmus, vicecomite Bergitanensis, coniuxque mea nomine Berengera et filio nostro nomine Guillelmo, simul in unum, donatores sumus domino Deo et Sancti Martini aliquid de nostra laboracione ut possimus consequere misericordiam Regis Eterni et sanctis suis et pro remissione peccatorum nostrorum vel pro animabus parentum nostrorum. Id sunt, cussures de frumento vel de omnibus annonis et de vino de ipsa laboracione que faci-

mus de Sancto Andree Matrone inferius usque ad Sancti Martini Pugio Regis, totum ab integrum quod ad cussuras pertinet, sine ulla retinencia de nobis donatoribus vel de propinquis nostris. Et ideo namque, propter ipsum donum, ego Berengarius Isarni, clericus de predicta ecclesia, et Bernardus Arnalli, operator huius ecclesie, necnon et aliis parruchianis pretaxate ecclesie mitimus ad servicium predictis senioribus aliquid de Sancti Martini, id sunt, VIIII[em] solidos denarii ex muneta obtima Barchinone et una cortina obtima ut hoc donum ista ecclesia firmiter abeat in perpetuum. Et est manifestum. Sane qui hoc nostrum donum nos vel nostris necnon ullius persone infringere vel disrumpere temptaverit, cu[m Iuda traditore in][1] inferno porcionem abeat et excomunicatus permaneat usque ad redicionem per […]in duplo exsolvat.

Facta ista karta donacionis III kalendas marci, anno VIII [regni Ludovici] rege iunioris.

Si+gnum Guillelmus vicecomitis, si+gnum Berengera, [sig+num Guillelmus] filio nostro, qui hanc donacionem mandavimus scribere et manibus nostris [fecimus, f]irmavimus et testes firmare rogavimus.

Si+gnum Raimundus, frater meus. [… Si+gnum] Petrus, frater meus. Si+gnum Guillelmus Bernardi de Vila [Se]cca. Si+gnum Berengarii […]. Si+gnum Bernardus Arnalli villicus. Nos sumus visores et auditores huius [doni].

[…]arius[2] m[ona]ch[us et] levita, qui hec donacione scrip[sit die et anno] (*senyal*) quo supra.[3]

1. *A partir d'aquesta línia falten entre 55 i 85 mm al marge dret del pergamí. D'aquesta peculiaritat en deixem constància només en aquesta nota.* 2. *Espai de 85 mm, il·legible a causa de la mutilació del pergamí.* 3. supra *afegit a la interlínia*.

835

1145, març, 2

Permuta. *Guilla, abadessa de Sant Pere de les Puelles, amb el consentiment de la seva comunitat, permuta amb el senescal Guillem Ramon i el seu fill Guillem un camp a Montcada, davant dels molins, per l'alou i la dècima de les illes que hi ha tocant al riu Besòs.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 174, 129 × 244 mm. Carta partida, traçant la divisa «Comutatio inter Guillelmum Ray-

mun et Sanctum Petrum Puellarum» pel marge superior. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques que afecten la major part del pergamí tot provocant l'esvaniment de la tinta.

Cit. SHIDELER, *Els Montcada*, pp. 156, 170.

Sit notum cunctis quod ego Guilia, Dei nutu cenobii Sancti Petri Puellarum abbatissa, una cum conventu eiusdem mihi commisso, commutamus et pacificamus per commutationem tibi Guillelmo Raimundi, senescalc, et filio tuo Guillelmo alodium Sancti Petri. Scilicet campum unum cum decimo quem Sanctus Petrus largitione fidelium habet in parroechia Sancte Engracię, subtus chastrum Montis Catani, ante ipsos molinos. Et est in comitatu Barchinonę, sicut terminatur ab oriente in strata publica qua itur ante ipsos molinos, a meridie in ipso podio de Iorba, quod est alodium nostri cenobii, ab occiduo in alodio Sancte Engracię, a circio in alodio de vobis receptoribus. Sic prenominatum campum, cum decimo, cum ingressibus et egressibus integriter, ut dici vel intelligi potest melius ad vestrum salvamentum, de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem, ad vestrum proprium plenissimum et liberum alodium, secure et libere in sana pace possidendum, ad quicquid exinde facere volueritis, ad vestrum libitum. Accipimus a vobis pro hac comutatione ipsud alodium cum decimo de ipsis islis iuxta flumen Bisocii, sicut in carta quam a vobis accepimus continetur. Si quis hoc disrumpere presumpserit, nil valeat, sed supradicta cum omni sua melioratione in duplo componamus sive componat. Et insuper hoc scriptum omni tempore maneat firmum.

Actum est hoc VI nonas marcii, anno VIII regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Guilię, gratia Dei abbatisse. Signum+ Azalaidis prioris[e]. Signum+ Guilię sacristę. Signum+ Ermessendis deodicatę. Signum+ Arsendis deodicatę. Signum+ Ermessendis deodicatę. + Valencia* deodicata.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

836

1145, març, 8

Donació. *Ramon de Madrona i el seu fill Pere donen a Guillem Bernat i el seu fill Ramon dues peces d'alou situades a Puig-reig, al lloc anomenat* Tripi.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 175, 78 × 188 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Raimundum de Madrona et filio meo Petrum donatores sumus tibi Guillelm Bernat et ad filio tuo Ramon. Per hanc scriptura donationis nostre donamus v[obis] duas pecias de alaudio qui nobis advenit per parentorum sive per ullasque voces. Et est ipsum alaudium in comitatu Berguitano, in apendicio Podio Regis, in loco quem vocant Tripi. Et affrontat de parte orientis in strada publica, a meridie in alaudio de Guilem Bernat, ab occiduo similiter, a parte vero circi similiter. Quantum inter istas affrontationes includunt, sic donamus nos vobis ad vos et ad posteritati vestre per vestram bonam amorem. Et est manifestum. Qui hoc autem rumpere voluerit, non liceat, set firmum permaneat omni tempore.

Acta hanc karta donatione VIII idus marci, anno VIII regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Raimundi, Sig+num Petri, nos qui ista karta fieri iussimus, firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Bernardi de Vila Seca. Sig+num Berengarii Raimundi de Espluga. Sig+num Arnalli Mironi procurator.

Berengarius clericus, qui hoc scripsit (*senyal*) die et anno quo supra.

837

1145, març, 10

Definició. *Ermessenda i els seus fills Bernat de Ribalta, Berenguer Ramon, Arnau Ramon, Modolella i Pocululla renuncien, a favor dels ordes del Temple i de l'Hospital i de l'església de Santa Perpètua de Mogoda, a tots els drets sobre el mas de Guillem Berenguer, que Arnau Dorca llegà en el seu testament al Temple i a l'Hospital, i a altres béns llegats al Temple i a l'església de Santa Perpètua. Reben, a canvi, del Temple i de l'Hospital dos morabatins, i de l'església de Santa Perpètua deu sous i la tercera part de la peça de terra que els frares del Temple els havien definit.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 177, 162 × 237 mm. Bon estat de conservació malgrat un estrip a la part superior dreta.

Pateat cunctis quod ego Ermessendis femina et filii mei, Bernardus scilicet de Ripa Alta et Berengarius Raimundi et Arnallus

Raimundi [et] filię meę Modalella et Pucululla, diffinimus et evacuamus et pacificamos, solide et libere, omnipotenti Deo et milicię Templi Salomon[is] et Iherosolimitano Hospitali et ęcclesię Sancte Perpetuę de Mogoda, in manibus videlicet Berengarii de ipsa Ruvira et Berengar[ii] de Cegunioles, fratrum milicię, et Geraldi et aliorum fratrum Hospitalis et Guillelmi Bermundi, capellani iamdictę ęcclesię, et Poncii priori et parroechianorum totum quantum aliquo modo et voce iamdictis locis querelabamus et proclamabamus in manso Guillelmi B[erenga]rii et pertinentiis eius, quem Arnallus, qui vocabatur Dorcha, dimisit Cavallerię et Hospitali; et duas partes de ipsa fexa quam Carbonellus et Dorcha dederunt Berengario de ipsa Ruvira et in ipsis pratis que isdem Berengarius de Ruvira dedit Cavallerię et Sancte Perpetuę et in ipso molino cum rego et capud rego et exaguador et trestoledor, quod prefatus Berengarius dedit Sancte Perpetuę; et ipsa alodia que iamdictus Dorcha dimisit Sancte Perpetuę. Sicut superius dictum est et ut melius dici vel intelligi potest ad utilitatem predictorum locorum, diffinimus et evacuamus Deo et seppedictis locis, ad illorum salvamentum, per nos et per nostros, ad eorundem locorum proprium alodium, sine voce a nobis vel a nostris quolibet modo inibi retenta. Est autem totus prenominatus honor in comitatu Barchinone,[1] in Vallensi, in parroechia Sancte Perpetuę, in diversis locis. Accepimus pro hac diffinitione de bonis Cavallerię et Hospitalis, de manu predictorum fratrum, II morabetinos in auro; et de bonis Sancte Perpetu X solidos et etiam terciam partem[2] prefatę pecię terrę quam prefati fratres Cavallerię nobis per cartam reddiderunt ac diffinerunt. Si quis hoc disrumpere presumpserit, nil valeat, sed supradicta cum omni sua melioratione in duplo prefatis sanctis locis componamus sive componat. Et insuper hoc scriptum omni tempore maneat firmum.

Actum est hoc in Barchinona VI idus marcii, anno VIII regi Lodoyci iunioris.

Signum+ Ermessendis feminę, Signum+ Bernardi de Ripa Alta, Signum+ Berengarii Raimundi, Signum+ Arnalli Raimundi, Signum+ Modalellę, Signum+ Puculullę, qui hoc diffinitionis scriptum laudamus et firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Petri Arberti de Lizano. Signum+ Arnalli de Villar. Signum+ Petri de Villar.

Sig+num Petri presbiteri, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. o *afegida a la interlínia*. 2. e *corregeix* et.

838

1145, abril, 21

Donació. *Perella, la seva esposa Cordovana i els seus fills, Ramon i Perella, donen al monestir de Sant Joan de les Abadesses l'església que havien fundat sobre l'alou de Sant Joan, al lloc anomenat Perella, a la parròquia de Sant Joanipol.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 178, 97 × 322 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Cit. JUNYENT, *El monestir,* p. 58.

Presentibus et futuris sit notum quod ego Perella et uxor mea Corduvana et filii mei Raimundus et Perella, bona et sincera voluntate, pro remissione peccatorum nostrorum, offerimus Deo et Sancto Iohanni Babtistę ecclesiam illam quam fundaverimus in alodio Sancti Iohannis, in loco quem vocant Perella et in parrochia Sanctorum Iohannis et Pauli. Facimus autem hanc oblationem tali modo, sicut superius dictum est, de ecclesia predicta et in potestate abbatis et kanonicorum Sancti Iohannis ordinandam et gubernandam dimittimus, cum omnibus bonis que iuste et legitimę, nunc et in futuro, ad eandem ecclesiam adquirere potuerimus. Erit enim nunc et semper sub regimine capellani Iohannis et Pauli, set quemcumque clericum ad serviendum huic ecclesię capellanus elegerit cum consilio et voluntatę predicti Perelle fiet ut salva sit in omnibus reverentia predictorum fundatorum eorumque successorum. Si quis hoc violaverit in duplo componat. Et in antea firmum valorem habeat.

Quod est factum[1] XI° kalendas may, anno VIII° regni regis Ledovichi iunioris.

Sig+num Perelle, Sig+num Corduvane uxoris eius, Sig+num Raimundi, Sig+num Perelle, filiorum eorum, qui hanc oblationem fecimus, firmavimus firmarique rogavimus.

Sig+num Guillelmi[2] Ugonis de Serra Longa. Sig+num Bertrandi de Bag. Sig+num Arnalli de Perella.

Raimundus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. *Segueix una lletra, raspada*. 2. Guillelmi *afegit a la interlínia*.

FUNDACIÓ NOGUERA

839

1145, abril, 29

Esponsalici. *Ramon Ca dóna a Dolça, com a esponsalici, un mas que tenia Bernat Calvet, una condomina, un camp i el camp anomenat* Frexen*, tot situat al comtat de Rosselló, als llocs de Mudagons, Sant Sebastià i Sant Esteve de* Pino *i Santa Eugènia de* Lebeiano.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 179 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1102), 83 × 403 mm. Bon estat de conservació.

Cit. ZIMMERMANN, *En els orígens,* p. 64.

In Dei nomine. Notum sit cunctis hominibus presentibus et futuris quod ego Raimundus Cani dono tibi uxoris me nomine Dulca, propter sponsalicium, unum mansum cum omnibus suis pertinentiis, quem tenebat Bernardo Chalveti, qui fuit condam, cum ipse melius tenuerit. Et est ipsius mansi cum omnibus suis pertinentiis in adiacentia vel in villa Mutatione et in aliis cunctis locis. Et unam condaminam qui est ad Sancti Stephani de Pino, superioris eiusdem ville. Affrontat a parte orientis qui discurrit ad Castro Rossilionis vel ad Turrilias in via publica. Et in alio loco unum campum qui est ad Pug Al, qui fuit Petro Guifredi, in eiusdem ville Sancti Stephani predicti. Et affrontat in via qui discurrit de Sancto Stephano ad Frumigario. Et in alio loco unum campum qui est in adiacentia Sancta Eugenia, in loco qui vocatur Frexen. Et affrontat a parte orientis in alodio Rigualli, qui fuit condam. Est autem ipsius alodis in comitatu Rossilionis, in adiacentia Sancti Sebastiani et Sancti Felicis de Pino et Sancte Eugenia de Lebeiano. Quantum infra istas affrontationes includitur de ipso manso predicto et de ipsas terras predictas, cum exitibus et regressibus eius, sic dono tibi uxoris mee,[1] nomine Dulca, propter sponsalicium, ut superius resonat, sine enganno, in tota vita tua, ab infante et sine infante. Et si infantes fuerint de me creati et de te nati, habeant ipsi post mortem tuam. Et si infantes non fuerint de me creati et de te nati, revertatur propinquis meis. Et est manifestum. Si quis contra ista carta donationis venerit ad irrumpendum, non valeat vendicare quod requirat, sed in duplo componat cum sua melioratione. Et in antea firma et stabilis permaneat semper.

Facta ista carta donationis III kalendas mai, anno ab Incarnatione Domini Mº Cº XLº Vº, regnante Ludovico rege in Francia.

Sig+num Raimundus Cani, qui istam cartam donationis fieri[2] iussit, firmavit, laudavit[3] testesque firmare rogavit.

Sig+num Wilelmi de Vultrera. Sig+num Iordanis. Sig+num Poncii Quoquoliberi. Sig+num Grimalli de Bagnuls. Sig+num Petri Clerani.

Bernardus levita rogatus scripsit hoc, die et anno *(senyal)* quo supra.

1. *La segona* e *corregeix* o. 2. *Segueix* i, *sense cancel·lar.* 3. *Segueix* firmavit, *sense cancel·lar.*

840

1145, maig, 7

Testament. *Guillem Bonfill atorga testament. Fa deixes a diverses institucions religioses i llega al seu fill Guillem el castell de Sant Esteve i els feus que té per diversos senyors, al seu fill Ramon el delme que té a Santa Eugènia del Congost, i als altres fills i filles la resta dels alous, sota l'usdefruit de la mare.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 180, 332 × 282 mm. Estat de conservació regular a causa d'alguns forats i mutilacions als marges superior i dret, i al despreniment de la superfície del pergamí.

Cit. MAS, *Notes històriques,* XIII, p. 62. — BISSON, *L'impuls*, pp. 48, 50.

[In[1] Chris]ti nomine. Hic [est] verbis testamenti quod iusit facere Guillelmus Bonefilii in sua plena memoria et loquela integra. Eligo manumissores mei uxor mea Guillelma et fratri meo Bertrandi et Raimundi Mironi et Guillelmus de Aqua Frigida. Precor vos, amicis meis, et dono vobis potestatem ut, si mors mihi advenit aud antequam allium testamentum faciam, distribuatis omnes meas res sicut hic a me videritis hordinatum. In primis, concedo domino Deo et Sancta Maria Stagnum corpus meum in sepultura et unum mulum de precium solidos C denarios. Et ego et iamdicta uxor mea Guillelma relinquimus ad iamdicta Sancta Maria ipsum allodium que abemus in parrochia Sancta Maria de Karticulo, in tale conventu ut teneat uxor mea iamdicta in vita sua; post obitum suum fiat solidum et liberum iamdicta Sancta Maria Stagnum, et donent ad iamdicto cenobii per reconnicimentum parilio I gadlinas per totos annos et sestario I annona et quarta una vino. Et dimito filio meo Bernardus, cum sua ereditate de meum allodium, ad iamdicta Sancta Maria Stagnum per chlericus.

Et ad Ospitale Iherusalem, morabatino I. Et ad ipsa Kavaleria, alio. Et ad Sancti Petri sedis Vico, ad sua opera, et de Sancta Maria, sestarios I annona. Et ad Sancta Columba[2] Podio Regi et suis clericis, sestarios I vino, emina I annona. Ad Sancti Martini Sentillas, quarteras III annona cum suo saca. Concedo ad Sancti Stefani quartano I olei que mihi exiit de meum olei de Amennola per totas Quadraiesimas et ipsum X^{m} de mea laboracione que abeo in ipsas costas iamdictum kastrum Sancti Stefani, insimul cum mea partem X^{m} de laboracione de ipso campo Bataia, que facio in dominio, et cum totum X^{m} qui exiit de meos domos de iamdictum kastrum. Hoc totum relinco per missas ad iamdicti Sancti Stefani. Iterum dimito ad Sancti Petri Kastrum Serensis migera I annona. Ad S[ancti P]etri Rodas, quartera. Ad Sancti Petri Vilar d'Aner, ipsum allodium qui fuit Bermon Borel. Et ad Sancti Michaelis Fallo, quarteras III annona et pecia I de allodio qui est [ad] ipsa Amenola, ad ipsa Morera, ipsa qui fuit de Guillelmus Guiribert, qui est condam. Et ad Sancti Genesii Amennola mig quartà olei per totos annos. [Concedo ad][3] filios meos et filias meas Ermesendis et Guillelma ipsos meos allodios que abeo et abere debeo in Audsonensis et in Gerundensis sive in Va[llensis …].[4] Concedo ad filio meo Guillelmus ipsum kastrum Sancti Stefani cum ipsos fevos de iamdictum kastrum et cum alios fevos quomodo ego abeo et teneo per seniori meo, domnus Petrus Berengarii, ita ut abeat iamdictum kastrum et fevos per illum in Audsonensi et Vallensi. Et ipsos fevos que teneo per domnus Guillabertus Guadal in totisque locis similiter dimito ad iamdicto filio meo. Ipsos fevos que teneo per dom[nus] Bernardus de Sancta Eugenia in totisque locis et ipsos fevos que mihi donavit Bernardus de Kastrum Cirvi, qui est condam, et uxori sue Dulcia in totisque loc[is], et ipsos fevos quem teneo de Arbertus de Petra in totisque locis, et ipsos fevos que teneo per Petrus Bertran et uxor sua Sancia, et ipsos fevos que teneo p[er] domnus de Balaiano ad ipsa Bonecha, et ipsum quem abeo per Berengarii de Argemon, hoc totum relinquo ad supradicti filio meo Guillelmus. Concedo ad iamdicto Guillelmus filio meo ipsum fevum que ego teneo per Guillelmus de Aqua Frigida, ut fiat suum militem quomodo in nostras conveniencias resonant; et per ipsum Guillelmus filio meo abeat iamdictum fevum et fratri suo Petro quomodo in suprascriptas conveniencias resonant. Et si ipso Petrus obierit sine infante de legitimo coniugii, remaneat ad ipso Guillelmus ipsum fevum. Et si iamdicto Guillelmus obierit sine infante de legitimo coniugii, remaneat suprascripta honore

et fevos ad iamdicto fratri suo Petrus. Et si ambos obierint sine infante de legitimo coniugii, remaneat suprascripta honore ad fratres illorum Raimundi et Berengarii similiter. Et dimito ad filio meo Raimundi ipsum meum X^{m} que abeo et teneo ad Sancta Eugenia. Et hoc quod[5] suprascriptum est donent pro anima mea meos manumissores de terciam partem de meum avere et mobile, kavallos et mulos, asinos et bovos et vexela et annona et vino. Allium qui remanent relinco ad uxor mea. Iterum concedo ad uxor mea Guillelma ipsa mea honore et domos, ut ten[e]at[6] et possideat omnibus diebus vite sue cum filio suo Guillelmus. Dimito uxor ma Guillel[ma et] filios et filias meas in baiulia domino Deo et Petrus Berengarii, seniori meo, et filio suo Petrus, ut bene gubernent et adiuent. Et si iamdict[a] uxor mea prenderit marito o advenit ad contencione cum filios suos, abeat ipsum esposalicii quomodo scriptum est et ipsum X de Sancta E[uge]nia cum ipso manso de Pug et ipsum de Aqua Frida, qui est fevum, ut teneat et possideat omnibus diebus vite sue; post obitum suum, remane[at] quomodo suprascriptum est. Similiter relinco ad uxor mea oves et kapras et porcos et drapos[7] et vascula et terciam partem de meum mobile. Alliam terciam partem fiat de filio meo Guillelmus.

Actum est hoc nonas mai, anno VIII^{o} regnante Lodovici rege iuniori.

Sig+[num] Guillelmus Bonefilii, ego qui istum testamentum feci et firmo et testes firmare rogo.

Sig+num Guillelma, Sig+num Bertran, Sig+num Guillelmus Aqua Frigida, Sig+num Raimon Mir, Sig+num Petrus Viader,[8] Sig+num Arnallus, qui hoc vidimus et audivimus. Sig+num Petrus de Qualdeprim. Petrus sacerdos, qui hoc fir(*senyal*)mo. Bernardus sacerdos, qui hoc fir(*senyal*)mo.

Bernardus, qui hoc scrip(*senyal*)sit.

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter fact[um]. 2. Co *afegit a la interlínia*. 3. *Espai de set lletres, aproximadament, il·legible a causa del despreniment de la superfície del pergamí*. 4. *Espai de 63 mm, il·legible a causa del despreniment de la superfície del pergamí*. 5. quod *afegit a la interlínia*. 6. *Manca*; n *afegida a la interlínia*. 7. r *afegida a la interlínia*. 8. *Entre* i *i* a, d *ratllada*.

841

1145, juliol

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dóna en franc alou a Alegret, Bertran, Gerardo, Sancho, Guiller-*

mo de Belsa, Joan de Camporrells, Berenguer de Miravet, Domènec i Esteban de Soria terres i cases a Montsó.

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 181 (*olim* arm. 23 Templers, sac C, núm. 147), 186 × 466 mm. Bon estat de conservació malgrat un petit estrip al marge dret.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 40, 99.

In Christi nomine. Ego Raimundus, gratia Dei comes Barchinonensis et princeps regni Aragonensis. Placuit mihi libenti animo et spontanea voluntate, propter magnum et bonum servicium quod mihi fecistis, facio hanc cartam donacionis vobis Alegret et Bertrando atque Geralldo et Sancio et Guillelmo de Belsa atque Iohanni de Camporrels et Berengario de Miravet, cum suo socio Dominico, et Stephano de Soria. Dono namque vobis supranominatis, in ipsa orta de Montsso, terram seminaturam de XVI kafiçatas de tritico. Et dono vobis terram in termino de Valcarcara XVI iovatas insimul de bona et de alia. Et dono vobis ipsam almuniam de Mates cum omnibus terminis et pertinenciis eius. Et dono vobis VIII ortos in illa sosa de Montsso. Supradicta omnia dono vobis et omnibus succedentibus vobis ut habeatis et possideatis ea solide et libere in hereditate propria, francha et ingenua, ad faciendum ibi et inde totam voluntatem vestram. Et dono vobis totas illas chasas quas habetis in Montsso. Et dono vobis omnia supradicta per hereditatem propriam francham et ingenuam, per facere inde totas vestras voluntates sicut de vestra propria hereditate libera et ingenua, vos et omnis generacio vestra vel omnis posteritas vestra, salva fidelitate Dei omnipotentis ac Sancte Milicie et mei ac successorum meorum, per secula cuncta, amen. Insuper ego Raimundus, comes iamdictus, convenio vobis omnibus prenominatis quod de isto honore sim vobis in defensione et in salvamento contra omnes homines vel feminas per fidem vestram, sine aliqua fraude. Si qua autem persona presenten donacionem disrumpere temptaverit, nichil proficiat, sed iram Dei incurrat. Et postea hec donacio firma permaneat.

Facta carta donacionis mense iulii, in era millesima CLXXXIII, dominante Raimundo comite suprascripto in Aragone, in Suprarbe, in Ripacurça, in Barbastro, in Oscha, in Cesaraugusta, in Calataiub, in Darocha.

Episcopus Guillelmus in Rota. Episcopus Dodo in Hosca. Episcopus Bernardus in Cesaraugusta. Comite Arnallo Mironis in Paiars. Furtundat in Barbastro. Petro de Stopana in Casteio Cepoler. Peregrinus in Alcheçer. Ferriç in Sancta Eulalia.

Signum+ Raimundi comes.

Sunt testes visores auditores Arnallus Mironis, comes Palearensis, Guillelmus Raimundi, seneschalc, Petrus Lopeç de Sancto Stephano, Guillelmus de Sopiratis, Gomballus de Mur et Poncius, scriptor comitis, qui hoc scripsit et hoc sig+num fecit.

842

1145, agost, 21

Empenyorament. *Carbonell empenyora a Pere Bernat del Prat i a Ramon Guillem el mas Oms, a Monistrol de Calders, i un altre mas a Granera, els quals té en penyora pel monestir de Santa Maria de l'Estany per raó d'un deute de setanta sous. La comunitat de l'Estany podrà redimir aquest deute.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 183, 134 × 221 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 701, 705.

In nomine Domini. Ego Karbonellus impignorator sum tibi Petro Bernardi de ipso Prato et Raimundo Guillelmi.[1] Impignoro namque tibi ipsos II mansos Sancte Marie Stagni quos ego teneo im[2] pignore per priorem et clericos eiusdem ecclesie per LXX solidos denariorum monete Barchinone. Sub tali conventu ut quandocumque idem prior vel clerici voluerint redimere prefatum pignus, sit eis licitum redimendi de festivitate Sancti Michaelis usque ad Natalem Domini; et si mutata fuerit prefata moneta, sint persoluti ipsi denarii ad convalendum istorum qui modo dicurrunt. Sunt autem prefati mansi in comitatu Minorise, unus in parrochia Sancti Felicis de Munistrol, qui dicitur Ulmus, alter vero in parrochia Sancti Martini de Granera, cum omnibus eorum pertinenciis et aiacentiis et affrontacionibus et egressiis et regressiis. Sint etenim prefati mansi in baiulia et in defensione et in tuicione Beate Marie et eiusdem prioris et habeat inde annuatim pro censu singulos parilios gallinarum in Natale Domini.

Actum est hoc XII kalendas september, anno VIIII regni Lodovici regis iunioris.

Sig+num Raimundi Renardi. Guillelmus Bernardi* levita (*senyal*). Raimundus Bonefilii* prior (*senyal*). Sig+num Karbonelli*.

Bernardus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

1. et Raimundo Guillelmi *afegit a la interlínia*. 2. *En lloc d'*in.

843

1145, octubre, 2

Donació. *Berenguer Ramon de Pla dóna al monestir de Santa Maria de l'Estany una peça a Sant Feliuet de Terrassola, al lloc anomenat Pujol.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 184, 108 × 188 mm. Bon estat de conservació.

In nomine Domini. Ego Berengarius Raimundi de ipso Plano donator sum domino Deo et ecclesie Sancte Marie Stagni. Dono namque prelibate ecclesie I petiam terre que est ad ipsum Pugol, iuxta alodium Sancti Petri, quam emi Guifredi Guillelmi et uxoris sue Garssendis, sicut ego melius habeo vel teneo. Est autem hec omnia suprascripta in comitatu Minorise, in parrochia Sancti Felicis de Terraciola, in loco vocitato Pugol. Si quis autem hoc donum disrumpere temptaverit, nullo modo facere valeat, sed quod temptaverit in duplum componat. Et postea firmum persistat.

Actum est hoc VI nonas octobris, anno VIIII regni Lodovici regis iunioris.

Sig+num Berengarii Raimundi, qui hoc donum laudo et firmo. Sig+num Arnalli filii eius.

Sig+num Bernardi. Sig+num Raimundi. Sig+num Guillelmi Stephani. Sig+num Petri de Vall. Sig+num Raimundi Guifredi.

Bernardus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo supra (*senyal*).

844

1145, desembre, 23

Testament. *Els esposos Rotllan i Agnès atorguen testament conjuntament. Disposen que siguin enterrats al monestir de l'Estany, al qual lleguen dos masos i l'alou que tenen a Sant Julià Sassorba; fan, també, llegats a altres institucions eclesiàstiques i reparteixen la resta de béns entre els seus fill i filles.*

A [Original no localitzat.]
B Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 185, 240 × 180 mm. Bon estat de conservació.

Origo humane nature propter primi hominis culpam vita mortalis facta est ut nullus sit qui mortem evadere possit. Igitur, in Dei omnipotentis nomine, ego Rutilandus et uxor mea nomine Agnes, positus in extremis, tamen pleno sensu et memoria integra, elegimus manumissores sive distributores omnium rerum nostrarum mobilium et immobilium, videlicet domnus Tedmarius et Berengarius filius noster et Olivarius de Olonio, quos amicos nostros esse confidamus ut ipsi plenam habeant potestatem post obitum nostrum manumitendi et distribuendi omnes res nostras quemmadmodum exaratum est invenerit in hac pagina. In primis, dimittimus domino Deo et ecclesie Sancte Marie Stagni corpora nostra ad sepeliendum quando dicesserimus ab hoc seculo; et donamus eidem ecclesie duos mansos, scilicet ipsum mansum de ipsa Clusella et ipsum de ipso Sola, cum omnibus ad eosdem mansos aliquo modo pertinentibus, preter ipsam decimam; simili modo, donamus ei ipsum nostrum alodium quod habemus in parrochia Sancti Iuliani de Sorba. Dimitimus etiam Berengario filio nostro, clerico, ipsum mansum de Pug Alt, tantum in vita sua; post obitum vero eius, remaneat fratribus suis Petro et Arnallo. Dimittimus itaque Bernardo, maiori fi[li]o[1] nostro, medietatem tocius nostri alodii quod habemus infra terminos de Castelet, preter illos quos superius dimitimus Sancte Marie. Iterum dimitto pretaxatis filiis meis Petro et Arnaldo Castrum Terciolum cum omnibus fevis et alodiis quod habemus infra eius terminos, sicut nos melius habemus vel habere debemus. Quisquis hoc autem illorum primus sine legitimo infante obierit, alteri remaneat. Reliquos vero fevos quos ubicumque habemus, omnes istis ambobus fratribus dimitimus, cum omnibus alodiis quos habemus infra terminos Ausone, exceptus illud quod donavimus filie nostre Ermessendi et exceptus illud quod superius dimitimus Sancte Marie. Et iterum dimitimus eis ambobus ipsum mansum quem tenet Agui per nos. Et dimitimus eis ipsum mansum quem tenemus per Arnaldum de Vilar. Et dimitimus eis ipsum mansum de Crosa quem tenet Bernardus filius meus in pignore; et ipsi redimant eum si voluerint. Iterum dimitimus eis ambobus aliam medietatem de Castelet, preter ipsos mansos qua dimitimus Sancte Marie pretaxate. Et dimitimus eis ambobus fratribus ipsam vineam quam habemus in Pedros. Hoc autem nos ambo in hac pagina decrevimus ut quisquis istorum

fratrum primus obierit sine legitimo prole, alteri qui superstes extiterit hec omnia remaneant. Et si ambo sine infantibus obierint, hec omnia remaneant Bernardo. Precipio namque istis ambobus fratribus vero honorificent et amicabiliter gubenent[2] et defendant et protegant eum. Si autem isti fratres hoc facere noluerint, sit Bernardo licitum ut apropriet se uni ex propinquis suis cui voluerit cum sua ereditate, cum quo teneat et abeam[3] eam tantum in diebus suis; post obitum vero eius, ipsa hereditas remaneat istis predictis fratribus Petro et Arnallo. Post obitum vero illorum, remaneat ipsa ereditas Olivario de Olonio, si vivus fuerit, vel filio suo, preter ipsum alodium de Castelet, quod post obitum illorum trium fratrum, si legitimos non habuerint infantes, remaneat omne prephatum alodium de Castelet integriter Sancte Marie Stagni et Berengario filio nostro. Nos vero ambo Rutilandus et Agnes ita disponimus ut quisquis nostrum primus obierit requiescat in pace, Domino gubernante et beata Maria in[ter]cedente;[4] post obitum vero illius, omnia que superius scripta sunt ita firma persistant sicuti nos ordinavimus et disposuimus, ipso tamen hec omnia superius scripta tenente in diebus vite sue, sine blandimento alicuius hominis vel femine, qui superstet.[5] Precamur ergo et monemus manumissores nostros superiosus scriptos ut ita distribuant omnes facultates mobilium nostrorum sicuti hic iniunctum viderint. Tres vero partes inde fiant. Prima namque illi donetur qui primus obierit. Alie due illi remaneant qui vivus remanserit cum filiis suis. Hec iamdicta prima pars dividatur per tres partes; due concedantur Sancte Marie Stagni; alia tercia pars dividatur inter Sanctum Fructuosum et eius clericos et Sanctum Petrum sedis Vici et Sanctam Mariam, sicuti manumissores melius viderint. Et ego prelibatus Rutilandus dimito uxorem meam et filios meos in baiuliam et in protectione et in tuicione omnipotentis Dei et Beate Marie Stagni et Guillelmi prioris et domine mee Genciane et Tedmari filii eius, domini mei, et Olivarii nepotis mei et Petri Sancti Eugenie.

Actum est hoc X kalendas ianuarii, anno VIIII regni Lodovici iunioris.

Sig+num Rutilandi, Sig+num Agnetis, nos qui hoc testamentum laudando firmamus et testes firmar[e][6] rogamus.

Sig+num Bernardi. Sig+num Petri. Sig+num Arnalli. Sig+num Tedmari.[7]

1. *Manca*. 2. gurbernent *al text*. 3. *En lloc d'*abeat. 4. *Manca*. 5. *Segueix un espai d'aproximadament set lletres en blanc*. 6. *Manca*. 7. *Manca la clausura del rogatari*.

845

[c. 1145]

Fiançament. *Arnau Miró I, comte de Pallars Jussà, atorga fiançadors pel dot de la seva esposa Òria d'Entença.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3410, 92 × 143 mm. Bon estat de conservació.

Datem el document per l'any del casament d'Arnau Miró i Òria d'Entença.

In Dei nomine et eius gratia. Hec est memoria de illas fidanzas que dedi qomite Paliarensis ad uxorem suam dompna Oria die que eam accepit. Et sunt fidanças Frontin et Giem Ramon, seneschalch, ut teneat eam gent et ad onore[1] secundum suum posse omnibus diebus vite suę, sana et infirma. Et ille quod non laxet eam nisi per ququzia probata et cumbatuta, illa stando in sua chasa de illo chomite et in sua honore. Et sunt fidanzas de suas tres dotes Roderic Petrez de Orrea et do[n] Artal de Alaon ubi illa se adotaverit aud suos parentes per illa in suas hereditates de illo chomite.

1. ononore *al text*.

846

1146, febrer, 17

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dóna a Berenguer Arnau i als seus fills el castell de Siurana. De la vila i el terme, en cedeix una cinquena part a l'orde del Temple i la meitat de la resta a Berenguer Arnau i als seus fills.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 2, 140 × 330 mm. Bon estat de conservació.

Document cancel·lat, tal com ho indiquen els talls fets a la part central.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Raimundus, comes Barchinonensis et Aragonensium princeps, dono tibi Berengario Arnalli et filiis tuis castrum et villam de Siurana cum omnibus terminis suis. Et dono Sancte Milicię Templi quintam partem iamdictę villę et honoris ac terminum suorum. In quatuor vero partibus que remanent, retineo medietatem ad opus meum et dono tibi iamdicto Berengario et filiis tuis alteram medietatem, tali quoque pacto prephatum castrum cum terminis suis tibi dono ut habeas illud et teneas tu et omnis posteritas tua ad servicium et fidelitatem meam et successorum meorum per secula cuncta.

Et dones mihi potestatem de predicto castro quociescumque eam tibi peciero per me aut per meos, iratus aut pachatus, sine malo ingenio. Propter hoc quoque donum superius comprehensum, ego Berengarius Arnalli convenio tibi domino meo Raimundo, comiti Barchinonensi, ut sim inde tibi fidelis et donem tibi vel tuis quibus mihi mandaveris potestatem de predicto castro quandocumque eam michi quesieris per te aut per tuos, et hoc faciam iratus aut pachatus,[1] sine tuo engan. Et convenio tibi ut post obitum meum unum ex filiis meis sit inde tuus homo solidus et fidelis sine aliqua fraude et malo ingenio. Et ego Raimundus comes convenio tibi iamdicto Berengario Arnalli ut non mitam ibi preter me aliquem seniorem. Si quis hoc disrumpere temptaverit nichil proficiat, set in duplo componat. Et postmodum hoc firmum perman[e]at[2] omni tempore.

Quod est actum XIII kalendas marcii, anno VIIII regni Ledovici regi iunioris.

Signum+ Raiumundi comes.

Signum Bernardi de Bellog +. Sig+num Raimundi de Pugalt. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Guillelmi de Subiratis.

Signum+ Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit ex mandato comitis die annoque prescripto, superpositis literis in linea VII[a].

1. aut pachatus *afegit a la interlínia*. 2. *Manca*.

847

1146, març, 29

Venda. *Els esposos Guerau de Tugores i Beatriu venen al prevere Guillem un mas a Caldes de Montbui, al lloc anomenat Torrent Sec, així com la cinquena part de les oliveres del mas de Puig i els drets que tenen a Brugueres, pel preu de tretze morabatins d'or.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 187, 82 × 291 mm. Bon estat de conservació.

In Christi nomine. Ego Gerallus de Tegores et coniux mea Beatricis venditores sumus tibi Guillelmo presbitero. Per hanc scripturam vindicionis nostre vendimus tibi mansum unum cum omnibus suis pertinenciis et cum omnia in se habente, nostrum proprium, francum et liberum et sine ullo fesce servili. Advenit michi, ad me Geraldus, [per][1] vocem donacionis condam Maiasen-

dis, matertere męę, et me Beatricis per meum decimum vel per qualicunque voces. Est autem predictum mansum in chomitatu Barchinone, in Vallense, infra parroechia Sancte Marie Kalidis, in locho vocitato rio Mimono.[2] Affrontat hec omnia a parte horientis in estrata qui vadit de Badavel per ipsa serra in valle a Plecamaniis et in alodio Raimundi Geraldi et[3] fratrum suorum, a meridie quoque in alodio Petri Roballi, de occiduo quoque in torrente Merdanciano, a parte vero circii in alodio comitale. Quantum infra his[4] terminis concluditur atque terminatur, sic vendimus tibi integriter quantum nos inibi abemus vel per qualicumque modo vel voce abere debemus, id sunt, casas cum curtes, solos, supraspositos, terras et vineas, cultas et heredas, positis in diversis locis, et arboribus de multis generibus et ruviras et garricis, cum aquis ad ringandum, et quinque parte ex cunctis olivariis que modo sunt nec erunt in ipso manso de Pug, simul cum ipsas hereditates et directos, quos vel quas abemus in ipsas Brugarias. Hec omnia de nostro iure in tuum tradimus dominium et potestate ad facere et iudicare quodcumque tibi placuerit, propter precium quod inde accepimus ex tua parte moabetinos XIII^{cim} in auro. Et est manifestum. Quod nos venditores hoc precium manibus nostris recepimus et aput te enptore nichil remansit. Si aliquis hoc infringere voluerit, in vinculo componat L^{a} moabetinos in auro. Et in antea hoc maneat firmum.

Quod est actum IIII^{o} kalendas aprilis, anno VIIII regnante Leoyci iunioris.

Signum+ Geralli, Signum+ Beatricis, nos qui ista vendicione fecimus et firmamus et testes firmare rogamus.

Signum+ Berengarii, Signum+ Guillelmi, Signum+ Petri, Signum+ Iordana, Signum+ Guillelma, Signum+ Ermesendis, nos proles predicti venditores, qui hoc laudamus et firmamus et auctorizamus.

Ita ud nos predicti venditores convenimus tibi emptore et tuis de prescripta venditione fuerimus vobis guarent contra cunctos homines et feminas. Et si hoc non facimus, reddamus tibi et tuis predictum precium in quadruplum sine ulla dilacione.

Signum+ Berengarii Sancti Felicis. Signum+ Porcelet. Signum+ Raimundi Arnalli. Signum+ Petri Bonefilii.

Signum+ Raimundi subdiachoni,[5] qui hoc scripsit, cum litteris rasis et emendatis in linea III^{a} et VI^{a}, et suprapositis in linea IIII^{a} et V^{a}, die et anno quo supra.

1. *Manca*. 2. mo *afegit a la interlínia*. 3. et *afegit a la interlínia*. 4. his *afegit a la interlínia*. 5. subodiachoni *al text*.

848

1146, abril, 7

Venda. *Arnau, anomenat Arlot, i la seva esposa Guilla venen a l'orde del Temple els drets que tenen sobre un mas situat a Caldes de Montbui, al lloc anomenat Puig del Torrent Sec, pel preu de dotze sous*.

A [Original no localitzat.]

B Còpia del darrer terç del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 188, 109 × 225 mm. Bon estat de conservació malgrat diverses taques d'humitat a la part dreta.

Sub eterni Regis nomine. Ego Arnallus, quem vocant Arloth, una cum coniuge mea Guilie venditores sumus domui milicie Templi Ierosolimitani.[1] Per hanc scripturam nostrę vinditionis vendimus prefate milicię omnes directos et voces, quos vel quas habemus vel in quocumque modo habere debemus in unum mansum quod est situm infra parroechiam[2] Sancte Marię Calidis, in loco vocitato ipso Podio de rivo Maimono. Adveniunt nobis hęc omnia, mihi[3] Arnallus [per][4] vocem uxoris mee prescripte et mee Guie per paterna sive per materna voce vel complantationem sive per qualicumque voces. Hoc mansum de nostro iure in ius et potestate tradimus cum omnibus in se habentibus, cum exibus et regressibus, cum terminis et afrontationibus, propter precium quod inde manibus nostris recepimus XII solidos optime monetę Barchinonum. Et qui hoc violare temptaverit, primum iram Dei incurrat, nisi infra X dies satisfactionem fecerit, et insuper in triplo componat ea que infringere vel recindere presumpserit. Et post modum hoc m[ane]at firmum.

Quod est actum VII idus aprilis, anno VIIIIº regnante Ludovico regis iunioris.

Sig+num Arnalli, Sig+num Guię, Sig+num Guillelme filię eius, nos qui hanc vendicionem facimus et firmamus testibusque firmare rogamus.

R[aimundus] Arnalli +. Sig+num Petri Galli. Sig+num Petri Guilaberti. Sig+num Guillelmi Merchadarii. Sig+num Petri Poncii. Sig+num Petri sacerdotis. Sig+num Petri subdiaconi.[5]

1. *La darrera* i *corregeix* a. 2. *La darrera* a *corregeix* e. 3. mihi *afegit a la interlínia*. 4. *Manca*. 5. subdiaconibus *al text. Manca la clausura del rogatari*.

849

1146, juny, 28

Encomanament. *Pere Hug de Sedó encomana a Pere Bernat de Fonolleres i a la seva descendència els drets que té al castell de Sedó, amb la condició que ho tingui en feu per ell i, si Pere Hug va a l'host del bisbe o del comte d'Urgell, que l'acompanyi o li proporcioni un mul.*

A [Original no localitzat.]
A' [Original no localitzat.]
B [Trasllat del 7 de setembre de 1232 no localitzat.]
C Trasllat del 17 de març de 1254, ex *B*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 193 (*olim* arm. 13 Cervera, sac Sant Ramon Nonat, núm. 8), 149 × 181 mm. Bon estat de conservació.

Document amb moltes interpolacions.

Hec[1] est convenientia et concordia qui fuit facta inter Petrus Ug de Sadao et Petrus Bernat de Fonoleres, scilicet de illa honore de Sadao et de illas cartes quem ego Petrus Ugonis cremé. De hoc totum venio ego Petrus Ug de Sadao ad finem et pacem et concordiam bonam, tali modo quod ego Petrus Ug concedo tibi Petro Bernardo de Fonoleres et omni proieniei tue quod abeas omne meum directum quem ego abeo vel abere debeo in castrum Sadao, scilicet potestatum de castrum de Sadao et medietate de decimas de omni expleta et firmamenti directi homines et medietate placitis in omni loco; et medietate de exorchies et medietate de cugucies et medietate de entestationes et medietate de homicidiis et medietate de arsures et de totum exitum qui de mea parte exire debet in illud castrum de Sadao, exceptus censum et questes quem ego retinui ad omne mea voluntate. Et ita dono tibi et tuis in homines ibi manentes tragi et iova, unusquisque unus die annuatim, et stabliments de omines et mansos. Et dono tibi illa honore quem Gonter de Tarega et Guillem Mir frater eius tenent pro me in castrum Sadao, tali modo quem teneant ea pro te et tuus sint et faciant tibi una perna cum pano et vino et cesta qualem volueris. Et mansum de Badaola, similiter. Et si forte venerit ista honore de Guanter sive de Badaola en lexiu, potestatem habes de extablire vel tenere ad tuum proprium, sine obstaculo, omnes homines. Hoc totum suprascriptum dono Petro Bernat tali modo quem teneas pro me et mei, tibi et tuis, tempore perpetuo, illud castrum; et dona mihi potestatem iratum et paccatum et firmes directum et facias in meum posse et sies defensor de illud castrum et terminum eius contra omnes homines. Et si

forte ego ierit in oste vel cum episcopo Urgelli vel comite Urgelli in Espania, ire mecum vel comodare mihi unum rocí vel mul. Et si non, reddiam illa equitatura ad venire, tenere illud servicium tantum donec abeatis recuperata illa bestia. Hoc totum fuit factum in presencia seniore Guillem Pere de Sadao et domina Sicards et Bernat Ug de Sadao et Berenger Dalmad de Cervaria et Petrus Ramon de Muntle et Mir Guillem de Cruilada et alii multi quod hoc viderunt et audierunt.

Facta est ista conveniencia et finem IIII kalendas iulii, anno Xº regnante rege Ludovico iunioris.

Sig+num Petri Ugonis de Sadao, Sig+num Petri Bernat de Fonoleres, qui ista carta conveniencia mandamus scribere et firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi Petro de Sadao, senior, Sig+num domina Sicars, Sig+num Bernardi Ugonis de Sadao, Sig+num Berengarii Dalmad de Cervarie, Sig+num Petri Raimundi de Munt Leze, Sig+num Mironi Guillelm de Cruciada, Sig+num Ermenguod de Siul, Sig+num Per[e][2] Borac, Sig+num Berad, huius rei testes sumus.

Berengarii presbiter, qui hoc scribsit et die et anno (*senyal*) quo supra.[3]

1. C *comença:* Hoc est translatum alterius translati fideliter translatatum XVI kalendas aprilis, anno Domini Mº CCº Lº tercio, cuius translati series sic habetur: Hoc est translatum fideliter translatatum VII idus september, anno Domini Mº CCº XXXº secundo, de quodam instrumento diviso per alphabetum in quo sic habetur. 2. *Manca.* 3. C *acaba:* Ego Bernardus de Ponte subscribo hoc me pro teste. Ego Petrus Scafini sum huius translati testis. Ego Guillelmus de Truillars subscribo. Ego. R[aimundus] Focaldi subscribo. Ego Guillelmus de Nargone hoc scripsi translatum et hoc signum (*senyal*) feci. Ego Guillelmus Brula hoc scripsi translatum alterius translati et hoc sig(*senyal*)num feci.

850

1146, juliol, 15

Venda. *Els germans Ramon, sacerdot, i Pere Arbert venen a Pere de Terrassa els molins que tenen a Sant Julià d'Altura, al riu Ripoll, i els alous que posseeixen als termes de Terrassa i de Castellar del Vallès, pel preu de setanta morabatins.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 194 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac G, núm. 611), 160 × 303 mm. Bon estat de conservació.

B ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 194 dupl. (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 652), 147 × 218 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis hominibus quod ego Raimundus sacer et frater meus Petro Arberti habuimus impignoratum ipsum nostrum directum de ipsos molendinos quod nobis habuimus in rivo de Rripollensi et tenebat Petrus de Terracia terciam partem de ipsos molendinos im[1] pignora per XX[i] mohabitinos et quando hec pignora fuit redemta de iamdictos XX[i] moabitinos. Insuper hec, ego iamdicto Raimundo et fratri meo Petro Arberti, nos, simul in unum scripti, bono animo et voluntate et sine engan, vendimus nos tibi iamdicto Petro de Terracia[2] ipsos nostros molendinos quam habemus in comitatu Barchinone, in parroechia Sancti Iuliani de Altura, in rivo de Ripol,[3] cum regos et caput regos et cum ductibus aquarum et cum exitibus et aqua apre[n]dendum,[4] cum petras et glevas, et pascuis et pratis, et cum omnia usibilia qui ad ipsos molendinos pertinent; et ipsos nostros alodios quam habemus infra terminis Terracie et de Castelar, quantum nos ibi habemus vel habere debemus in cunctis locis, de ipsa carrera avant Sancti Iuliani de Altura versus orientis, id sunt domos, terras et vineas et omnes harbores qualiscumque generis sint, cultum et eremum, pratis et pascuis et bosco, omnia et in omnibus quantum nos ibi habemus vel habere debemus.[5] Hec omnia suprascripta advenit nobis per vocem aviorum nostrorum et per ereditatem patris vel matris nostre,[6] quod nobis dimisit in suo testamento. Hoc totum suprascriptum vendimus nos iamdictis tibi Petro iamdicto[7] de Terracia, per bonam fidem et sine engan, cum exiis vel regresiis eiusdem, propter precium setanta moabitinos[8] boni auri, sine engan. Et de nostro iure in vestrum tradimus dominium et potestatem ad omnia que volueritis facere, ad vestrum plenissimum proprium, habeatis et possideatis usque in perpetuum per vestrum alodium francum, exceptus[9] ego Petrus Arberti retinui de ipso meo directo in ipsos molendinos[10] multuram de meo blad, mihi vel successores meos.[11] Si quis nos venditores vel ullusque omo vel femina qui contra ec[12] vendicionem venerit pro inrrumpendum,[13] C moabitinos componat in vinculo.[14] Et post modum[15] firmum maneat omni tempore.[16]

Actum est oc[17] idus iulii, anno X regni regis Ludovici[18] iunioris.[19]

Sig+num Petri Arberti, qui anc vendicionem scrib[e]re[20] feci, firmavi et testes firmare rogavi.[21] Sig+num Raimundi sacer.

Sig+num Cerdana. Sig+num Arnalli Sancti Felici. Sig+num Durfort. Sig+num Bernardo de Burumira.[22]

Arnallus levita, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.[23]

1. *En lloc d'*in. 2. Omnibus hominibus sit manifestum quod ego Petrus Arberti et Raimundus sacer, fratris mei, bono animo et voluntate et sine engan, nos, simul in unum scripti, venditores sumus tibi Petro de Terracia B. 3. Rripol B. 4. *Manca*. 5. debeneuus B. 6. per ereditatem patris nostri B. 7. iamdicto *manca* B. 8. septuaginta mohabitinos B. 9. exceptis B. 10. ipso molendino B. 11. meis B. 12. hec B. 13. inrumpendum B. 14. in vinculo *manca* B. 15. Et post hec B. 16. omni tempore *manca* B. 17. hoc B. 18. o *corregeix* u. 19. Ledovici yunioris B. 20. *Manca*. 21. qui anc vendicionem scrib[e]-re feci, firmavi et testes firmare rogavi *manca* B. 22. Bernad de Burrumira B. 23. quo (*senyal*) supra B.

851

1146, juliol, 25

Promesa de pagament. *Bernat Pere i el seu fillastre Guillem Bernat es comprometen a pagar cadascun la part que li pertoca en el deute de divuit morabatins que tenen amb Pere Boteller. Pacten que si un d'ells no ho fa, perdrà els seus drets sobre les cases empenyorades*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 195 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel reina de Portugal, núm. 643), 107 × 261 mm. Bon estat de conservació.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus Petri convenio tibi Guillelmo Bernardi quod ipsas domos quas ego et tu misimus pignore Petro Botler per XVIIII moabitinos, quod usque ad festum Sancti Andreę primum veniente habeam eas absolutas et eiectas de pignore de XIII moabitinis de mea parte, per bonam fidem, sine tuo engan. Quod si ita factum non habuero in predicto termino, totum meum viuolarium quod ibi habeo per vocem matris tue Raimunde, uxoris mee olim defuncta, sit tibi et tuis absolutum et diffinitum ex mea parte, per tuum proprium alodium, ad quic-quid exinde facere velis, ad tuam voluntatem faciendam. Et ego prenominatus Guillelmus Bernardi convenio tibi Bernardo Petri prenominato quod de mea parte habeam redemptas et eiectas de pignore iamdictas domos de VI moabitinis usque predictum terminum. Quod si ita non fecero aut facere noluero et tu dabis de mea parte prenominatos VI moabitinos et eicies de mea parte et de tua prenominatas domos de pignore, habeas eos ad tuum salvamentum super predictis eisdem domibus. Et isti VI moabiti-ni prenominati deinde ascendant per unumquemque annum dum hoc pignus tenebis unum moabitinum et medium de logerio; et habeas predictos VI moabitinos cum prenominato logerio ad tuum salvamentum super predictas domos, sine tuo engan. Si quis hoc

disrumpere presumpserit, nil valeat, sed supradicta in duplo componat. Et insuper maneat firmum semper.

Actum est hoc VIII kalendas augusti, anno X regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Bernardi Petri, Signum+ Guillelmi Bernardi, qui hoc laudamus et confirmamus firmarique rogamus.

Signum+ Berengarii de Apiera. Signum+ Petri Botler. Signum+ Dominici de Meserata.

Sig+num Petri subdiachoni, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

852

1146, agost, 3

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dóna a Guillem Ramon, senescal, la senyoria de les ciutats de Tortosa i Mallorca, el domini de la tercera part d'aquestes, així com el castell de Peníscola, Menorca i Eivissa.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 189a (*olim* arm. 14 Tortosa, sac B, núm. 88), 161 × 275 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia del segle XII, cap a la darrera dècada. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 189 dupl. (*olim* arm. [14] Tortosa, sac B, núm. 90), 102 × 288 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII perduda. Liber feudorum maior, f. 455.]

D Trasllat parcial del 15 d'octubre de 1272. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 13 dupl. a (*olim* arm. 14 Tortosa, sac E, núm. 193), 780 × 415 mm. Bon estat de conservació.

E Còpia coetània del trasllat anterior. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 189b (*olim* arm. 14 Tortosa, sac E, núm. 178), 438 × 627 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta.

a CODOIN, IV, doc. LI (a).

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 462.

Cit. PEDEMONTE, *Notes,* p. 109. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 40, 99.

L'original *A* està cosit, per la part inferior, a un altre pergamí que conté la còpia *E* i el trasllat d'un altre document. Vegeu el document núm. 1096. El trasllat *D* conté també el document núm. 1096.

Omnibus[1] sit notum quoniam ego Raimundus, comes Barchinonensis atque Aragonensium princeps, dono tibi fideli meo Guillelmo Raimundo, dapifero, urbem Tortosam, ut tu teneas ipsam çudam et habeas senioraticum de ipsa civitate et de ipsa villa et de terminis eius; et habeas terciam partem in dominio de omnibus eximentis eiusdem civitatis ac villę omniumque terrarum sibi

pertinencium. Dono etiam tibi castrum de Peniscola cum omnibus suis terminis et pertinenciis. Dono etiam tibi civitatem nomine Maioricam et omnes terras sibi pertinentes cum senioratico et cum tercia parte omnium que inde exierint in dominio, tam de mari quam de terra. Et dono etiam tibi Minoricam et Evizam similiter cum terris et pertinenciis earum.[2] Tali modo ut habeas hec omnia pro[3] me ad servicium et fidelitatem meam et successorum meorum per omnia tempora, tu et omnis generacio tua. Si quis vero presentem donacionem disrumpere temptaverit, nichil[4] proficiat, set in duplo componat. Et postmodum hec donacio firma permaneat omni tempore.

Quod est actum III^{cio} nonas augusti, anno X regni Leovici[5] regis iunioris.

Signum+ Raimundi comes.[6]

Sig+num Petri Bertrandi de Bello Loco. Sig+num Bernardi[7] de Bello Loco. Sig+num Guillelmi de Castel Vel. Sig+num Otonis.[8] Sig+num Raimundi de Podio Alto.

Sig+num Poncii scribę, qui hoc scripsit die annoque prescripto, superpositis litteris in linea VIII^{a}[9]

1. D *i* E *comencen:* Hec sunt translata sumpta fideliter de quibusdam instrumentis in registro domini regis contentis cuius tenor talis est. 2. Dono etiam tibi castrum de Peniscola … Evizam similiter cum terris et pertinenciis earum *ometen* D *i* E. 3. per *al text*; per B *i* D; pro E. 4. nil B. 5. Leovici *afegit a la interlínia*. 6. Signum+ Raimundi comes omet E. 7. Bertrandi E. 8. nis *afegit a la interlínia*. 9. D *i* E *acaben:* Sig(*senyal*)num Bernardi de Caderita (Cadireta E), notarii publici Barchinone, qui hoc translata sumpta fideliter de verbo ad verbum a registro domini regis fideliter comprobavit et in eiusdem pro teste subscripsit. Sig(*senyal*)num Petri de Ribalta, notarii publici Barchinone, qui hoc translata sumpta fideliter de verbo ad verbum a registro domini regis fideliter comprobavit et iusdem pro teste subscripsit. Signum (*senyal*) Petri Carbonelli, notarii publici Barchinone, qui hoc translata sumpta fideliter de verbo ad verbum a registro domini regis transcribi fecit et etiam comprobavit, cum literas appositis (prepositis E) in tercia linea secundi translati *Christi* subsequentis et in linea VIII^{a}, et etiam appositis in II^{a} linea istius conclusionis, idus octobris anno Domini M^{o} CC^{o} LXX^{o} secundo.

853

1146, agost, 25

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dóna en alou a Sibil·la, Alemany i Arnau Sord la fortalesa anomenada Fortesa, que havien construït sense el seu consentiment, i el lloc anomenat Corbella, amb la condició que aquests béns restaran sota la batllia del comte i dels seus successors.*

A [Original no localitzat.]
B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 190 (*olim* arm. 13 Cervera, sac Sant Ramon Nonat, núm. 44), 126 × 291 mm. Bon estat de conservació.
C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 330.]
a *CODOIN*, IV, doc. LII.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 321.

Manifestum sit omnibus qualiter Raimundus Berengarii, comes Barchinonensis ac princeps Aragonensis, sepe conquestus est super ipsa casa quam dicunt Forteda, quia facta erat contra ventum et comonimentum suum. Tandem, in presencia multorum nobilium virorum, prenominatus comes Raimundus venit super hoc ad finem et concordiam cum dompna Sibilla et cum Alaman et cum Arnallo Sord, sicut in hac carta subterius legitur ita. Ego igitur Raimundus Berengarii, Barchinonensis comes et princeps Aragonensis, dono, laudo et firmo vobis supradictis Sibillę et Alaman atque Arnallo illam chasam que nominatur Forteda cum suis terminis et illa Corbela cum suis terminis. Tali quoque modo ut deincebs habeatis hec omnia ad alodium proprium, vos et omnis vestra proienies[1] per omnia tempora. Retineo namque ibi mihi[2] et omnibus meis successoribus intrare, exire et guerreiare contra omnes homines et feminas; et sint iamdictę chasę in guarda et baiulia mea successorumque meorum omni tempore; et habeam ibi intrare et exire et guerreiare contra omnes homines vel feminas, pro mea propria facienda, per omnia tempora. Accepi a vobis pro hoc dono CCC solidos monete Barchinone.

Facta ista carta VIII kalendas september, anno X regni Ledovici iunioris.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Geralli de Iorba. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Gaucerandi de Pinos. Sig+num Guillelmi de[3] Cervaria.[4]

Sig+num Poncii scriptoris, qui hoc scripsit die annoque prescripto.

1. proienies *afegit a la interlínia*. 2. mihi *afegit a la interlínia*. 3. *Segueix* Podio Alto*, ratllat, i* Cervaria *afegit a la interlínia*. 4. *Segueix a la línia següent* sig+num*, sense cancel·lar*.

854

[1146]

Convinença. *El comú de Gènova es compromet a enviar un exèrcit en ajut de Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, per a la con-*

questa de Tortosa i, després, de les Balears, amb la condició de rebre una tercera part del que conquereixin.

A [Original no localitzat.]

B ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 10 (*olim* arm. 14 Tortosa, sac C, núm. 124), 225 × 245 mm. Bon estat de conservació, lleugerament trencat el marge dret.

B' ASG, Archivio Segreto, núm. 2720/21 (*olim* Cantera 6), 190 × 310 mm.

C Còpia autèntica del 1301, feta pel notari Rolandino de Riccardo. BUG, Ms. B. IX. 2: *Liber A* o *Liber de Camera*, f. 294r-v.

a DAMETO; MUT; ALEMANY, *Historia de Mallorca*, p. 725.

b *CODOIN*, IV, doc. CXLIV.

c *Libri iurium*, I, cols. 118-121, doc. 124.

d IMPERIALE, *Caffaro*, doc. 27[b].

e IMPERIALE, *Codice diplomatico*, I, doc. 168.

f *Libri iurium*, I/6, pp. 8-11.

g FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 52.

Cit. RUIZ DOMÈNEC, *Génova y Barcelona*, pp. 48-50. — KOSTO, *Making agreements*, p. 99.

Datem per l'any del pacte amb Gènova. Considerem *B* i *B'* com esborranys del document definitiu. Presentem la transcripció a partir de *B*. La còpia *C*, feta a partir de l'original, conté una amplíssima relació de subscriptors (vegeu FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 52).

Sub nomine Sancte Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Nos ianuenses promitimus face[re] exercitum pro comuni in primo reditu nostro post expedicionem imperatoris antequam Ianuam redeamus ut eamus primitus ad obsidendam et expugnandam Tortuosam deinde ad Baleares insulas, videlicet Maioricam, Minoricam, Evizam, Fromenteram. Et de Ibero usque ad Almariam non obsidebimus aliquam urbem vel castrum cum aliqua gente sine licencia vel parabola comitis Barchinonensis. Si autem evenerit quod per nosmetipsos accipiamus urbem vel castrum et ea retineremus infra terminos prenominatos, dabimus duas partes comiti, terciam vero nobis retinebimus. Et habebimus in exercitu machinas et cetera qu[e] in nostro arbitrio, scilicet consulatus comunis Ianuę qui tunc fuerint, in his que tunc fuerint necessaria. Et in eodem exercitu apud Tortuosam deinde apud insulas supradictas, cum comite Barchinonensi vel cum suis morabimur quandiu in exercitu fuerint,[1] nisi iusto Dei impedimento remanserit aut consilio comitis supradicti et nostro; et salvabimus pro posse nostro comitem et suos et omnes res suas bona fide, tali conventione[2] habita inter nos et comitem, quod civitatum atque locorum, cum eorum pertinenciis, quas vel que cum comite ceperimus vel ipsi vel nobis sese reddiderint, duas partes comes omni tempore habeat, tercia nobis retenta quam, libere et sine omni

gravamine, omni tempore retinebimus. Et non erimus in consilio neque in facto ut comes suas dua[s] partes amitat; et faciemus iurare eos homines quibus partem nostram comitemus ut non sint in consilio vel in facto quod comes suas duas partes amitat. Et si quis voluerit eas sibi auferre, quod adiuvent eas sibi retinere et defendere bona fide, sine aliqua fraude. Et ęcclesia nostra eandem partem habeat in spiritualibus quam civitas nostra habet in temporalibus. Et dum in exercitu erimus non faciemus pactum neque convenienciam aliquam de reddenda nobis aliqua civitate vel loco, vel de recipienda pecunia neque de ulla diminucione exercitus comitis sine parabol[a] comitis si ibi fuerit aut suorum qui ibi aderint si comes defuerit. Et nullum portaticum neque pedaticum neque ribaticum dabunt homines vestri in tota terra nostra[3] vel mari, ex his que pertinent ad comune Ianuę. Et in omni terra nostra et mari[4] quam habemus vel in antea acquisierimus, salvi et securi erunt homines vestri districti cum rebus eorum, salvis nostris vetitis. In tota predicta conveniencia possit addi vel minui secundum quod consules qui in exercitu fuerint cum comite seu cum eius missis concordati fuerint. Hec omnia observabimus bona fide, sine fraude nisi iusto Dei impedimento aut parabola comitis aut suorum certorum missorum.

1. *Segueix* is, *afegit a la interlínia i raspat*. 2. conventione *escrit a sobre d'una raspadura*. 3. nostra *escrit a sobre d'una raspadura*. 4. et mari *afegit a la interlínia*.

855

[1146]

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, promet al comú de Gènova que s'unirà al seu exèrcit per conquerir Tortosa i les Balears i que els concedirà la tercera part del que conquereixin.*

A ASG, Archivio Segreto, n. 2720/22 (*olim* Cantera 4), 450 × 215 mm. Bon estat de conservació; amb traces de segell penjant.

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 6, 251 × 187 mm. Estat de conservació regular a causa de la presència d'algunes taques d'humitat i d'estrips que coincideixen amb els plecs.

C [Còpia autèntica en registre, de 1229, feta pel notari Simone Donati, perduda.]

D Còpia autèntica en registre, de 1253, feta pel notari Nicolò di San Lorenzo. ASG, *Libri Iurium*, I: *Vetustior*, ff. 59v-60. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta en bona part dels folis.

E Còpia autèntica en registre, de 1267, feta pel notari Guglielmo di San Giorgio. ASG, *Libri Iurium*, VII: *Settimo*, f. 59v.
F Còpia autèntica en registre, de 1301, feta pel notari Rolandino de Riccardo. ASG, mbr. LXXXVI: *Duplicatum*, f. 439r-v.
G Còpia simple en registre, de 1301, feta pel notari Rolandino de Riccardo. BUG, Ms. B. IX. 2: *Liber A* o *Liber de Camera*, f. 59v.
a CAFFARO *et alii*, *Annali*, pp. 93-94.
b *CODOIN*, IV, doc. CXLI.
c *Libri iurium*, I, cols. 125-127, doc. 127.
d IMPERIALE, *Caffaro*, doc. 27[a].
e IMPERIALE, *Codice diplomatico*, I, doc. 169.
f *Libri iurium*, I/2, doc. 297.
g FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 51.

Cit. RUIZ DOMÈNEC, *Génova y Barcelona*, pp. 46-48. — KOSTO, *Making agreements*, p. 99.

Datem per l'any del pacte amb Gènova. Considerem *B* com un esborrany del document definitiu. Presentem la transcripció a partir de *B*. L'original i les altres còpies, amb el text definitiu, contenen, a més, una amplíssima relació de subscriptors (vegeu FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 51).

Ad honorem Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Raimundus Berengarii, gracia Dei Barchinonensium comes ac princeps regni Aragonensis, tale pactum et convencionem vobiscum ianuenses facio quod in primo discessu[1] vestro[2] ab expedicionem imperatoris antequam Ianuam redeatis,[3] ero cum exercitu meo pro posse, bona fide sine fraude, prim[o] in Tortosa, deinde ad insulas Baleares, scilicet Maioricam, Minoricam, Evi[sam], Fromenteram et ad alia maritima, et deinde[4] sicut[5] ego concordavero ex hoc cum imperatore et sicut concordavero cum consuli[bus] comunis Ianuę qui in illo exercitu fuerint. Et in exercitu morabor cum ianuensibus qui in exercit[u] fuerint et moram ibi fecerint nisi iusto Dei impedimento remanserit aut consilio eorum et nostro. Et s[er]vabo vos et res vestras bona fide secundum meum posse. Et habeatis libere et sine omni gravamine terciam partem civitat[uum][6] atque locorum cum eorum pertinenciis, quas vel que nos simul ceperimus aut mihi vel vobis sese reddiderint, duabus partibus mihi retentis. Et non ero in consilio neque in facto ego vel heres[7] mei ut comune Ianue suam terciam part[em] amittat. Insuper faciam iurare eos homines quibus partem meam comitam et similiter heredes mei faciant ut non sint in consilio neque in facto ut terciam partem amittant aliquo in tempore. Et si quis voluerit eam vobis auferre, quod adiuvent eam vobis [de]fendere et retinere sine fraude[8] et malo ingenio. Eandem vero partem quam[9] civitas vestra habet in temporalibus, ecclesia vestra[10] habeat in spiritualibus. Et in omnibus illis civitatibus quas ego acquisiero in quibus terciam

partem non debetis habere, habeatis unam ecclesiam cum tanto honore et domibus unde quinque[11] clerici possint honorifice vivere et habeatis unum fornum et unum balneum et unum alfundecham de melioribus et gardinum bonum. Et in omni terra mea quam habeo vel deincebs acquisiero, salvi et securi eritis vos et homines vestri districti cum rebus vestris. Nullum enim portaticum neque pedaticum neque ribatticum[12] dabitis in terra mea vel mari a Rodano usque in occidentem.[13] Et illud portaticum et pedaticum sive ribaticum non dabitis in terra mea vel mari ab illo die in antea quo vos eritis mecum pariter in obsidione alicuius civitatis aut illam pariter capiamus vel reddatur mihi et vobis aut singillatim vobis aut singillatim michi aut si iste galee qui modo sunt in Ispania Tortuosam prendiderint.[14] Et quandiu in exercitu insimul erimus non faciam pactum neque convenienciam aliquam de reddenda mihi aliqua civitate vel loco in pri[... de ...][15] recipienda pecunia neque de aliqua dimi[nu]cione ianuensis exercitus sine consilio ianuensium consulum qui in exercitu fuerint. Hoc pactum iurabit heres meus cui terra mea post mei remanebit quando consules comunis Ianue voluerint. Preterea ianuenses illi qui tenebunt partem illam recognoscent dominium comitis et suorum heredum sic tamen ut partem illam libere et sine gravamine aliquo possideant. Ita ut ianuenses illi iurent meis heredibus duas partes[16] et mei heredes illis[17] terciam partem[18] salvare et fideliter defendere bona fide. Et ille navalis exercitus ianuensium postquam in expedicionem movebuntur sit securus et salvus cum omnibus sibi pertinentibus in eundo et redeundo per totum meum honorem maris et terre ubi potenciam habeam et[19] vendant et emant secure quocumque voluerint. Et quod ego aut ulla mea persona non offendam illos in aliquo set illos et sua bona fide salvabo et secundum posse meum defendam. In tota vero conveniencia suprascripta possit addi vel minui secundum quod[20] michi et consulibus[21] communis Ianue placuerit vel heredi meo per nos medipsos vel per heredes nostros. Hec omnia observabo bona fide, sine omni fraude, nisi iusto Dei impedimento remanserit aut per parabolam consulatus comunis Ianuę qui in exercitu fuerint. Et si michi forte, quod absit, aliquod impedimentum evenerit ut ego venire non possem, predictum pactum et convencionem principes[22] et comites et milites mei cum aliis meis hominibus compleant.[23]

1. *Segueix* reditu*, ratllat i* discessu *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix* p*, ratllada i* ab *afegit a la interlínia*. 3. antequam Ianuam redeatis *afegit a la interlínia*. 4. et deinde *afegit a la interlínia*. 5. cut *afegit a la interlínia*. 6. [uum] *corregeix* e. 7. h *afegida a la interlínia*. 8. sine fraude *afegit a la interlínia*. 9. *Segueix* aecclesia,

ratllat i civitas *afegit a la interlínia*. 10. ecclesia vestra *afegit a la interlínia*. 11. *Segueix* presbiteri, *ratllat*. 12. tic *afegit a la interlínia*. 13. *Segueix* et dum in exercito, *ratllat*. 14. aut si iste ... Tortuosam prendiderint *afegit a la interlínia; amb un espai de sis lletres, aproximadament, ratllat, entre* Ispania *i* Tortuosam. 15. *Espai de 50 mm, il·legible a causa del plec del pergamí que l'ha malmès*. 16. duas partes *afegit a la interlínia*. 17. *Segueix* unusquisque alteri, *ratllat i* terciam *afegit a la interlínia*. 18. *Segueix* suam, *ratllat*. 19. *Segueix* em, *ratllat, i* v, *afegit a la interlínia*. 20. *Segueix* nobis, *ratllat i* michi, *afegit a la interlínia*. 21. *Segueix* ianuensibus, *ratllat*. 22. *Segona* i *corregeix* e. 23. Hec omnia observabo ... hominibus compleant, *escrit en el text abans d'*Ille navalis … vel per heredes nostros, *amb un senyal de crida que indica l'ordre correcte*.

856

[Després de 1146]

Carta. *Els cònsols de Pisa escriuen a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, demanant-li que els ajudi a retenir allò que van obtenir amb l'ajut del seu pare i pregant-li que no ajudi els genovesos a conquerir Mallorca i Eivissa.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 22, 103 × 265 mm. Bon estat de conservació.

a DAMETO; MUT; ALEMANY, *Historia de Mallorca*, pp. 726-727.

b *CODOIN*, IV, doc. CLIV.

c PIFERRER; QUADRADO, *Islas Baleares*, doc. 7 (ed. parcial).

d GARÍ, *Carta de los cónsules*, pp. 15-16.

e RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, pp. 95-96.

f FERRER MALLOL; RIU RIU (dirs.), *Tractats*, doc. 47.

Datem d'acord amb els documents relacionats, núms. 854 i 855.

Raimundo, Dei gratia prudentissimo et honorabili comiti Barcinonię, principi et marchioni Aragone, consules Pise cum dilectione salutem. Scripsimus vobis iam multotiens qualiter in amic[itias] fuimus cum patre vestro bone memorie et quam nobis karissima fuit dum ipse viveret quomodo vel qualiter vestram volumus et desideramus honorifice retinere. In quibus sciatis nos equidem firmiter existere nec umquam cessare ac discedere velle. Ideo rogamus vos obnixe ut quicquid honoris pater vester inclitus egregię memorię, civitati nostrę iuvit acquirere, ita iuvetis nos id ipsum retinere quod inde non possimus pati aliquam capitis diminutionem. Patet evidenter vestrę quidem sagacie Valentiam a vestro patre retentam fuisse, nunc autem a saracenis possessam quam, si quis extraneus vellet opprimere, vestra ut credimus non pateretur nobilitas. Item ut noscitis vestro cum patre nos Maio-

ricam cepimus quę licet a saracenis incolitur sub vestri tamen nostrique tutela remansit que si quam sub nostri solatio pateretur iniuriam, non illorum quidem set nostrorum esset infamia. Unde si ianuenses uti didicimus prefate civitati vel Evise atque Maiorice[1] quicquam iniurie inferre temptaverint, ut vestra nobilitas in hoc sibi nec faveat, sed in quibus prevalet obsistere studeat rogamus per nimium. Nos quidem eisdem litteris frequenter ac proprio ore illud idem iam proibuimus quod sine nostrorum eorumque sanguinis effusione nequaquam fieri potest. De iniuria quam vestris a nostris quidem dixistis illatam respondimus vobis sufficienter. Unde iterato[2] scribimus exellentię vestrę ut in veritate sciatis nos quicquid potuimus inde recuperasse. Illi quidem qui rediere testati sunt se cum iustitia et pro illata sibi iniuria id quod[3] fecerant fecisse. Tamen quodcumque potuimus, ut dictum est, fecimus cum magno amore. Mittite igitur quando vobis placet pro eo quod inde iam recuperatum est. Redeuntibus enim aliis qui noxe interfuere parati erimus eos decenter recipere et ab eis omnia in integrum que iniuste acta sunt viriliter extorquere et patientibus nutu vestro nichilominus reddere amore karissimo.

1. a *afegida a la interlínia*; *entre* i *i* o, n *raspada*. 2. iterato *escrit a sobre d'una raspadura*. 3. *Segueix una lletra raspada*.

857

1147, gener, 3

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, encomana al vescomte Guillem de Guàrdia la castlania de Piera i el castell de Cabrera d'Anoia, amb la condició que, quan el comte s'avingui amb Miró Guillem per l'esmentat castell, n'obtingui una tercera part de la dominicatura, mentre que les altres dues siguin per a Guillem de Guàrdia. A canvi, aquest promet ser home soliu i fidel del comte.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 191 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac B, núm. 253), 216 × 227 mm. Bon estat de conservació.
B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 353.]
a *CODOIN*, IV, doc. XLIX.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 342.
c RUIZ-DOMÈNEC, *Quan els vescomtes...*, doc. 177.

Cit. CARRERAS CANDI, *Ciutat*, p. 266. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 40, 99.

Hec est conveniencia que est facta inter Raimundum, comitem Barchinonensem et Aragonensium principem, et Guillelmum

de Guardia, vicecomitem. In primis, comendat Raimundus comes iamdictus prephato Guillelmo ipsam castlaniam de Apiera, sicut avus eius Guilabertus Udalardi melius habuit eam et tenuit in vita sua, et donat ei omnes feuvos qui ad ipsum castrum pertinent vel pertinere debent in omnibus locis. Item comendat ei ipsum castrum de Cabrera cum omnibus terminis et pertinenciis suis, planis et montanis, pratis et paschuis et aquis, cultibus et eremis, iamdicto castro pertinentibus et donat ei omnes feuvos eidem castro pertinentes. Tali videlicet modo ut quando habuerit comes iamdictus iamdictum castrum de Cabrera affinatum et pacificatum de Mirone Guillelmi, habeat comes in ipsa dominicatura de Cabrera terciam partem et Guillelmus duas partes. Et si comes non pacificaret illud de Mirone Guillelmi, pacificet et affinet se Guillelmus de Guardia cum Mirone Guillelmi cum consilio comitis; et postmodum habeat Guillelmus ipsam dominicaturam integre et sine ulla diminucione. Propter hoc quoque donum superius comprehensum, convenit predictus Guillelmus seniori suo Raimundo, comiti supradicto, ut sit eius solidus et fidelis homo contra omnes homines et feminas, sine ullo engan; et quod adiuvet eum tenere, habere, defendere et guerreiare contra omnes homines et feminas totum suum honorem quem hodie habet vel in antea Deo iuvante acquisierit, per fidem, sine engan; et faciat ei ostes et cavalcadas, cortes et placitos et seguimenta, sicut homo debet facere suo meliori seniori; et det ei potestatem de iamdictis castris quandocumque eam requisierit, per se vel per suum nuncium vel nuncios, iratus aut pachatus, cum forifactura et sine forfactura. Predictam quoque comendacionem et donum facit comes iamdictus prescripto Guillelmo et omni sue proieniei, cui ipse Guillelmus hoc totum post obitum suum, verbis vel testamento, dimiserit.

Quod est actum III nonas ianuarii, anno X regni Leovici iunioris.[1]

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Bernardi de Belog. Sig+num Guillelmi de Subira. Sig+num Guillelmi Raimundi, senescalc.[2] Sig+num Guillelmi de Castel Vil. Sig+num Guillelmi Berengarii de Fonoiar.

Sig+num Poncii, scriptoris comitis, qui hoc scripsit die annoque prescripto.

1. Leovici iunioris *afegit a la interlínia*. 2. calc *afegit a la interlínia*.

FUNDACIÓ NOGUERA

858

1147, març, 14

Debitori. *Bernat de Palau reconeix que deu a Gandulf Mainó nou morabatins, que li promet que pagarà a la tornada del primer viatge del vaixell d'Arnau Pere dels Arcs o per la festa de Pasqua.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 192, 114 × 196 mm. Bon estat de conservació.

a GARCÍA SANZ; FERRER MALLOL, *Assegurances,* II, doc. 1.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 65. — RUIZ DOMÉNECH, *Introducción,* p. 32.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Palacio[1] debemo[2] tibi Gandulfo Maionis VIIII moabitinos bonos, iovecios et boni auri, sine engan. Et convenimus et plevimus tibi et tuo mandatario, qui per tuam utilitatem nobis demandaverit, per bonam fidem, sine tuo engan, unusquisque per totum, quod ad tornum de isto primo viatico ipsius vexelli Arnalli Petri de Archubus, reddamus tibi vel tuo mandatario, qui per tuum profectum nobis demandaverit, iamdictos VIIII moabitinos, bonos, iovecios, in auro, sine engan, ad tuum salvamentum, sine tuo dampno. Quod si ad tornum ipsius vexelli aut vexellus non redierit, non habuerimus te paccatum sine fallimento, habeamus te paccatum de tuo iamdicto debito ad primum venturum Pascha, sine tuo engan, ad tuum salvamentum, sine tuo dampno et sine aliquo interdicto.

Actum est hoc II idus marcii, anno X regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Bernardi de Palacio,[3] qui hoc laudo et firmo.[4]

Signum+ Duran. Signum+ Berengarii de Provinciana. Signum+ Arnalli subdiachoni.

Sig+num Petri subdiachoni, qui hoc scripsit, cum litteris dampnatis in linea I[a] et VIIII[a], die et anno quo supra.

1. *Segueix* et uxor mea Lambarda, *ratllat*. 2. debemus *al text*. *La forma verbal* debemus *tindria sentit sense el ratllat de la nota 1.* 3. *Segueix* Signum+ Lambarde, *ratllat, i* uxoris eius, *sense cancel·lar.* 4. laudamus et firmamus *al text*. *Les formes verbals* laudamus et firmamus *tindrien sentit sense el ratllat de la nota 3.*

859

1147, agost, 5

Empenyorament. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, empenyora al senescal Guillem Ramon, al seu germà Odó i al seu fill Guillem de Montcada la dominicatura d'Osor i de*

Santa Creu d'Horta, per raó d'un deute de quatre mil sous barcelonesos.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 3, 160 × 350 mm. Bon estat de conservació.
a *CODOIN*, IV, doc. LV.
b BISSON, *Fiscal accounts*, doc. 141.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 701, 706. — BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 66. — BISSON, *L'impuls,* p. 183.

Document cancel·lat, tal com ho indiquen els talls que s'han fet a la part central.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris quoniam ego Raimundus, comes Barchinonensis atque Aragonensium princeps, impignero tibi Guillelme Raimundi, dapifer, et fratri tuo Otoni ac filio tuo Guillelmo de Montcada totam meam dominicaturam de Osor cum omnibus terminis et apendiciis suis et totum illud de Sancta Cruce cum omnibus que ibi habeo vel habere debeo, propter quatuor milia solidorum barchinonensis monetę quos vobis debeo. Tali quoque condicione ut iamdictum pignus tandiu teneatis, possideatis et expletetis quousque ego Raimundus comes iamdictus aut mei post me successores reddam vel reddant tibi iamdicto Guillelmo Raimundi aut fratri tuo Otoni vel filio tuo Guillelmo de Montcada iamdictos quatuor milia solidos, sine omni engan. Et si moneta mutaretur vel peioraretur, reddamus tibi vel tuis iamdictis marchas argenti puri ad computum de quadraginta tribus solidis, et sic vadat de marcha in marcha. Predictum quoque pignus mito tibi iamdicto Guillelmo Raimundi et fratri tuo Otoni et filio tuo Guillelmo libere et integre, sine tuo engan, sicut melius tenuit[1] illud et habuit pater tuus Guillelmus Raimundi cum omni integritate propter iamdictos quatuor milia solidos, sicut superius est comprehensum. Si qua autem persona hoc disrumpere vel infringere te[m]ptaverit[2], nichil proficiat, set in duplo coponat. Et postmodum hoc permaneat inconvulsum.

Facta carta nonas augusti, anno XI regni Leovici iunioris.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Petri Bertrandi de Bellog. Sig+num Bernardi de Bellog. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Bertrandi de Merola. Sig+num Petri Sancti Minati.

Signum+ Poncii scriptoris comitis, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

1. tenunuit *al text*. 2. *Manca*.

FUNDACIÓ NOGUERA

860

1147, novembre, 16

Reconeixement de deute. *Bernat d'Espiells reconeix que deu a Pere Ricard seixanta sous de diners de Barcelona i dóna com a fiador Ferran. Es compromet a pagar-los per Pasqua.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 196, 113 × 180 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 98 (amb data de 1147).

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 175.

Sit notum cunctis quod ego Bernardus de Spidellis debeo tibi Petro Ricardi LX[a] solidos denariorum bonę monetę Barchinonę quos convenio tibi vel tuis paccare in prima ventura festivitate Paschali solide et libere ad tuum salvamentum, sine tuo dampno, per bonam fidem, sine tuo engan et sine aliquo interdicto. Et per quantum ex predicto debito per mortem vel per vitam vel alio quolibet modo in me falleris, dono tibi et tuis plevium donatorem Ferrandum, qui cum me et sine me tibi vel tuis attendat et compleat in predicto termino ad tuum salvamentum sine tuo dampno et sine aliquo interdicto, per bonam fidem, sine tuo engan.

Actum est hoc XVI kalendas decembris, anno XI regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Bernardi de Spidellis.

Et sunt inde testes Guillelmus Mironis tegularius et suis discipulis et Petrus Guillelmi de Provincials et Petrus Jover.[1]

1. *Manca la clausura de l'escrivà.*

861

1147

Encomanament. *Pelegrín de Castellazol encomana a Guillem Bita dues parts del castell de Forncalcher.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 199 (*olim* arm. 23 Templers, sac F, núm. 327), 131 × 166 mm. Bon estat de conservació.

Cit. ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 66.

In Christi nomine et eius gratia. Ego Peregrin de Castellazol per me et per omnes meos dono vobis Gillem Bita illo castello de Forncalcher, illas duas partes, cum illo senioriuo et cum totis

suis pertinenciis de totum quantum exierit de illas exidas de illa villa, de heremum et de populatum. Ita ut vos Gillem Bita teneatis et possideatis illo castello de Forncalcher, vos et filii vestri et omnis posteritas vestra per secula cuncta. Et vos non perdatis illo castello, vos nec vestris, si non est per tradiccione que vos nec vestris non potuissetis salvare in campo. Et de ista donacione sunt testimonias don Lop Alinz de Oz et do[n][1] Ennecho de Nabal et do[n][2] Petro Garçez de Pomar et don Pere Arnald de Sein et Almoravet de Sancta Fed.

Facta carta era M^{a}C^{a}LXXX^{a}V^{a}, regnante comes Barchinonensis et princeps Aragonensis.

Episcopus Dodo in Barbastro. Episcopus Gillem Pere in Rota. Illos seniores in Monson. Fertun Dat in Barbastro. Comes Arnau Mir in Alcoleia. Ferruiz in Oscha.

Ego Sancio, capellano de Barbastro, rogatus anc cartam scripsi[3] et hoc signum feci (*senyal*).

Signum Peregrin +.

1. *Manca*. 2. *Manca*. 3. scripsi *afegit a la interlínia*.

862

1148, març, 5

Jurament de fidelitat. *Arnau, fill de Guilla, promet fidelitat al senescal Guillem Ramon, fill d'Agnès, i al seu germà Odó; promet també que els donarà la potestat dels castells de Tudela i de Bescanó i que no els impedirà entrar i guerrejar des del castell de Cartellà o del seu terme.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 197, 105 × 340 mm. Bon estat de conservació.

Iuro ego Arnallus, filius qui fui Guisle femine, tibi domino meo Guillelmo Raimundi, dapifero, filius qui fuisti Agnetis femine, et tuo fratri Otoni, quod de ista ora in antea fidelis ero vobis de vita vestra et de omnibus membris que corpori vestro sunt iuncta; et de omni vestro honore quem hodie habetis vos aut aliquis per vos vel in antea adquisieritis per meum consilium, sicut homo debet esse de suo meliori seniore, quod non tollam illum vobis neque inde tollam, neque homo vel femina per me vel per meum consilium vel consensum; et si aliquis homo vel femina ęsseţ qui tolleret illum vobis aut inde tolleret, ego adiuvarem vos, per fi-

dem, sine engan, tenere et defendere et guerreiare contra cunctos homines vel feminas; et istud adiutorium faciam vobis, per fidem, sine engan. Et quod dabo vobis potestatem de castro Tudela et de castro Baschano per quantas vices vos mihi demandetis per vos vel per vestrum[1] nuncium sive nuncios. Et non vetabo me comonire, et nuncius sive nuncii qui ad me venerint comonendum non habebunt reguard in andare neque in venire. Iterum iuro ego prescriptus Arnallus vobis iamdictis senioribus meis Guielmo Raimundi et fratri vestro Otoni quod de ipso castro Cartiliani sive de forteda vel fortedes que ibi sunt vel in antea erunt vel infra parroechiam et terminos Sancti Felicis Cartiliani, ego Arnallus nec ullus homo per me neque per meum consilium neque per meum ingenium umquam in perpetuum non devetem vobis inde exitum et introitum et guerreiare contra cunctos homines vel feminas per quantas vices volueritis ibi intrare et exire; et quod inde non exiat aut veniat vobis ullum dampnum. Et si exierit aut venerit aliquod dampnum vobis inde, habuissem illud restitutum vobis infra XXX[a] dias quod vos me ammoneretis, per fidem, sine engan, sicut vos feceritis mihi iudicare per directum. Et sicut superius scriptum est, sic tenebo et atendam ego Arnallus vobis iamdictis senioribus meis Guielmo Raimundi et fratri vestro Otoni, per fidem, sine engan. Per Deum et hec sancta.

Acto sacramento[2] III nonas marcii, anno XI regni Ledovici regis iunioris.

Sig+num Arnalli, qui hoc sacramentum fecit Guielmo Raimundi et Otoni fratri suo.

1. [r] *afegida a la interlínia*. 2. *Segueix* I, *raspat*.

863

1148, març, 5

Donació. *Pere de Vilagelans, amb el consentiment de la seva mare Ramona i dels seus germans Guerau, Guillem i Ponç, dóna a l'orde del Temple un mas situat a Santa Maria de Manlleu, al lloc anomenat* Figeiras*; a canvi, l'orde li defineix un mas situat a Sant Esteve de Vila-setrú, al lloc anomenat* Coma*, i li afegeix cinquanta sous barcelonesos*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 198, 162 × 278 mm. Estat de conservació regular a causa d'una taca d'humitat que afecta la part superior i d'algunes petites mutilacions als marges superior i esquerre.

[No]tum sit cunctis hominibus, tam presentibus quam futuris, q[uo]d ego Petrus de Villa Gelans dono milicie Templi mansum unum quod[1] tenet Guuillelmus[2] Ermengaudi de Conamina, quod dedit michi mater mea per hereditatem. Ideoque ego et mea mater, nomine Raimunda, et fratres mei Geralldus et Guuilelmus[3] atque Poncius damus istum supradictum mansum prescripte milicie Templi ut semper teneant et habeant solidum et liberum et faciant quicquid voluerint. Et est in comitatu Ausone, in parochie Sancte Marie de Mesleu, in loco qui vocatur Figeiras. Et affrontat ab oriente in alodium Bernardi Mangoni, de meri[di]e[4] in alodio prescripte Sancte Marie, de occiduo in alodium Bernardi de Tenis,[5] de circio in alodium de Terres. Sicut prescripte affrontaciones includunt, sic damus prescriptum mansum cum exitibus et regressibus suis, sine ulla retinencia, prescripte milicie. Et propter hoc donum, prescripti milites deffinierunt michi Petro ipsum mansum quod fuit Petri de Terrada, quod est in parochia Sancti Stephani de Villa Setrudis, in loco qui vocatur Coma, et quinquaginta solidos Barchinonensis monete insuper michi dederunt. Hoc donum scilicet fuit factum et diffinicio in presentia domni episcopi Petri Ausonensis sedis et Berengarii Ermengaudis, canonici Sancti Petri, et in manu militum prescripte milicie, videlicet Berengarii de Ruera et Berengarii de Sancto Vicencio[6] et aliorum multorum homminum. Si quis hoc disrumpere voluerit, non prevaleat, set in duplo componat. Et hec carta firma remaneat.

Actum est hoc III[a] nonas marcii, anno XI[o] rege Lodovico prole Lodovici.

Sig+num Petri de Vila Gelans, Sig+num Raimunde,[7] Sig+num Geraldi, Sig+num Guillelmi, Sig+num Poncii, nos qui hoc donum facimus et firmamus et firmare rogamus.

Sig+num Berengarii de Ruera, Sig+num Berengarii de Sancto Vincencio, qui hoc donum recipimus et prescriptam diffinicionem facimus.

Sig+num Berengarii de Gragana. Sig+num Guillelmi Ermengaudi. Sig+num Cervionis. Bernardus*, sacerdos Ville Leonis (*senyal*). Petrus*, Dei gratia Ausonensis episcopus (*senyal*). Berengarius* sacriscrinius +.

Arnaldus, presbiter et monachus, qui hoc scripsit die et anno quo supra +.

1. d *amb el signe d'abreviació corregeix* ue. 2. i *afegida a la interlínia*. 3. i *afegida a la interlínia*. 4. *Manca*. 5. n *corregeix* h. 6. o *corregeix* i. 7. *Segueix* sig+num*, sense cancel·lar*.

864

1148, abril, 26

Donació remunerada. *Ramon Bernat de Gurb, la seva esposa Saurina i els seus fills Bernat, Ramon i Berenguer donen a l'orde del Temple una feixa de terra a Granollers de la Plana, al lloc anomenat Dosz. Reben a canvi un asberc i unes braoneres.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 37, núm. 200, 148 × 234 mm. Bon estat de conservació.

In Dei eterni nomine. Ego Raimundus Bernardi de Gurb simul cum uxore mea Saurina et cum filiis nostris Bernardo, Raimundo atque Berengario donatores sumus Deo et Milicie Iherosolimitane, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum, honorem quem abemus in comitatu Ausone, in parroechia Sancti Stephani Granolers, videlicet fexa una de terra qui est ad ipsas Dozs, quem habet Bernardus pro nobis. Et advenit nobis predicta fexa per voces parentorum nostrorum sive per qualicumque voces. Abet autem prelibata fexa affrontationes, a parte orientis in honore ipsius Milicie, a meridie in feragenal de Guillelmi Comba, a parte occidentis in honore iamdictæ Milicie, a parte vero circi in rego de Dozs, qui discurrit a prato, et in ipsa tenedo quem tenet Guillelmi Comba. Baiuliam quam ibi requirebamus, simili modo difinimus sepedicte milicie, pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum. Et pro hoc dono accipimus ab ipsis militibus unum alsberget bonum et unas[1] bradoneras. Et nos semper erimus adiutores et defensores et faciemus illis guarentiam contra cunctos homines. Si quis hoc frangere voluerit, in duplo componat.[2] Et ego iamdictus Raimundus Bernardi cum iamdicta uxore mea et cum prescriptis filiis meis, hoc donum et anc evacuationem facimus tibi Berengario de Sancto Vincencio, magistro Milicie, tibi et omnibus successoribus tuis in perpetuum.[3]

Actum est hoc VI kalendas mai, anno XI regnante rege Ledovico iuniore.

Sig+num Raimundus Bernardi, Sig+num Saurine, Sig+num Bernardi, Sig+num Raimundo, Sig+num Berengarii, nos qui ista karta fecimus et firmamus firmarique rogavimus. Sig+num Petrus Geraldi clerici.

Guillelmus levita, qui hoc scripsit, cum III[bus] lineis additis post firmatores, die et anno quo (*senyal*) supra.

1. a *corregeix* e. 2. Si quis hoc frangere voluerit, in duplo componat *escrit al text a continuació de la data*. 3. Et ego iamdictus Raimundus Bernardi... et omnibus

successoribus tuis in perpetuum *escrit al text entre la subscripció de Berenguer i la del clergue Pere Guerau.*

865

1148, maig, 20

Encomanament. *Bertran de Merola encomana a Ramon de Dosrius el castell de Güells i li dóna l'equivalent a una cavalleria i mitja de terra sobre el delme de l'església de Sant Andreu de Tona i el feu de Canal, tal com ho tenia el seu pare Bermon Miró. Li afegeix una tercera part dels plets, altres drets del castell, encara que aquest sigui traslladat al lloc anomenat Floriac, i diversos béns a Sant Vicenç de Torelló. A canvi, Ramon de Dosrius promet ser home fidel i soliu de Bertran i li paga cinquanta morabatins.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat de l'11 de gener de 1287. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 201 (*olim* arm. 9 Vic, sac G, núm. 307), 242 × 292 mm. Bon estat de conservació.

Hec[1] est conveniencia facta inter Bertrandum de Merola et Raymundum de Duobus Rivis. Comendat namque Bertrandus Raymundo predicto kastrum quod nominat Guadels, tantum quod Raymundum ibi habeat vel quantum habere debet in predicto castro. Et donat iamdictus Bertrandus prefato Raymundo in predicto castro ut faciat ibi suas proprias domos et stet ibi quantum voluerit stare. Insuper autem donat ei Raymundo cavalleriam unam terre et mediam in decimo Sancti Andree de Tonna et in loco quem nominat Canal, tantum quantum ibi habet vel tenet, qui est ex fevo Guadellis. Et totum istum donum quod tibi habeo factum erat castlaniam de Braymundo[2] Mironis patre tuo. Et insuper donat ei terciam partem de universis illis placitis qui sint de iamdicta castlania et de universis illis hominibus qui in illa honore intraverint vel exierint, terciam partem de qualicumque avere inde exeat; et quartanum unum cibarie et palia et ova et caseos; et donat ei universis estacamentis de illa honore et ut placitet cum suo baiulo; et de totum illum avere quod de illis placitis exierit, ut habeat predictum Raymundum terciam partem et senior Bertrandum duas partes. Et si iamdictum castrum fuerit transmutatum in loco quod Floriag nominant, quod habeat ibi ut dictum est superius. Et propter hoc superius dictum, convenit prefatus Raymundus predicto Bertrando ut ei donet potestatem de predicto castro quantum vices voluerit accipere per se vel

per suum nuncium aut uxori eius Beatrici, iratus atque placatus; et quod faciat custodire fideliter quando mandaverit.[3] Iterum convenit ei ut faciat[4] servicium de suis militibus qualis potuerit habere; et si noluerit facere, ut adiuvet ei sicut melius potuerit, absque malo ingenio; et tantum quantum habuit in dominio, ut serviat iamdicto Bertrando sicut valeat. Post obitum Bertrandi et uxoris eius Beatricis, Raymundus predictus et filii eius attendant Berengario filio eorum. Iterum donat Bertrandus predictus prefato Raymundo ffevum de villa quod est in parrochia Sancti Vincencii de Taurilione, videlicet mansum de Arnallo Ysarni et de Petro Pelet cum suo manso atque Guillelmo Dot et quod Bernardus de Viver tenet atque Bernardus Marcus tenet ac trilea quod tenet Petrus Lebast sive hoc quod habet in orto de Lavador et ipsum fevum quod Geraldus Ebrini tenebat per Petrum Reembal et sacrarium Bernardi de Riera. Hoc totum quod est in parrochia Sancti Vincencii de Lauriana dono tibi sicut ego habeo nec homines per me; atque mansum de Tonna quod tenet Petrus de Villar cum suis pertinenciis. Et si iamdictum mansum non potuerit guarire, ut emendet predicto Raymundo mediam cavaleriam terre, de Bisaura usque ad Senteles et Sancto Ylario de Calmo donec ad Gurbum. Et propter hoc superius dictum, convenit preffatus Raymundus iamdicto Bertrando et uxori ac filio predictis ut sit fidelis eorum de corporibus et de membris que in eis tenent; et adiuvet eis tenere et habere omnem honorem illorum quem hodie habent et in antea per suum consilium adquisierint; et faciat curtes eis et placita et sequimenta; et sit suus homo sicut homo debet esse de suo seniore meliori; et faciat hostem cum cibo Bertrandi; et in ista hoste, nisi noluerit Bertrandus deducere, ut prestet unum equum aut mulum bonum. Et Raymundus non faciat hostem donec Bertrandus vel filius eius reddant ei XL[a] morabetinos in equos aut in mulos qui valent ad precium auri. Propter hoc vero donum accepit Bertrandus de Raymundo L morabetinos in auro. Et omne hoc superius dictum attendant Raymundus et filii eius post obitum Bertrandi et uxoris eius Bertrando filio eorum.

Actum est hoc XII kalendas iunii, anno XI regni regis Leodoyci iunioris.

Sig+num Bertrandi, Sig+num Beatricis, Sig+num Bertrandi, Sig+num Berengarii, qui hoc facimus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Raymundi Duobus Rivis. Sig+num Raymundi, filii eius. Sig+num Berengarii Duobus Rivis. Sig+num Raymundi de

Sallisffores. Sig+num Bernardi Gomballi. Sig+num Guadalli de Curul. Sig+num Bernardi de Lauriana.

Petrus sacerdos, qui hoc scrip[sit].[5]

1. B *comença:* Hoc est translatum cuiusdam conveniencie per alffabetum divisa que sub istis continetur verbis. 2. *Possiblement en lloc de* Bremundo. 3. *Entre* d *i* a, cu *expuntuat*. 4. faciat *afegit a la interlínia*. 5. *Manca*. — B *acaba:* Sig(*senyal*)-num Petri de Podiolo sacerdotis, notarii publici auctoritate domini Vicensis episcopi, qui hoc translatum fideliter translatavit, cum literis dampnatis in XI[a] linea, ubi dicitur mandaverit, et cum diccione apposita ubi dicitur faciat in XII[a] linea, et cum diccione in raso posita in XVIII[a] linea ubi dicitur donec, III[o] idus ianuarii, anno Domini millesimo CC[o] LXXX[o] sexto et clausit die et anno quo supra.

866

1148, maig, 25

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, dóna a Ermengol VI, comte d'Urgell, la ciutat de Lleida en feu i el domini sobre la tercera part d'aquesta. Li dóna també els castells d'Ascó, Aitona i Albesa, un burgès i un jueu a Barcelona, i li promet mil morabatins de les paries cada any. A canvi, Ermengol VI es fa home fidel i soliu del comte de Barcelona.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 202 quintupl. (*olim* arm. 3 Lleida, sac A, núm. 18), 208 × 337 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 202 dupl., 211 × 339 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació malgrat les taques d'humitat que enfosqueixen la cara escrita del pergamí.

B Còpia imitativa coetània. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 202 sextupl. (*olim* arm. 16 Urgell, sac P. núm. 302), 200 × 240 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior f. 152.]

D Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 202 (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 176), 356 × 277 mm. Bon estat de conservació.

E [Còpia de la segona meitat del segle XII perduda.]

F Còpia del final del segle XII o principis del XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 202 octupl. (*olim* arm. 30 Testaments Reials, sac R, núm. 40), 351 × 278 mm. Bon estat de conservació.

G Còpia del final del segle XII o principis del XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 202 nonupl. (*olim* arm. 3 Lleida, sac A, núm. 71), 161 × 409 mm. Bon estat de conservació.

H Còpia de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 202 tripl. (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 227), 220 × 406 mm. Bon estat de conservació malgrat l'existència de quatre forats de mida decreixent, d'esquerra a dreta, a la part central del pergamí.

I Trasllat de l'1 de febrer de 1259. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 202 septupl. (*olim* arm. 16 Urgell, sac A, núm. 76), 349 × 341 mm. Bon estat de conservació malgrat els estrips als marges i algunes petites taques d'humitat.

J Trasllat del 21 de maig de 1266. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 202 quadrupl. (*olim* arm. [16] Urgell, sac N, núm. 176), 368 × 290 mm. Bon estat de conservació.

K Còpia del segle XVII. ACA, Monacals, Sant Joan de Jerusalem, Cartulari de Gardeny, fol. 11, núm. 9.

a *CODOIN*, IV, pp. 126-129.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 161.

c *Catalunya romànica*, XXIV, p. 46.

d SAROBE, *Diplomatari de Gardeny*, doc. 17.

Cit. MIRET, *Cartoral dels Templers*, p. 8. — MIRET, *Les cases de Templers*, p. 66. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 29, 40. — GARCÍA I BIOSCA, *Els orígens*, pp. 59 i 214. — KOSTO, *Making agreements*, p. 99.

A l'aparat crític únicament es tenen en compte les variants de l'original *A*', l'inici i el final dels trasllats *I* i *J*, les clausures dels diferents exemplars i un fragment del text que ometen les còpies *D* i *H* i el trasllat *I*.

Hec[1] est conveniencia que est facta inter Raimundum, comitem Barchinonensem, et Ermengaudum, comitem Urgellensem. Donat itaque prephatus comes Barchinonensis predicto comiti Urgelli[2] per fevum civitatem Ilerdam cum omnibus terminis suis, videlicet de termino de Iabud usque ad terminum de Corbinis. Et donat ei terciam partem tocius Illerde[3] et termini eius in omnibus rebus in dominio, retentis duabus partibus sibi in omnibus. Et dat eidem civitati terminos suos in omnibus locis ubicumque debet habere, exceptis terminis castellorum. Et comes Urgellensis de ista sua tercia parte possit dare quantum voluerit et cui voluerit. Similiter comes Barchinonensis de duabus partibus suis possit dare quantum voluerit et cui voluerit. Et comes Barchinonensis in duabus partibus suis donet Milicie Templi Iherosolimitani illam quintam partem quam ipsa Milicia debet habere de tota civitate Ilerdę[4] et de terminis eius in omnibus. Et in illa quinta parte iamdicta ipsius Milicię comes Urgellensis aut ullus[5] homo per eum non habeat ullum senioraticum neque ullum districtum aliquo modo. Et comes Barchinonensis pro illo senioratico de illa quinta parte prenominatę Milicię facit emendam comiti Urgellensi ipsum castrum[6] d·Ascho[7] tali modo ut comes Barchinonensis comendet comiti Urgellensi ipsum castlanum. Et in illas ostes et cavalcadas ubi fuerit comes Urgelli[8] cum comite Barchinonensi sit ipse castlanus ibi cum comite Urgeli cum militibus suis; et in illas ostes et cavalcadas ubi non fuerit comes Urgelli[9] cum comite Barchinonensi vadat ipse castlanus cum comite Barchinonensi cum militibus ipsius castri.

Et quandocumque requisierit comes Barchinonensis potestatem ipsius castri de Azcho per se aut per nuncios suos, iamdictus comes Urgelli donet ei potestatem ipsam, sine engan, iratus aut pachatus; et si comes Urgelli[10] ibi non esset, ipse castlanus donet ei ipsam potestatem, iratus vel pachatus, quandocumque eam requireret comes Barchinonensis per se vel per suos. Et donat ei comes Barchinonensis in Azcho, videlicet comiti Urgellensi,[11] duos homines in dominio. Et comes Barchinonensis mitat castlanum in predicta civitate Ilerde et collocet eum de duabus partibus suis. Et ipse castlanus habeat senioraticum in tota civitate Ilerdę et in omnibus supradictis terminis eius, excepto in illa quinta parte supradicta prephatę Milicię. Et totum ipsum senioraticum quod ibi habuerit castlanus et quiquid ei dederit comes per castlaniam habeat hoc totum solide et libere per comitem Urgellensem. Si autem de predicto castlano venerit in adapertura, comes Urgelli[12] mitat ibi castlanum ad suam voluntatem. Et comes[13] Urgellensis donet potestatem de predicta civitate Ilerde comiti Barchinonensi, iratus vel pachatus, quociescumque[14] eam quesierit per se vel per nuncios suos. Adhuc autem, prelibatus comes Barchinonensis donat prenominato comiti [Urgellensi][15] ipsum castrum de Ceidona cum omnibus terminis suis ad suum proprium alodium, ad faciendum voluntatem suam. Iterum donat ei ipsum castrum de Albella cum omnibus terminis suis ad proprium alodium, ita videlicet ut Petrus de Stopana habeat illud per comitem Urgellensem sicut habebat per comitem Barchinonensem. Item predictus comes Barchinonensis convenit prenominato comiti Urgellensi quod emendet ei bergeda de Tortosa usque Ilerdam cum consilio procerum suorum et procerum comitis Ermengaudi qui hoc per bonum laudaverint. Et comes Urgellensis habeat ipsam emendam per comitem Barchinonensem per fevum. Et de castellis de ipsa emenda donet potestatem comiti Barchinonensi quociescumque quesierit[16] eam, per se aut per nuncios suos, iratus aut[17] pachatus.[18] Iterum convenit predictus comes Barchinonensis ipsi comiti Urgellensi quod donet ei singulis annis mille morabetinos, quingentos ad festum sancti Michaelis et quingentos ad Pascha, usquequo capiatur Ilerda. Et si forte, quod absit, pacem fecerit cum Ilerda, donet ei terciam partem de ipsa paria quam inde habuerit[19] et cadant mille morabetini; quod si tercia pars non sufecerit[20] ad mille morabetinos, compleat ei[21] de suo quod defuerit comes Barchinonensis. Et comes Barchinonensis donat ei in Barchinona unum burgensem, videlicet capud mansum Petri Costancii, cum ipso qui tenet illud, et unum iudeum[22]

nomine Santo. Propter hec quoque dona superius comprehensa et propter istos fevos prenominatos, convenit predictus comes Urgelli comiti Barchinonensi quod sit inde[23] propter hoc suus solidus, sicut homo debet esse de suo meliori seniore. Et quod inde faciat ei ostes et cavalcatas, et cortes et placita et sequimenta, quando ipse iusserit,[24] de suo corpore, cum hominibus quos tenebit[25] de honore eius et cum hominibus suis de Urgello, sicut homo debet facere suo meliori seniori.[26] Et quod faciat per eum pacem et guerram sarracenis et christianis, de se et de suis hominibus et de sua terra.[27] Et quod faciat ei fidelitates per sacramenta de suo corpore et de suo honore et de tenendo isto placito.

Facta carta conveniencię VIIIº[28] kalendas iunii, anno Dominicę Incarnacionis millessimo CºXLVIII[29] regnique Ledovici regis[30] anno XI.

Signum+ Raimundi comes. Sig+num Ermengaudi* comes (*senyal*).

Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Bernardi de Bellog.[31] Sig+num Berengarii Arnalli de Anglerola. Sig+num Arnalli de Ponts.

Signum+ Poncii scriptoris, qui hoc scripsit, rasis literis et emendatis in linea XIIIª et XIIIIª, die annoque prescripto.[32]

1. I *comença:* Hoc est translatum fideliter factum kalendas febroarii, anno Domini MºCCºLºVIIIº, tenor cuius talis est. — J *comença:* Hoc est translatum bene et fideliter factum XIIº kalendas iunii, anno Domini MºCCºLXº sexto, sumptum a quodam instrumento quod sic continetur. 2. Urgellensi A'. 3. Ilerde A'. 4. *No es tenen en compte les variants que afecten únicament la ę.* 5. Urgellensis aut u *escrit a sobre d'una raspadura* A'. 6. ipsum castrum *escrit a sobre d'una raspadura* A'. 7. d·Azcho A'. 8. Urgeli A'. 9. Urgeli A'. 10. Urgelli *afegit a la interlínia*. 11. Urgeli A'. 12. Urgelli *afegit a la interlínia;* Urgeli A' *i* I. 13. Et comes *escrit a sobre d'una raspadura*. 14. quocienscumque A'. 15. [Urgellensi] *escrit a sobre d'una raspadura*; Urgelensi A'. 16. requisierit A'. 17. vel A'. 18. *Al text* quesierit eam iratus aut paccatus, per se aut per suos nuncios *amb un senyal d'avís que indica l'ordre*. 19. e, *afegida a la interlínia, corregeix* [o]. 20. suffecerit A'. 21. ei *afegit a la interlínia* A'. 22. *La primera* u *afegida a la interlínia* A'. 23. inde *omet* A'. 24. e *afegida a la interlínia corregeix* [c]. 25. ebit *afegit a la interlínia, volat a* et, *expuntuat*. 26. et quod inde faciat ei ostes et cavalcatas, et cortes et placita et sequimenta, quando ipse iusserit, de suo corpore, cum hominibus quos tenebit de honore eius et cum hominibus suis de Urgello, sicut homo debet facere suo meliori seniori *ometen* D, H *i* I. 27. terra sua A'. 28. VIII A'. 29. CXLVIII A'. 30. regis *afegit a la interlínia* A'; regis iunioris A'. 31. Belog A'. 32. Signum+ Poncii scriptoris, qui hoc scripsit rasis literis et emendatis in linea Vª et VIª, die annoque prescripto A'. — Sig+num Poncii, qui hoc translatum scripsit, rasis litteris et emendatis in linea VIIª et XVIª B. — D, *en lloc de la clausura de l'escrivà Ponç, anota:* Sig+num Iohannis, capellani ecclesie Sancti Iohannis de Montson, qui hanc cartam translatavit. — F, *en lloc de la clausura de l'escrivà Ponç, anota*: Sig+num de Andreo scriptor, qui hoc translatavit. — G *clausura el document tot indicant:* Signum+ Poncii scriptoris, qui hoc scripsit die et annoque prescripto. — H *clausura el document tot indicant:*

Sig+num Poncii scriptoris, qui hoc scripsit. — I *acaba:* B. de Balagario hanc cartam translatavit et hoc sig(*senyal*)num fecit. — J *omet la clausura de l'escrivà Ponç i acaba el trasllat:* Ego Raimundus sacerdos, iussione magistri Petri de Rovera, hanc transtuli ut verius potui (*senyal*). Sig+num Poncii de Bioscha, publici notarii Ilerdensis, qui hec pro teste subscribo. Sig+num Petri de Laurentio, notarii publici Ilerdensis, subscribentis ut testis. Sig(*senyal*)num Guillelmi Sala, notarii publici Ilerdensis, qui hoc transcripsit cum supraposito in XII[a] linea ubi dicitur *castri*.

867

[c. 1148, maig, 25]

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, dóna al comte d'Urgell Ermengol VI la ciutat de Lleida en feu, excepte la cinquena part de la ciutat que cedeix a l'orde del Temple. El comte de Barcelona nomenarà i dotarà el castlà, que tindrà el càrrec pel comte d'Urgell. En compensació de la cinquena part de la ciutat donada al Temple, Ramon Berenguer IV dóna a Ermengol VI el castell d'Ascó. Ermengol VI promet atorgar-li la potestat de la ciutat sempre que li demanin.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 5 (*olim* arm. 16 Urgell, sac N, núm. 174), 228 × 300 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

a *CODOIN*, IV, doc. 140, pp. 329-331.

Cit. ERITJA, *Estructuració feudal*, p. 298.

Considerem que aquest text és l'esborrany de la convinença definitiva feta el 25 de maig de 1148 entre Ramon Berenguer IV i Ermengol VI. Les coincidències entre un document i l'altre són gairebé absolutes. Vegeu el document anterior, núm. 866.

Hec est memoria de placito quod faciunt et concedunt inter se Raimundus, comes Barchinonensis, et Ermengaudus, comes Urgellensis. Donat itaque prephatus comes Barchinonensis predicto comiti Urgellensi, excepta quinta parte quam donat Milicię Templi Iherosolimitani, civitatem Ilerdam per fevum cum tercia parte dominicaturę de omnibus rebus, retentis sibi duabus partibus, cum terminis eiusdem civitatis, scilicet de terminis de Iabud usque ad terminos de Corbinis. Et in omnibus locis ubicumque habere debet, dat ei terminos suos, exceptis terminis castellorum. Et comes Urgellensis de ista sua tercia parte possit dare quantum voluerit et cui voluerit. Similiter comes Barchinonensis de duabus partibus suis possit dare quantum voluerit et cui voluerit. Et comes Barchinonensis mitat castlanum in predicta civitate et collocet eum de duabus partibus suis. Et ipse castlanus habeat senioraticum in

tota civitate et in omnibus supradictis terminis eius, excepto in illa quinta parte supranominate Milicię. Et totum ipsum senioraticum quod ibi habuerit castellanus et quiquid ei dederit comes per castlaniam habeat hoc totum solide et libere per comitem Urgellensem. Si de predicto castlano venerit in adopertura, comes Urgellensis mitat ibi castlanum ad suam voluntatem. Et comes Urgellensis donet protestatem de predicta civitate Illerdę comiti Barchinonensi, iratus vel pachatus, quocienscumque eam quesierit per se vel per nuncios suos. Adhuc autem prelibatus comes Barchinonensis donat prenominato comiti Urgellensi ipsum castrum de Ceidona, cum omnibus terminis suis, ad suum proprium alodium, ad faciendum voluntatem suam. Similiter donat ei ipsum castrum de Albella, cum omnibus terminis suis, ad proprium alodium, ita videlicet ut Petrus de Stopanano habeat illud per comitem Urgellensem sicut habebat per comitem Barchinonensem. Et comes Barchinonensis pro illa quinta parte quam donat supradictę Milicię Templi facit emendam comiti Urgellensi ipsum castrum de Ascho, tali modo ut comes Barchinonensis comendet comiti Urgellensi ipsum castlanum. Et in illas ostes vel cavalcadas ubi fuerit comes Urgelli cum comite Barchinonensi, sit ipse ibi castlanus cum comite Urgelli cum militibus suis. Et in illas ostes vel cavalcatas ubi non fuerit comes Urgelli cum comite Barchinonensi, vadat ipse castlanus cum comite Barchinonensi cum militibus ipsius castri. Et comes Barchinonensis quandocumque requisierit potestatem ipsius castri de Ascho per se aut per nuncios suos, iamdictus comes Urgelli donet ei ipsam potestatem sine engan, iratus aut pachatus. Et si comes Urgelli ibi non esset, ipse castlanus donet ei ipsam potestatem, iratus aut pachatus, quandocumque comes Barchinonensis requisierit eam per se vel per suos. Et donat ibi comes Barchinonensis duos homines comiti Urgellensi in dominio. Et convenit predictus comes Barchinonensis pretaxato comiti Urgellensi quod emendet ei bergeda de Tortosa usque Ilerdam cum consilio procerum suorum et procerum ipsius comitis Ermengaudi, qui hoc per bonum laudaverint. Et comes Urgellensis habeat ipsam emendam per comitem Barchinonensem per fevum. Et de castellis de ipsa emenda donet potestatem comiti Barchinonensi quocienscumque quisierit eam, iratus aut pachatus, per se vel per nuncios suos. Et convenit predictus comes Barchinonensis ipsi comiti Urgellensi quod donet ei singulis annis mille mohabetinos, D^{tos} ad festum Sancti Michaelis et D^{tos} ad Pascha, usquequo capiatur Ilerda. Si forte, quod absit, cum Ilerda pacem fecerit, donet ei terciam partem de

ipsa paria quam inde habuerit et cadant mille moabetini. Quod si tercia pars non suffecerit ad mille moabetinos, compleat ei de suo quod defuerit comes Barchinonensis. Et donet ei in Barchinona unum burgensem, videlicet caput mansum Petri Constancii cum ipso qui tenet illud, et unum iudeum nomine Santo. Propter hec dona superius scripta et propter istos fevos prenominatos, predictus comes Urgellensis convenit prephato comiti Barchinonensi quod sit inde suus solidus sicut homo debet esse de suo meliori seniore; et quod inde faciat ei ostes et cavalcatas et cortes et placita et sequimenta quando ipse iusserit de suo corpore cum hominibus quos tenebit de honore eius et cum hominibus suis de Urgello, sicut homo debet facere suo meliori seniori, et quod faciat per eum pacem et guerram sarracenis et christianis de se et de suis hominibus et de sua terra; et quod faciat ei fidelitates per sacramenta de suo corpore et de suo honore et de tenendo isto placito.

868

1148, maig, 28

Donació. *Guillem de Balenyà i la seva esposa Dolça donen a l'orde del Temple una peça de terra d'alou, situada a Balenyà.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 203, 99 × 222 mm. Bon estat de conservació.

In Christi nomine. Ego Guillelmus de Balaniano et coniux mea Dulcia, propter Deum et remedium animarum nostrarum ac parentum nostrorum, damus domino Deo et Milicie Iherosolimitane unam peciam alodii franchi quam habemus in comitatu Ausone, in parroechia Sancti Fructuosi de Balaniano. Et affrontat ab oriente in alode Sancte Marie Stagni, de meridie in alode Sancti Petri Vici, de occiduo in alode de ipsa albergeria, de circi in alode Guillelmi de Passarello et Bernardi de Riera. Quantum habemus et habere debemus infra istis afrontationibus,[1] totum presentialiter prenominate damus Militie et de nostro iure in potestate illius mittimus, ad illorum voluntatem faciendam amodo et in evum. Et si quis hoc donum disrumpere voluerit, facere nullo modo possit, sed primitus ira Dei incurrat et a liminibus Sancte Dei æclesie segregatus sub anathema maneat donec predicte mansioni et eius militibus satis, ut sacrilegus, faciat et coactus in triplo illis componat. Et in antea hoc donum omni tempore maneat firmum.

Actum est hoc V kalendas iunii, anno XI regni regis Ludovici iunioris.

Sig+num Guillelmi, Sig+num Dulcie, qui hoc donum fecimus et firmavimus et firmari fecimus.

Sig+num Guillelmi, Sig+num Bernardi, Sig+num Petri, Sig+num Raimundi, Sig+num Poncii, Sig+num Ermesinde, Sig+num Guillelme, nos filii et filie predictorum datorum, qui hoc laudamus et firmamus.

Sig+num Petri de Aquilar. Sig+num Guillelmi de Edris. Sig+num Petri Berenger Sancte Eugenie.

Berengarius scriba, qui hoc scripsit, cum literis suprapositis in IIII linea, die et anno quo (*senyal*) supra.

1. infra istis afrontationibus *afegit a la interlínia*.

869

1148, maig, 29

Permuta. *Pere de Sarrovira i Berenguer de Sant Vicenç, cavallers templers, permuten amb Guillem de Balenyà, la seva esposa Dolça i els seus fills, un mas a Balenyà, que Guillem i els seus tenien empenyorat, per una coromina, al lloc anomenat* Podi Olrig, *també a Balenyà*.

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 204, 175 × 222 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI, *Orígenes*, p. 575. — SHIDELER, *Els Montcada*, p. 157.

Sciant cuncti presentes atque futuri quod ego Petrus de ipsa Ruira et Berengarius Sancti Vincentii, milites militie Templi Iherosolimitani, consilio et voluntate fratrum nostrorum excomutamus tibi Guillelme de Balaniano et coniugi tue Dulcie et tote vestre proieniei ipsum mansum qui est in predicta parroechia Sancti Fructuosi, quem vos usque nunc tenuistis in pignore, ex quorum manu nos redemimus, quem vobis nunc excomutamus, cum omnibus suis terminis et affrontationibus et cum ingressibus et regressibus suis, propter ipsam condaminam quam habetis in parroechia predicta Sancti Fructuosi, secus Podi Olrig. Et affrontat ab oriente in torrentem Valle Orsaria, qui descendit de prato Stevanello, de meridie in strata per qua pergitur de Podi Olrig ad Sanctam Co-

lumbam, de occiduo intus in rivum de ipsa Nod, qui descendit per ipsa Borbota, de circi in alode qui fuit Mironis Rigualli et suorum heredum. Quantum iste affrontationes includunt, totum ego Guillelmus et coniux mea Dulcia vobis iamdictis et tote militie vestre mansioni excomutamus, ad vestrum proprium et francum alodium, cum ingressibus et regressibus suis, propter predictum mansum quem vos nobis liberastis presentialiter. Et nos similiter vobis liberamus prenominatam condaminam presentialiter, sicut superius est scriptum, ad vestrum libitum et fratrum vestrorum. Advenit autem mihi Guillelmo de Balaniano predicta condamina per excomutationem quam fecit Petrus Raimundi de Taradello Berengario Ermengaudi patri meo propter ipsum mansum quem illi pater meus dedit in terminio castri de Kazano, sicut est scriptum in carta excomutationis quam ego vobis dedi. Est autem predicta condamina alode francum. Si quis autem istam nostram excomutationem in aliquo infregerit, quicquid infregerit in quadruplum restituat. Et in antea firma et stabilis permaneat.

Que est facta IIII kalendas iunii, anno XI regni regis Ludovici iunioris.

Sig+num Petri de ipsa Ruira, Sig+num Berengarii de Sancto Vincencio, Sig+num Guillelmi de Balaniano, Sig+num Dulcie, nos qui hanc excomutationem fecimus et firmavimus et firmari fecimus.

Sig+num Guillelmi, Sig+num Bernardi, Sig+num Petri, Sig+num Raimundi, Sig+num Poncii, Sig+num Ermesinde, Sig+num Guillelme, nos, filii et filie, qui hoc laudamus et firmamus.

Sig+num Petri de Aquilar.[1]

Berengarius scriba, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. *Segueix* Sig+num, *repetit dues vegades*.

870

1148, juliol, 7

Establiment. *Pere de Berga estableix als esposos Pere Ramon i Ermessenda, al seu fill Ramon i a l'esposa d'aquest, Ermengarda, i als seus descendents l'alou que té a Circuns, a canvi d'un cens de mig quart i mitja tasca per les collites i la tasca i un porc per la resta de l'alou.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 215 (*olim* arm. 10 Manresa, sac de Santa Agnès, núm. 2), 66 × 516 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes*, I, p. 65.

Sit notum cunctis quoniam ego Petrus de Berga dono tibi Petro Raimundi et coniugi tue Ermesendi et filio vestro Raimundo et coniugi eius Ermengardi et vestre posteritati ipsum totum meum directum de ipso alaudio quod ego abeo vel abere debeo in Cerchuns et de ipsa era in avalle usque ad torrentem, sicut charrera[1] dicit. Vos, qui estis acceptatores, donetis mihi et meis dubitantibus, vos et vestra posterita, de toto expleto quod ibi Deus dederit, medietatem quart et medietatem tascha; et de toto illo alaudio[2] qui remanet donetis tascha. Et ego Petrus Raimundi et mulier mea et filio meo et mulier eius et tota mea omnia quod abeo ne in antea Deus me dederit sit in baiulia de te domno Petro et de tuis dubitantibus; et mantineas nos contra cunctos homines vel feminas. Et ego Petrus Raimundi et mulier mea et propinquos meos faci[a]mus tibi censum et tuis dubitantibus unquam semper unum porchum de IIII^{or} argencios vel quatuor argencadas de charn. Et sitis ad me fideles de totis meis directis vos acceptatores. Et istum censum faciatis mihi unquam semper ab isto honore et sine honore.[3] Et ista donacione firma sit semper. Et qui inquietare voluerit, in duplo componat.

Facta donacione nonas iuli, anno XII regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Petri, qui ista donacione mandavi scribere et firmavi et ad testes firmare rogavi.

Sig+num Raimundi Onofredi, Sig+num Berengarii Reinalli, Sig+num Bernardi de Bas, Sig+num Ermengaudi de Eschobet, nos sumus testes.

Bernardus levita, qui hoc scripsi die et anno (*senyal*) quo supra.

1. *La primera* r *afegida a la interlínia*. 2. *La segona* a *afegida a la interlínia*. 3. *Segueix* Actum est hoc *sense cancel·lar*.

FUNDACIÓ NOGUERA

871

1148, setembre, 4

Permuta. *Ponç, abat de Sant Joan de les Abadesses, permuta amb els homes de la vall de Sant Joan, d'Ogassa, de Surroca i de Sant Pau de Segúries les garbes de civada que rep a canvi d'un sester fariner corrent de civada.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 205, 142 × 540 mm. Bon estat de conservació.

a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 367-368.

Manifestum sit cunctis viventibus quod ego Poncius, abbas Sancti Iohannis, comuni consilio omnium fratrum meorum kannonicorum et baiulorum,[1] feci hanc placabilem diffinitionem cum hominibus a quibuscumque accipiebamus garbas de civadda in tota ipsa valle Sancti Iohannis vel in Aquaca vel in Sarrocha vel in Securies, ut deinceps unusquisque pro omni suo honore donet annuatim sexter I farner corrent de bona civada Sancto Iohanni, a festivitate Sancti Felicis usque ad festivitatem Sanctę Marię mediantis augusti. Propter hoc, unanimiter difinimus, iachimus predictis hominibus supradictas garbas et illas segationes quas, vel manifeste vel oculte, de eorum civada nostri faciebant cutiones. Hanc vero diffinitionem concorditer factam ita volumus esse firmam ut nemo in posterum mutandi vel requirendi habeat ullam potestatem. Si quis vero contra hanc cartam diffinitionis ad inrumpendum venerit, facere non valeat, sed in duplo componat.

Actum est hoc II nonas septembris, anno XII° regni Leudovici regis iunioris.

Poncius*, abbas Sancti Iohannis +. Sig+num Rodvalli* prioris. Sig+num Arnalli* custodis sacrorum (*senyal*). Sig+num Guillelmi* prepositi. Sig+num Guillelmi* camerarii. Sig+num Blancarii*. Sig+num Mironis de Moled*. Sig+num Guillelmi de Ausona*. Sig+num Arnalli, baiuli de Securies. Sig+num Bernardi, baiuli de Clera. Sig+num Arnalli, baiuli de Auceia. Sig+num Petri Arnalli, baiuli de Pugol. Sig+num Basset de Redonela. Sig+num Raimundi, baiuli de Sarrocha. Sig+num Raimundi, baiuli de Aguaca +.

Bernardus sacerdos scripsit hoc sub die et anno (*senyal*) quo supra.

1. a *afegida a la interlínia*.

FUNDACIÓ NOGUERA

872

1148, setembre, 25

Donació. *Agnès, amb consentiment dels sesu fills Pere i Arnau, dóna al seu fill Berenguer el mas de* Pug Alt.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 206, 74 × 202 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Agnes, cum consilio et volumptate filiorum meorum Petro atque Arnalo, donatores sumus tibi Berengario, filio meo, ipsum meum mansum de Pug Alt cum omnibus suis pertinentiis qui ad ipsum mansum pertinent vel pertinere debent, sicut ego habeo[1] vel habere debeo, decimis et censis et usaticis. In tali pacto ut teneas et habeas in vita tua; post obitum.[2] Si quis autem hac cartam donacionis infrangere temptaverit, nullo modo facere valeat, set si fecerit, in duplum componat.

Actum est hoc VII kalendas octobris, anno XII regis Lodovici iunioris.

Sig+num Agnes, qui hoc dono et laudo et firmo, firmare rogo.

Sig+num Petri. Sig+num Arnalli. Sig+num Ferrera. Sig+num Bernardi. Sig+num Stefania.

Berengarius sacer, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. ahbeo *al text*. 2. *Segueix una línia i mitja en blanc.*

873

1148, octubre, 1

Convinença. *Guillem d'Espunyola, en compliment d'un arbitratge, concedeix a Pere de Berga llibertat per a entrar, sortir i guerrejar des de la fortalesa de l'Espunyola, excepte contra ell i els seus i contra el comte de Berga. A canvi, Pere de Berga es compromet a defensar la fortalesa i l'honor de l'Espunyola.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 207 (*olim* arm. 10 Manresa, sac A, núm. 170), 85 × 94 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació malgrat dos petits forats coincidents amb un plec del pergamí.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, pp. 103, 105.

Hoc est placitum finis et concordie quod factum est inter Petrum de Berga et Guillelmum de Espunola de adtercatione et contentione que erat inter eos de fortitudine de Espunola. Concedit Guillelmus de Espunola laudatione Raimundi Fulconis et Guillelmi de la Portella et B[ernardi] Arnalli de Anglerola et B[ernardi] de Terroga ut de ipsa Espunola habeat intrare, exire et gerregare contra cunctos homines vel feminas preter se et sua et comitem de Bergedano. Et Guillelmus de Espunola non forfaciat de ipsa fortitudine de [E]spunola Petrum de Berga per ulla contentione que sit inter eos, nec homo nec femina. Et Petrus de Berga non forfaciat ad ipsam fortitudinem de Espunola nec ad suum honorem de Espunola per ulla contentione que sit inter eos, nec homo nec femina per suum consilium. Convenit enim Petrus de Berga Guillelmo de Espunola ut ipsam fortitudinem de Espunola et suum honorem de Espunola[1] adiuvet tenere et defensare contra cunctos homines vel feminas, preter comitem de Bergedano. Et sicut superius scriptum est, sic attendat Guillelmus de Espunola Petro de Berga et suis sine enganno. Et Petrus de Berga sic attendat Guillelmo de Espunola et suis sine enganno. Si quis hoc fregerit, in duplo conponat. Et hoc placitum et convenientia firma permaneat.

Actum est hoc kalendas octobris, anno XII° regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Guillelmi de Espunola, qui hoc firmo et laudo et testes firmare rogo. Sig+num Petri de Berga, qui hoc firmo et laudo et testes firmare rogo.

Sig+num Guillelmi de Portella. Sig+num B[ernardi] Arnalli de Anglerola. Sig+num B[ernardi] de Terroga.

Raimundus notarius me scripsit.

1. de Espunola *afegit a la interlínia*.

874

1148, novembre, 2

Establiment. *Pere Berenguer, ferrer, i la seva esposa Guillema estableixen a Andreu i als seus descendents el mas Noguera, a Gurb de la Plana, al Prat de l'Estany, a cens de dos parells de capons per Tots Sants per la casa, els horts i la barquera, del quart i del braçatge per les collites i de la meitat de la verema i del quart*

i el braçatge dels cereals per la batuda. Es paguen quinze sous d'entrada.

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 144b, 790 × 227 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat.

La còpia *B* forma part d'un conjunt de sis documents copiats en dos pergamins cosits l'un a l'altre, dels quals només corresponen a l'època estudiada els documents núms. 802, 907 i 1027.

In Dei nomine. Ego Petrus Berengarii ferrarius et Guilelma coniux mea donamus tibi Andree et infantibus tuis ac proieniei illorum et si infantes non habueris, uni ex propinquis tuis cui post te dimittere volueris, unum mansum qui est meum alodium, in Pratum de Stagno, illum videlicet quem vocant Nuclearia, domos et pertinencia que ad mansum pertinent et pertinere debent. Tali condicione donamus tibi et tuis predictum mansum et pertinenciis et exitibus et regressibus suis, ut ex omnibus expletis quos ibi Deus dederit reddatis nobis successoribusque nostris fideliter, per omnes annos, quartum et braciaticum; et de ipsa trilea que est edificata in predicto manso reddatis nobis in vita nostra omne medietatem vindemie, et quartum et braciaticum annone.[1] Et post hobitum nostrum, similiter reddatis hoc quod Guillelmum filium meum si nos relinquimus vel dimiserimus ad illum; sin autem, reddatis quartum et braciaticum de ipsa vindemia quam habueritis in predicta trilea. Et reddatis annuatim pro censu de domibus et ortis et barcharia duo paria caponum in festivitate Omnium Sanctorum. Et insuper habeas vel habeant tui ad nostrum servicium successorumque nostrorum omne prefatum donum. Pro hac vero donatione accipimus de tuo avere solidos XV monete obtime. Est autem prefatus mansus in comitatu Ausone, in parrochia Sancti Andree de Gurbo, in predictum Pratum de Stagno, et vocant Nuclearia. Et sicut superius scriptum est, ita donamus tibi et tuis predictum mansum et pertinenciis ad habendum et possidendum omni tempore. Si quis vero hanc scripturam donacionis dirrumpere voluerit, nullo modo facere possit, set si temptaverit in duplo componat. Ac deincebs firma persistat omni tempore.

Que est facta IIII nonas novembris, anno XII regni regis Ledovici iunioris.

Sig+num Petri Berengarii, Sig+num Guillelme, nos qui hoc donum fecimus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Petri de Vila Feder. Sig+num Berengarii Arnaldi de Serra. Sig+num Berengarii de Figera.

Guilelmus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.[2]

1. trilea que est edificata... et braciaticum annone *afegit en l'espai que hi ha entre l'anterior trasllat i la primera línia del document, amb un senyal d'avís en el text que hi remet*. 2. supra *afegit a la interlínia*.

875

1148, desembre, 23. Setge de Tortosa

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, dóna l'Espluga Calba en alou a Porcell de Cervera, batlle, Vives de la Curullada, Guillem Bertran, Arnau Bosquet i Mir de Fluvià per a poblar-la. Es reté el novè de tots els fruits que s'hi obtinguin.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 8 d'agost de 1190. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 208 (*olim* arm. 11 Vilafranca, sac H, núm. 389), 224 × 231 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI, *Orígenes*, pp. 134, 344. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana,* I, p. 99.

In Dei nomine et eius divina gratia. Ego Raimundus comes, Barchinonensis et princeps regni Aragonensis, facio hanc kartam donacionis tibi Porcel de Cerbera, meo baiulo, et Bivas de Cruzilada et Guillem Bertran et Arnall Boschet et Mir de Fluvian. Placuit mihi, libenti animo et spontanea voluntate, et dono vobis per alode illa Spelunca Calva, ut habeatis et populetis eam sicut melius poteritis facere, cum tanto termino quantum vos poteritis laborare et populare et illos alios qui pro vobis ibi fuerint populatos. Et hoc in tali convenio ut omni tempore ego habeam ibi et omni mea posteritas, de omni fructo quod ibi laboratum fuerit, illa novena; et non inde respondeatis ad nullum hominem nisi ad me et mea posteritate; et ut habeatis et possideatis hoc donativum, sicut superius est scriptum, vos et filii vestri et omni generacio vestra per secula.

Facta karta anno ab Incarnacione Domini Mº Cº XLVIIIº, in sitio Tortose, in mense decembrio, die iovis, IIIº die ante Natale Domini, regni XIIº Ledovici iunioris.

Signum+ Raimundi comes. Signum+ Wilelmus Raimundi. Signum+ Raimundi de Podio Alto. Signum+ Bernardi de Bel Loc. Signum+ Guerall de Iorba. Signum+ Berenger de Terroga.

Petrus sacerdos, qui hoc scrip(*senyal*)sit.[1]

1. *Segueix un senyal format per vuit* X *enllaçades les unes a les altres*. B *acaba:* Actum est hoc translatum in potestate Stephani, baiuli domine regine, scilicet in villa de Ripa, in presencia [fidelium] Geralli de Albiolo et Guillelmi de Avinione et Petri Pallarisensis. Sig+num Stephani, baiuli domine regine, Sig+num Geraldus de Albiolo, Sig+num Guillelmi de Avinione, Sig+num Petri Pallarisensis, nos qui hoc transferre vidimus et huius rei testes sumus. Ferrarius de Ripa, qui hoc transtulit fideliter VIº idus augusti, anno Dominice Incarnacionis MºCºXCº (*senyal*).

876

1148, desembre

Pacte. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, pacta amb els sarraïns de Tortosa les mateixes condicions que el rei Alfons I d'Aragó havia atorgat als musulmans de Saragossa.*

A [Original, confirmat amb la signatura del rei Alfons II d'Aragó i I de Catalunya i del mestre templer Berenguer d'Avinyó, no localitzat.]

B [Trasllat del 5 de setembre de 1198, no localitzat.]

C [Trasllat del 15 d'abril de 1248, no localitzat.]

D Trasllat de l'1 d'agost de 1248, ex *C*. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 209, 482 × 462 mm. Bon estat de conservació malgrat les taques d'humitat.

Hoc[1] est firmamentum quod firmavi Raimundus Berengarii, comes Barchinonensis et princeps regni Aragonensis, salvet illum Deus, cum alguaçiris et alfachis et alchavis[2] et cum alios homines de Tortoxa, custodiat illum Deus; in ora quando placuit domino Deo magno, affidiavit eos in lurs animas et in lures filios et in lures averes et in totas lurs causas in directa fide, salva sua fidelitate de Raimundus Berengarii comes, honorificet illum Deus, quomodo illis demandaverint, tales firmamentos quales astirmavit rex Adefonsus, quid sit requies, ad mauros de Çaragoca et tales fueros quales illis abent, qui sunt subtus scriptos.

Illos naturales qui sunt de Tortoxa et illos extraneos qui ibi sunt, quod teneat eos in illos fueros qui sunt scriptos in ista carta iuso, volenti Deo. Ut affirmet illo alcadii in suo honore et in sua iusticia et suo filio, salvet illum Deus, in suo honore et in suo mandamentum. Et totos illos alguaçiirs et alfachis et maiorales, quod teneat eos in suos fueros. Et totos illos alios moros, quod stent in lures casas intra in illa civitate, de isto uno anno completo de termino de ista carta, et infra tantum quod faciant et indreçent casas in illos arrabales de foras. Et quod remaneat illa metzchida maiore in lurs manus usque ad isto anno completo. Et quod levent illos in lur fuero de lures hereditates quod habent in Tortoxa et in suas villas per directo et per iusticia, sicut est fuero in lure lege,

id est, quod donent decima ad comes Raimundus Berengarii de totos lures fructos et totos lures alçatos. Et qui volunt ex eis sua alode vendere, qui non illi devetet aliquis et vendat ubi potuerit. Et qui voluerit ex illis exire de Tortoxa per ad alias terras, aut per terra vel per aqua, vadat solutus cum suo toto aure et cum filios et mulieres qua hora voluerit, prope vel tarde, et vadat ad salvetate si voluerit sine consilio de nullo homine. Et totos illos mauros quod stent in lures fueros et in lures iusticias et non inde illos dissolvat nullus homo. Et stet super illos lure iudice cum suos castigamentos sicut est in lure lege et in via de lure iudiçio. Et si venerit pleito vel baralga infer[3] mauro et christiano, quod iudicet et castiget eos lur iudiçe de mauros ad illo moro et de iudice de christianos ad illo christiano; et non exeat nullus de iudiçio de sua lege. Et si habuerint aliquo mauro suspeitu de furtu vel de [sernpio] vel de alia mala facta, quod tangat ibi iudiçio vel castigamentum, quod sedeat preso per testamentum de fideles et verdaderos mauros et non credant christiano super illo mauro. Et si suspectaverit aliquo moro quod, cum compariat moro vel mora captivo in sua casa sine testimonio de mauro vel de christiano, non cerchet sua casa; et si habuerit testimonium, quod cerchet sua casa sola et non de suo vicino. Et quod non habeat mandamentum nec bailia super illos mauros nisi fideles christianos et bonos homines qui levent illos per directum. Et quod non sedeat forçato nullo mauro per andare ad expugnandos alios mauros. Et quod non moret nullo christiano per força in sua casa vel in suo orto. Et si cadigit iura supra mauro circa christiano, quod iuret sicut est in sua lege et non illos forcet per alia iura facere. Et qui voluerint habitare de illis in sua almunia vel in suo orto foras illa civitate, quod non ei devetet aliquis. Et non faciant illos de Tortoxa nulla açofra, nec illos homines nec suas bestias. Et non ponant super illos iudicem in nulla baiulia nec in nullas suas façiendas. Et quod non demandent nullam occasionem super nullo serviciale qui antea tenuit aliquod servicium regale. Et sedeant comendatas totas causas de homines de Tortoxa ad alguaçir vel quem ei elegerit. Et quod levent ad illos[4] alcaides de illos moros super lures usaticos et suos fueros in quantum tenent in manus. Et quod sedeant honoratos in lures usaticos sicut fuerunt in tempus de suos alios reges et non inde illos tragat nullus. Et quod possent lures mercatos ubi fuit suo fuero in illos alfondechs saputos deposare. Et veniant illas arrafachas de totas terras ad fidelitate et non illas sachet nec tragat nullus de suos fueros. Et quantas maluras fuerint facta inter

nos usque ad isto tempus, quod totas sedeant finitas. Et affidiavit comes ad alguaçiles et alcadis et alfachis in lures animas et in lures hereditates; et illos quod sedeant suos fideles vasallos sicut illos alios bonos homines de Tortoxa. Et nullo iudeo comparet mora nec moro qui fuerit captivo. Et nullo iudeo non denostet ad mauro; et si fecerit, quod faciat inde directum. Et si almorabites fecerint aliquod malum ad illos christianos qui fuerint inter illos vel in suas terras, non prendant per inde nullo malo homines de Tortoxa. Et illos moros qui modo sunt foras de Tortoxa et se tornaverint de isto termino ad IIII^{or} menses, quod habeant totas suas hereditates et vadant et paschant toto lur ganato de illos mauros ubi voluerint in terras de comes; et illosmetipsos vadant similiter per totas suas terras de comes sine ullo reguardo, quod donent sua açadaga directa de suas oves sic[ut][5] est lure fuero et lure lege. Et quando steterint illos moros in illos arraballes, post isto anno completo, et voluerint ire per ad lures honores et ad lures labores, quod vadant per illa civitate et per illo navio sine dubitatione. Et mittant ad unaquoque pirata[6] uno mauro cum illos porteros de comes qui sedeant fideles super illos, necnon eos deshonoret aliquis et non tollat ad nullo mauro suas armas. Et qui habet de illis aliqua bestia qui fuerit de christianis usque ad diem quod intravit comes in Tortoxa, non eam tangat nullus. Et qui habet captivo vel captiva, non eos perdat sine redempcione. Et stent suos homines de comes, salvet illum Deus, in illa açuda. Et adfidiavit illos mauros quod sedeant fideles et vertaderios ad comes, sicut debent esse homines fideles in lures firmamentos qui stant super suo ligamento. Et iuraverunt super hoc totum suprascriptum per Deum omnipotentem qui su[n]t[7] omnia testimonia et per totos iuramentos de lege de mauros. Et iuravit comes et suos richos homines per Deum altissimum et per Ihesum Christum et per Sancta Maria et per IIII^{or} Evangelia et per totos sanctos.

Facta carta ista in era M^{a} [C^{a}] LXXX^{a}VI^{a},[8] in mense december.

Signum Ildefonsi (*senyal*) regis Aragonensis et comitis Barchinonensis. Sig+num fratris Berengarii de Avinione, magistri milicie Templi in Provincia et partibus Yspanie, qui hoc suprascriptum laudo et confirmo.[9]

1. D *comença:* Hoc est translatum bene et fideliter ab alio translato translatatum kalendas augusti, anno Domini M^{o}CC^{o}X^{o}L octavo, a quodam instrumento quod sic habetur: Hoc est translatum [bene et fideliter] translatatum XVII kalendas maii, anno Domini M^{o}CC^{o}X^{o}L octavo a quodam instrumento quod sic habetur: In nomine Patris

et Filii et Spiritus Sancti, amen. Hoc est translatum fideliter translatatum. 2. h *corregeix* m. 3. *En lloc d'*inter. 4. ad illos *repetit*. 5. *Manca*. 6. *En lloc de* porta. 7. *Manca*. 8. *Manca*. 9. *Les subscripcions del rei Alfons i de Berenguer d'Avinyó haurien estat fetes sobre l'original posteriorment*. — D *acaba:* Acta est translacio istius carte fideliter nonas mensis septembris, anno Domini Mº C XCVIII. Guillelmus de Cerquas, iuratus, fideliter hanc cartam translatavit et hoc sig(*senyal*)num fecit. Signum (*senyal*) Dominici, capellani Montis Chatani, subscribentis pro testes (*sic*). Sig(*senyal*)num Iohannis, subscribentis pro teste. Sig(*senyal*)num Iacobi, filii Stephani, subscribentis pro teste. Signum+ Bernardi de Linerola, ecclesie Sancti Nicholai capellani, qui hoc translatum bene et fideliter translatavit et cum originali eum comprobavit et eum fidele invenit cum raso et rescripto in VIIIª linea ubi dicitur Vª et supraposito in Xª ubi dicitur non et in XIIª ubi dicitur credant et cum encausto effuso in XVIII linea ubi dicitur tragat et supraposito in XXXª ubi dicitur non, die et anno quo supra. Sig(*senyal*)num Iacobi, filii Stephani, subscribentis pro teste. Sig(*senyal*)num Bernardi de Linerola, ecclesie Sancti Nicholai capellani, qui hoc translatum ab alio translato bene et fideliter translatavi.

877

1148

Donació. *Fortún Aznar dóna a Aznar Garcés i a la seva esposa Oria una heretat situada a Cunchillos, al lloc anomenat* Campulser*, una altra entre Samanes i Cunchillos, una era i un hort.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 211 (*olim* arm. 23 Templers, sac A, núm. 32), 170 × 391 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine et eius gratia. Hec est carta donacionis que ego Fortun Açenariç facio ad vos Acenar Garçeç et ad vestra mulier domna Oria. Dono vobis in Coniellos hereditate, sub iussionis et gratia de illo comite de Barcilona et princebs Aragonensium, de illo mortuorum per nomine[1] in Campulier ad VIII kaficios et III arrobas semenatura et aliut de via de Taraçona in suso, inter Samanes et Coniellos; et sunt inter totas ad XVI kaficios II arrrobas semenatura; et Iª era intrata de villa[2] et illo orto qui fuit de Mariem de Anqil. Et hoc donativiuum dono illum vobis ad fidelitate de illo comite de Barcilona et de me et omnis nostra posteritate, ut abeatis illa libera et franca et salva vos et filiis vestris et omnis generacio vel posteritas vestra per secula cuncta.

Facta carta Era milesima Cª LXXXª VIª, regnante[3] Raimundus comite in Aragone et in Super Arbi sive in Ripa Corça, in Çaracoça et in Taraçona sive in Calataiube. Episcopus Micael in Taraçona et in Tutela sive in Calataiube.

Testes Garcia Sangiç de illos Faios, Guigelm Sanç de Torrellas, Martin Oxarra, don Lop de Çaracoça, Gontçalbo Cornel, Petro Medalia, iusticia, et Enneco Lopiç Nabarro.[4]

1. mi *afegit a la interlínia*. 2. et una era intrata de vila *afegit a la interlínia*. 3. regnanate *al text*. 4. *Manca la clausura del rogatari*.

878

[Després de 1148]

Notícia. *Roger II, rei de Sicília, quan estava a punt de naufragar, féu vot que, si en sortia sa i estalvi, erigiria una església en el lloc on toqués terra i l'elevaria a seu episcopal. Això s'esdevingué a Cefalú, on bastí un temple i en nomenà primer bisbe Boso, que ho era de Messina.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del segle XIV. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 32, núm. 317 (*olim* arm. 21 Regne de València, sac D, núm. 297), 380 × 380 mm. Bon estat de conservació.

Datem per la inscripció commemorativa de la construcció dels mosaics que es conserven a la catedral de Cefalú.

Cum quia res que nondum est nec dos concedi nec privilegium potest amodo, quia de Cephensii ecclesie privilegiis est agendum, primo de ipsius principio a quo et qualiter fundata fuerit breviter videamus. Legitur enim quod dum Rogerius, rex Sicilie, de Sylerno per mare felici navigio regium transfetare proponeret, ventis contrariis impellentibus, ad locum qui Pari Nudus dicitur contra suum propositum usque pervenit. Et cum inde navigat prospero vento flante, subito, sicut Deus voluit, cepit mare non modicum intumescere. Quamobrem, cum gravescentibus undis sic cepissent aque alcius inorrescere quod ad litorum insulas sibi totaliter accessus et regressus Sylernum eciam sibi omnino penitus negaretur. Ventorumque et aquarum ingravescente procella tempestas tam valida felix eius extolium, sic infeliciter quassat quod eis pene naufragantibus marinis fluctibus iam putarent involvi. Noctisque supervenientis, tenebrosa caligine tonantibus, ex aere fulguris niveis pluviarum inbribus velut olim in diluvio, ruptis de terra fontibus, celi cataractis apertis, antennis fractis, iam navium profundatis ancoris, velis etiam et sartis destructis omnique auxilio destitutis, morti iam proximus aquarum inundatio minabatur. Et desperati de vita per confessionem nudatis pectoris, omnium pectora cerea

FUNDACIÓ NOGUERA

cruce signatis, obitum iam cernunt propinqum. Videntes autem quod eis humanum consilium omnino deficeret, universaliter singuli et singulariter universi, flexis genibus, cum lacrimis ad sui sancti devotionem se vertunt. Cum autem iam altis vocibus concrepantes raucedine obmutescerent, solus rex, elevatis in celum manibus, circa collum corrigia et compunctivis singultibus, sic voce intona orans supliciter ait: Tu, Salvator mei domine Iesu Christe, qui populum in mari Rubro ysraelicum de persecutione pharaonica priscos, et qui secuntur patres sanctissimos de inferni voragine sanguine sufficientissime proprio liberasti, salutem humani generis per mortem crucis tua clemencia dignatus es operari, Petrum negantem et Paulum persecutorem ecclesie de profundo pelagi et fluctibus ne mergeretur potentie tue dextera erexisti, mei et populi huius ne reminiscaris pectora, set mihi propterea ne pereant, set solus ego, si tibi placuerit, mihi Domine. Inputa qui nosci facere post tempestatem tranquillum salva tua virtute nos, bone Salvator, hac hora et votum nichilominus voveo tibi salus sine marinis corruam fluctibus nec ferocibus bellvis escaparer bibulisque non involvar arenis et cum salute et prosperitate litora terre carpam, mire pulcritudinis in eodem literum loco ad tui Salvatoris decus et laudem et apostolorum honorem templum tibi construam et dotatum amplifice de romani mandato pontificis in episcopium cathedrabo.

Et subito, permictente Domino, tanta de celo aeris serenitas et maris tranquillitas sibi reditur, quod cum gaudio et canticis in Siciliam facili labore, in die transfigurationis Domini Cepheri recipitur et de felici descendens extolio, inmediate cum licencia metiri virga regia sibi Salvatoris vocabulo et apostolorum Petri et Pauli nomine consignavit ecclesiam hedificandam; et asserens ipse rex in tantis periculis Sanctum Georgium se vidisse, in cuius honorem capellam primo in eadem civitate construxit. Anno vero milleno centeno tricesimo episcopium, ut Deo promiserat, fundat. In tricesimo autem septimo in edificata ecclesia mirifice et dotata munifice, de Sancte Sedis Apostolice speciali licencia et arciepiscopi Messanensis, Bosum primum episcopum sub beati Augustini regulam canonicosque instituens cathedralem sic erexit ecclesiam. Cuius inmensa devocionis inmensitas albi parietes in porta regum pictura manifeste desmonstrat.

Oblacio ecclesie et civitatis taliter se habet cuius figura talis est videlicet:

Salvator noster in sua maiestate sedens, cum sinistra manu recepit ecclesiam pictam et cum alia dextra signat cruce. Quam ecclesiam rex Rogerius conditor ipsius ecclesie offert cum manu destra eandem ecclesiam, indutus regalibus vestimentis et coronatus. Et super caput dicti regis scriptum est Rogerius rex. Et cum sinistra cartam tenet in manibus scriptam, cuius scripture tenor per omnia talis est: Suscipe, Salvator, ecclesiam et civitate[m] Cepheri cum omni iure et libertate sua. Nichil in civitate preter felloniam, prodicionem et homicidium nobis et nostris successoribus reservamus.

879

1149, febrer, 17

Donació. *Ramon, fill de Ramon Miró de Calders, dóna tot el seu alou al monestir de l'Estany.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 210, 125 × 251 mm. Bon estat de conservació malgrat l'enfosquiment del pergamí.

In Dei omnipotentis et eterni nomine. Ramon, filii Ramundus Mironi de Challarios, gracia Dei compunctus, dono Deo et Beate Marie Stagni corpus meum similiter et anima mea ad protegendum et gubernandum sive in vita sive in morte. In anc siquidem donacione, spontaneus et adlascor, ud Deus Omnipotens per intercesionem beatisime et gloriose virginis Marie et indulgead mihi omnia pechata mea, ab amorem parenti mei, Berengari de Agilar, Sancte Marie Stagnensis eclesii chanocii, dono eiusdem eclesie omnem meum alodem quod ubique abeo vel alicho modo ista iuste abere debeo in chuntisque lociis, sine nullo engan, vel omni re qui infra sunt. Hoc donum semper inchoruptibiliter manead firmum[1] in perpetum, quod non licet mihi hoc donum aliter mutare neque transfere in alia partem. Si enim in prefatis alodiis aliquid edificium vel aliqua melioracionem fescero, omnia simul et in omnibus prefata eclesie remanead modo vel omnique tempore. Si quis autem, quod absit, hanc mee donacioniis cartam in aliquo dimovere presumserid, nullo modo fascere valead; quod si fescerid, in dupluum[2] componad. Et potea[3] firma persistad.

Actum est hoc XIII kalendas marcii, anos XII regnante Leduvico rege yuniori.

Signum+ Ramon, qui anc donacione laudo et firmo et testes firmare rogo.

Signum+ Guielm Bernard. Signum+ Petrus Raimundi. Sig+num Bernardus Lobera.

Mironis sascer, qui hoc scripsid die et anno cho (*senyal*) supra.

1. *Segueix* ui, *sense cancel·lar*. 2. *La segona* u *corregeix* o. 3. postead *al text*.

880

1149, març, 16

Donació. *Els esposos Ponç de Cervera i Almodis donen a la casa del Temple de Jerusalem un mas a Freixenet de Segarra, un altre a Castellfollit de Riubregós i un tercer a Ardèvol.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 18 d'agost de 1233. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 31, núm. 223, 150 × 310 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 169.

Datem pels anys del rei Lluís el Jove malgrat que manca el terme *iunioris* acompanyant el nom del rei i tot tenint en compte que els donants pertanyen a aquesta època.

Notum[1] sit omnibus hominibus quod ego Poncius de Cervaria et uxor mea Adalmus exuimus nos metipsos et induimus domum milicie Templi Iherusalem et fratres ministros eius qui nunc ibi sunt et eos qui futuri sunt usque in perpetuum de tribus mansibus quos tradimus predicte domui milicie et fratribus qui modo ibi sunt et in antea, Deo ministrante, ibi erunt usque in seculum seculi, videlicet mansum de Rovira Silvam, de Frexaneto, cum omnibus suis affrontacionibus et pertinenciis. Et predictum mansum faciat unoquoque anno quando fratribus accipere voluerint unum bonum latum obtimum porci et unum parum gallinarum, I sextarium frumenti et alium vini. Et hoc donum quod superius scriptum est damus et concedimus cum bono animo ac spontanea voluntate pro redempcione anime nostre et parentum meorum et omnium fidelium christianorum defunctorum, francum et liberum et quietum, sine aliquo retentu quod de cetero non faciamus nec exercitu nec cavalcatas neque ospicium non accipiamus nec accipere faciamus in predicto manso neque aliquo servicio ibi non accipiamus neque accipere faciamus, sed totum hoc mansum damus francum et quietum et liberum. En insuper promitimus bona fide quod erimus legales gairentes et defensores contra cunctos homines

vel feminas. Et tradimus eis mansum Berengarii Constancii Castri Foleti similiter cum affrontacionibus et pertinenciis et iamdictum faciat pernam I et IIII fogaces et quartam I vini. Amplius damus et concedimus mansum in termino de Ardeval, videlicet mansum de Ochers cum suis affrontacionibus et cum suis pertinenciis et cum suis melioramentibus et iamdictum mansum faciat servicium sicut unum de suis vicinis. Et omnes predictos mansos damus et concedimus franchum et liberum et quietum absque aliquo retentu ut de cetero non faciamus nec exercitu nec cavalcatas nec ospicium non accipiamus nec accipere faciamus ad aliquam personam in predictos mansos neque aliquo servicio ibi non accipiamus nec[2] accipere faciamus, sed eos mansos damus, laudamus et concedimus et abstraimus de nostra potestate et metemus in potestatem et dominacionem predicte domus et fratribus qui modo sunt nec in antea evenerint. Et volumus quod omnes habitatores de predictis mansibus faciant omnes servicios quod nullos homines facere debent suis senioribus, scilicet hostes, cavalcatas super sarracenos et ga[r]vas[3] et traginas, batutas et questias et omnem alium servicium quod ome debet facere suo domino. Et predictos homines damus domui milicie cum introitibus et exitibus, cum pascuis et cum aquis, cum erbis, cum silvis, cum petris magnis et parvis, cum arboribus et cum[4] omnibus aliis rebus quod pernitent nec pertinere debent ad usum hominis, et nos erimus guirentes et defensores contra cunctos homines et feminas quod superius scriptum est.

Actum est hoc XVII[5] kalendas aprilis, anno XII regnante Ludovico rege.[6]

Sig+num Poncii de Cervaria, Sig+num Adalmodis uxor eius, qui hoc totum laudant et concedunt ut omni tempore predictum donum firmum permaneat et testibus firmare rogant.

Sig+num Petri Bertrandi. Sig+num Guilelmi Petri. Sig+num Sestera. Sig+num Arnalli de Iovale. Sig+num Berengarii Sancii[7] Dominii. Sig+num Bermundi de Ardeval.

Petrus Bernardi, presbiter, hoc rogatus scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.[8]

1. B *comença:* Hoc est translatum bene et fideliter factum XV kalendas septembris, anno Domini M CC XXX tercio, quod sic incipit. 2. *Segueix* que, *ratllat*. 3. *Manca*. 4. *Segueix* h, *ratllada*. 5. XVIII *al text. En aquest cas XVIII calendes coincidiria amb els idus de març*. 6. *Identifiquem el rei amb Lluís el Jove*. 7. *En lloc de* Sancti. 8. B *acaba:* Sig+num Arnaldi de Fluviano, Cardone canonici et levite. Ego Bernardus de Ratera, presbiter, pro teste me subscribo. Ego Petrus Andree, decanus et diachonus, pro teste sig(*senyal*)num meum appono. Berengarius de Fonte, qui hoc translatum fideliter scripsit et hoc signum (*senyal*) apposuit.

881

1149, abril, 4

Testament. *Pere de Sant Lleïr atorga testament. Fa diversos llegats a ordes militars, a institucions eclesiàstiques, als seus familiars i al fill que ha de néixer.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 212, 144 × 300 mm. Bon estat de conservació.

In Dei nomine. Ego Petrus de Sancto Leiro, memoria plena et loquela perfecta, facio meum testamentum et eligo manumissores meos, scilicet Bernardum Gaudalli et Guillelmum Berengarii de Fontaneto et uxorem meam Arsendim, ita ut distribuant meum honorem et meum aver sicut hic invenerint scriptum. Primum, dimito corpus meum milicie Templi. Et dimito eidem milicie, de parte mei honoris quem habeo indivisum cum fratre meo Bernardo, mansum unum. Et Hospitali Iherusalem alium mansum. Et dimito canonice Barchinone eminam I ordei. Et dimito ecclesię Sancte Perpetuę et eius presbitero eminam I ordei[1] et quarteram I tritici simile de parte mei blad de Sancto Leiro. Et dimito uxori meę sponsalicium suum sicut scriptum est in dono quod ei feci, ut habeat illud absque ulla contrarietate in vita sua; et post obitum suum remaneat pregnato. Et dimito Sancto Stephano de Villa Nova partem meam quam habeo ad Mannomal. Et dimitto predicte milicię Templi campum de Clota quem tenet Guillelmus Raimundi et soror mea, ita ut predictus Guillelmus Raimundi et proienies eius teneat omni tempore predictum campum ad laborandum et donet agrarium nominate milicię. Et dimito Raimundo nepoti meo campum quem Berengarius de Genesta tenet. Item[2] dimito pregnato[3] totum alium meum honorem et sponsalicium matris suę post obitum eius. Si vero ille pregnatus[4] obierit sine infante legitimo, dimito Guillelmo Rotulandi fratri meo mansum unum. Totum meum[5] alium honorem dimito prescripte milic[i]e[6] Templi et Hospitali Iherusalem simile. Et si quid remanserit de ma tercia parte mobilis, persolutis debitis, manumissores donent pro anima mea.

Actum est hoc II nonas aprilis, anno XII regni regis Ludovici iunioris.

Sig+num Petri de Sancto Leiro, qui hoc testamentum scribere iussi, firmo firmarique rogo.

Sig+num Bernardi Gaudalli, Sig+num Guillelmi Berengarii, Sig+num Arsendis uxoris meę, Sig+num Petri Bord, Sig+num Berengarii Aquilonis, nos qui huius rei testes sumus. Sig+num Arnalli.

Bernardi sacerdotis, qui hoc scripsit, cum litteris suprapositis in linea X[a], die et anno quo su(*senyal*)pra.

1. Al text Sancte Perpetuę eminam I ordei et eius presbitero *amb un senyal d'avís que indica l'ordre correcte*. 2. I *corregeix* et. 3. *Segueix* post, *expuntuat*. 4. *Entre* a *i* t, g *expuntuada*. 5. meum *afegit a la interlínia*. 6. *Manca*.

882

1149, abril, 26

Convinença. *Agnès de Mura promet al seu fill Bernat de Montesquiu i a l'esposa d'aquest Saurina que, si no poden viure plegats, els lliurarà el castell de Mura.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 213 (*olim* arm. 10 Manresa, sac M, núm. 567), 176 × 390 mm. Bon estat de conservació.

Cit. KOSTO, *Making agreements*, p. 117.

Hec est convenientia que est facta inter Agnetem de Murezeno et Bernardum de Monte Eschiuo filium eius et Saurinam, coniugem eius, de kastro de Murezeno cum suis terminis. Quod si ego Agnes predicta et Bernardus filius meus et uxor eius Saurina non conveniremus ut simul maneremus, ego Agnes dono, trado atque delibero Bernardo, filio meo, et uxori tue Saurine kastrum de Murezeno cum suis terminis et pertinentiis, sicuti ego melius teneo et possideo et abere debeo, cum omnibus cavallariis et cum omnibus rebus eidem kastro pertinentibus, ut abeatis et possideatis,[1] potenter et integriter, omnibus diebus vite vestre sine aliqua inquietatione; post obitum vero vestrum, remaneat ad vestros infantes.[2] Si quis hoc disrumpere vel frangere voluerit, non hoc valeat facere,[3] sed componat in duplo. Et postea hoc donum firmum omni tempore maneat.

Actum est hoc VI[4] kalendas maii, anno XII regni regis Leovici iunioris.

Sig+num Agnetis, qui hoc donum facio, firmo testibusque firmare rogo.

Sig+num Petri[5] filii eius, Signum+ Bernardi filii eius, qui hoc donum concedimus et firmamus.

Sig+num Guillelmi de Santa Columba. Signum+ Raimundi de Murezeno. Signum+ Berengarii de Gavardiola. Signum+ Raimundi de Villa de Cavallos. Sig+num Berengarii de Minorisa. Signum+ Ademari.

Berengarius scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.

1. ti *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix una línia en blanc*. 3. facere *repetit*. 4. *Segueix* i, *expuntuada*. 5. et *corregeix un traç anterior*.

883

1149, juny, 27

Convinença. *Guerau de Jorba encomana a Berenguer de Rubió el castell de Montbrió, amb la meitat de les dominicatures, les pernes, les trobes i els plets, amb la condició que Guerau nomenarà el castlà del castell. Li afegeix quatre parellades en alou al terme d'Alcarràs, dues al reg i dues al secà. A canvi, Berenguer de Rubió promet que serà home soliu de Guerau de Jorba i que el defensarà amb el seu castell de Rubió contra tothom, excepte contra Guillem Meià, de qui és home soliu. Guerau promet, també, que defensarà Berenguer contra tothom, excepte contra Guerau Alemany.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 228, 171 × 244 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Estat de conservació deficient a causa de diversos forats, mutilacions i taques d'humitat.

A' [Original no localitzat.]

Les diverses datacions són coincidents, excepte l'any de l'Encarnació, si no és que l'interpretem en estil pisà.

Hec est conveniencia qui est facta inter Guerallo de Iorba et Berengario de Rubio. Comendet Guerallo ad B[e]rengario ipsum kastrum de Monte Brio ap[… I][1] milite quod fiat suo solidamente. Et donet iamdictus Gerallo ad Berengario medietate de omnes i[psas][2] domenegadures que ibi abet; similiter de pernas et de trobas atque de placitos et cuncta omnia qui ad usum hominis [perti]net. Et Gerallo mitat in ipsum iamdictum kastrum castellanum, ipsum primum quod hodie est in opertura, ad suam vo[lunta]tem. Et si exiit ullam exidam de avere, abeat Berengario de illo avere ipsam medietatem. Et postea, sic venie[t …]ura[3] de kastellano et de establimentum, establescat Bereng[a]rio iamdictum kastrum prenominatum apud lauda[mentum] de Guerallo de Iorba; et si exiit ullum avere, abeat G[ue]raldo medietate de totum ab integrum. Et d[onat predic]to Guerallo ad Berengario in terminio de Alcharr[as] d[ua]s parielatas de alaudio ad regum et du[as ad secanum] bene integras et bene cumplitas. Et per hec donum [supra]scriptum, convenit Berengario ad Guerrallo de Iorba ut siat ei suum hominem solidum contra cunctos hom[ines] vel feminas; et adiuvet ad illo suam honorem ad t[en]ere [et ad] defendere apud ipsum kastrum de Rubio, illam quod hodie h[abet] nec in antea

acaptara apud consilio de Berenge[rio contra c]unctos homines vel feminas, exceptus Guillelmo de Mediano, de cui est solidum. Et Berengario convenit ad Gueraldo [ut faci]at ei curtes et cavalcatas et placitos et sequiis apud milites quod abeat pro eo. Et in nullum servicium ut fiat Be[ren]gario apud Guerallo, quod ipsos milites quod tenet Berenger pro Ge[rallo] fiant apud Berengario. Et si Berengario non esset ib[i], ipsos milites iamdictos fiant apud Gerallo et faciant ipsum ser[vicium]. Et si Gerallo voluit stare in iamdicto kastro de Mont[e B]rio, quod ipso kastellano liberet staticam suam ad Guerallo tantumque quod stare ibi voluit. Et quando Guerallo non st[et] in iamdicta statica, quod stetit ibi Berengario tantumque quod stare ibi voluit in iamdicta statica. Et convenit Guerallo ad Berengario quod illam honorem quod hodie habeat Berengario nec in antea acaptara apud consi[li]o[4] de Gueraldo, quod illo adiuvet eam ad tenere et ad defendere contra cunctos homines vel feminas, exceptus Guerallo Alaman. Et similiter illam honorem quem abet perditam Berengario, quod Guerallo adiuvet eum suos[5] directos ad recuperare, apud plactium et apud guerram, sine ullo malo ingenio. Et est manifestum.

Et fuit facta hec conveniencia V^{o} kalendas iulii, anno Dominice Incarnacionis M^{o} C^{o} L^{o}, Era M^{a} C L^{a}XXX^{a} VII^{a} et post eius indicio ano XIII^{o} regni Philipo[6] rege.

Sig+num Guerallo, Sig+num Berengario, nos insimul qui hanc conveniencia iussimus scribere, firmamus propriis manibus nostris et firmare rogavimus testes subtus notatis.

Sig+num Arnallo de Monte Olivo. Sig+num Petro de Sanauga. Sig+num Bernardo Escutario.

Guillelmus levite, rogatus scripsit et signum hoc (*senyal*) impressit die et anno prefixo.

1. *Espai d'aproximadament tres lletres, il·legible a causa de la mutilació del pergamí*. 2. *Entre claudàtors, interpretem aquelles parts del text de lectura dubtosa o impossible a causa de la mutilació del pergamí*. 3. *Espai d'aproximadament cinc lletres, il·legible a causa de la mutilació del pergamí*. 4. *Manca*. 5. *Segueix* suos, *ratllat*. 6. *En lloc de* Ludovico.

884

1149, juliol, 1

Convinença. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, i Garcia VI, rei de Navarra, es prometen mútuament fidelitat.*

Acorden el casament entre Ramon Berenguer IV i Blanca, filla del rei de Navarra, que rebrà com a dot un mínim de dotze castells. El rei donarà als esposos els castells de Tauste, Pradiella, les Fais *i Petilla i el comte donarà al rei Carcastillo. Convenen, també, que les conquestes en territori del regne de Saragossa se les repartiran amigablement a mitges.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 214 (*olim* arm. 2 Concòrdies Reials, sac de Sant Agustí, núm. 94), 257 × 204 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

Cit. BOFARULL, *Los condes*, II, p. 186. — KOSTO, *Making agreements*, p. 99. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 112.

+ In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Hec est carta firmissime convenientie et pacis indissolubilis facte inter Raimundum, Barchinonensem comitem, Aragone dominum et principem, ac Garsiam, Navarre regem, et successores eorum in perpetuum. In primis, igitur, eorum uterque alteri fidem suam dat sine dolo et fraude, quod amodo prorsus firmissime et fidelissime amici maneant, tam ipsi quam successores earum, ita quod ulterius nulla fiat lis, nulla contentio inter ipsos vel successores earum super regnis Navarre et Aragone, sed sibi ad invicem per fidem sinceram et integram consilium et auxilium prebeant. Instinctu etiam divino, conveniunt rex et comes prenominati in legitimo matrimonio contrahendo inter ipsum comitem et Blancam, filiam legitimam ipsius regis. Et quia inter magnas personas non debet matrimonium contrahi sine legali instrumento dotis, ipse comes dabit predicte filie regis ad minus XII castella secundum morem regum Hispanie; si ipsum plus ei dare non conpulerit sua nobilitas et liberalis amor. Et rex dabit ipsi comiti et filie sue IIII^{or} castella, scilicet Taust, Pratellam, les Fais etiam et Petellam, ipsa eadem die qua predictus comes ducet in uxorem legitime predictam regis filiam. Et [tunc] etiam comes dabit regi Carcastel. Possessores autem tam predictorum IIII^{or} castrorum quam dotis, talem fidelitatem et hominium facient predicte filie regis quod ipsi prorsus respondebunt, et obedient illi tanquam proprie domine sue, si illa superstes post comitem fuerit vel si comes eam dimiserit sine delicto pro quo perdere debeat tam dotem quam predicta castra IIII^{or}, unde ipsa, stans in honore, vel nolit vel nequeat se purgare. Conveniunt etiam ad invicem rex et comes quod si, quod absit, predicta puella, priusquam fiat matrimonium vel etiam postea, sine herede moriatur, amicicia et concordia firma maneat et indissolubile in perpetuum, sicut inter ipsos sacramentis et fide statuitur. Firmatur quoque inter ipsos ad

invicem quod predictum matrimonium contrahetur usque ad proximam festivitatem beati Michaelis anni sequentis, sine fallacia et dubio, veracissime, si prius fieri nequeat ad honorem et utilitatem utriusque partis. In acquisitionibus quosvis amodo super terram saracenorum Deo volente faciendis taliter conveniunt: quicquid de Orpeis, et de Murel, et de terminis regni[1] Cesarauguste, et Daroka et Calateu in antea adquirent rex et comes, vel simul ambo vel alter sine altero, seu manu forti seu dono seu quocumque modo, ex hinc in antea per medium inter se amicabiliter divident et sic concorditer tenebunt vel ex communi consilio dimittent acquisita. Omnia quidem predicta, sicut melius et sanius ac sanctius intelligi possunt, omni dolo et fraude remotis, firmant se se tenere et teneri facere rex et comes predicti, tam fide propia et sacramentis sub personis eorum factis quam sacramentis plurium suorum hominum hinc inde ad presens factis et in futuro faciendis, secundum quod hi vel ille ab altero querere voluerit rationabiliter et alter idonee facere potuerit.

Quod hec omnia presignata modo designato fiant, iurant ex parte comitis, primo Raimundus de Podio Alto et Bertrandus de Castellet. Ex parte quidem regis, Simeon Acenarz et Wilelmus Acenarz et Rodericus de Acegre.

Magister Rodbertus, ecclesie Pampilonensis archidiaconus et regis Garsie principalis capellanus ac comitis predicti clericus, fecit hanc cartam Era M C LXXXVII, kalendas iulii.

1. *Segueix* regni, *expuntuat*.

885

1149, agost, 8

Adveració. *Els testimonis del testament de Guillem juren, damunt l'altar de Sant Donat de l'església de Sedó, les darreres voluntats d'aquest, per les quals llegà diversos béns a esglésies i corporacions religioses, a la seva esposa Sicarda i a altres persones.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 216, 340 × 580 mm. Estat de conservació regular a causa de la mutilació de la part inferior del pergamí, d'un estrip i d'algunes taques d'humitat.

Cit. BISSON, *L'impuls*, pp. 50-51.

In Christi nomine. Hec est sacramentalis condicio ultime voluntatis cuiusdam nomine Guillelmus, qui est condus. Quas

testificantur testes et presenciales et pubilicant sui advocati de predicto conditore et ab eo electi distributores rerum suarum, id est Ramundus Rutilandi et uxorem suam Sicardis et Ramundus de Yosa et Petrus, sacer de Estafracus, et Bernardus Ugoni. Quia ita iussit nobis et in suum testamentum, in presencia de Petrus de Tarrega et de Ermengaudo et de Ramon de Sul et aliorum bonorum hominum, quem cum eis roboravit, plena loquela et memoria integra. Nos supradicti testes, unum et verum dantes testimonium, testificamus, iurantes per Deum vivum et verum et super altare Sancti Donati, qui est situs in ecclesiam de Sadao, in presencia supradictorum virorum, ordinante et recipiente Arnallo iudice, quia ita iussit nobis distribuere facultatem suam predictus auctor et hoc ordine nobis in veritate in suum testamentum. In primis, dimisit ut fuissent soluti suos debitos in comune. Et postea mandavit manumessores sui ut fecissent tres partes de sua parte de mobile: dimissit unam partem pro anima sua ad opera Sancte Marie Sedis Urgellensis et ipso operario que fecisset canere missam a domno episcopo; aliam partem dimissit pro anima sua ad Ospitalem Sancti Sepulcri sive ad ipsa Cavalleria; terciam partem dimisit ad captivos. Et dimisit iamdictus auctor omnes suos fevos et alodios, quantos illi abebat in nullis locis, ab integrum, ad uxorem suam Sicardis, ad facere suam voluntatem in vita sua. Post obitum suum, dimisit Sancte Marie Sedis Urgelli kastrum de Cannos, ad ipsa cannonica, cum suis terminis et serviciis; et Bernardus Ugoni teneat ipsum kastrum aput quartam partem de ipsos servicis sive placitos per Sancte Marie et per suis cano[ni]cis.[1] Et insuper dono ipsum kastrum de Menarges cum suis terminis ut teneat Gauceran Macip aput terciam partem de ipsos dominicos per canonicis Sancte Marie; et Bernardus Ugoni teneat per Gauceran. Quantum abebat in Cerco dimisit ad opera Sancte Marie Sedis. Dimisit ad Sancti Donati ipso alaudio ab integro qui fuit de Dominico et est ad ipso pla. Et ipsa casa et cortillo, cum exio et regresio, qui est suptus Sancti Donati, hoc dimisit ad Sancti Donati, ad alaudem francum et liberum, ad oficinis et operibus suis. Et dimisit ad Erall Tarrega[2] et ipsum alodium et fevum et Montpestler, quam illi abebat vel abere debebat. Et dimisit Guillelmus Petri Erall in baiulia de Gauceran et de suo filio, que li fecissent tenere et avere Tarrega, ipsum kastrum et feum et alodium, et in ipsum alodium et vineis, in quantum Guillelmus Petri abebat, abuissent Gauceran cum filio suo per ipsa bagulia terciam partem. Et insuper dimisit ad Erall medietate de quantum abebat

in Riber. Et dimisit ad Sancte Marie Celsone medietate de Lupia cum terminis et serviciis ad suum proprium alaudem, pro anima sua et patri vel matri; alia medietate dimisit ad Bernardus Ugoni. De hoc totum de Lupia dimisit Sancte Marie Gissone ipsa pernada quomodo resonat in sua cartula.[3] Dimisit ad Bernad Cerda medietate de Talada. Dimisit suam partem de Sadao et medietate de Ribes et medietate de Talada et Cornelana et fevis quam abebat per cannonicis et domno episcopo, sive ipsa honore et fevis que abebat per Gauceran, hoc totum dimisit infra Gerall et fratri suo Poncio; et de qualis qui minus venisset de ambos sine infante de legitimo, recuperasset ad alio. Hoc totum dimisit si non aberet filium nec filia. Et dimisit hec omnia in baiulia domino Deo et Sancte Marie et de Gauceran seniori suo et suo filio. Et mandavit Guilllelmus in suo testamento, si Gauceran et suo filio abuerint gerra, abuissent intrare et exire et cheregare in Sadao. Et aduc mandavit de ipsa sua honore suprascripta ut tenuisset uxorem suam in vita sua et ipsos suos homines ut tenuissent se cum illa, per fidem, sine engan. Post obitum suum fiat quomodo suprascriptum est. Et dimisit Guillelmus Petri ad kavalleria de Ierusalem, Biliana cum suis terminis. Et ad Bernard Ugo ipsum mansum de Rivo cum suis pertinencis; et est in Lavanza. Et dimisit ad Sancti Saturnini ipsum mansum de Ergolet. Et dimisit ipsa honore ecclesiastica de Sancti Donati cum suis directis et ali[i]s[4] ecclesiis, cum illorum directis qui in[5] ipso termine sunt, Sancte Marie Gissone, in suo gubernamento. Et dimisit suum corpus aput ipsam honorem quem abebat data Sancte Marie Sedis; et ipsum mansum qui fuit de Donucio. Hec omnia suprascripta ita mandavit vel ordinavit, nobis presentibus testibus, iamdictus auctor plena loquela et memoria integra quando hoc totum precepit nobis. Et postea, nos [s]cientes,[6] voluntate sua muta[ta][7] non fuit. Sic obiit de hoc seculo in mense may qui iam preteritus est. Et nos, secundum suam voluntatem, legaliter pub[l]licavimus[8] et testificati sumus et ullum fraus nec malum ingenium hic impressum non est, set secundum suam voluntatem est superius scriptum vel dictum, et ea que scimus recte et veraciter testificamus atque iuramus per superannexu[9] iuramentum in Domino.

Late condicionis VI° idus augusti, X°III° regnante Leudovico[10] iunioris.

Sig+num Sicardis, Sig+num Petrus Bernardi, Sig+num Bernardus Ugoni, qui sumus tutores, visores et auditores, qui hunc iuramentum iuramus et infra spacium VI mensium eventilavimus.

Sig+num Petrus sacer, Sig+num Berengarius sacer, Sig+num Poncius levita, nos qui sumus visores de hoc et auditores de facta sacramenta. Sacerdos Arnallus et iudex, qui hoc (*senyal*) firmo.[11]

Petrus sacerdos rogatus scripsit die et anno (*senyal*) quod supra.

1. *Manca*. 2. *Segueix* et, *sense cancel·lar*. 3. *Segueix* Reli, *ratllat*. 4. *Manca*. 5. *Segueix* ip, *cancel·lat*. 6. *Manca*. 7. *Manca*. 8. *Manca*. 9. e *afegida a la interlínia*. 10. *Segueix* vico, *repetit*. 11. Sacerdos Arnallus et iudex, qui hoc (*senyal*) firmo *escrit al text a continuació de la clausura del rogatari*.

886

1149, agost, 10

Testament. *Pere Arnau, abans d'embarcar-se cap a Hispània, atorga testament en el qual fa diversos llegats a institucions eclesiàstiques i a la seva esposa Pereta.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 5 d'abril de 1173. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 217a, 276 × 375 mm. Bon estat de conservació.

Cit. ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 34.

Aquest trasllat forma part d'un conjunt de tres documents copiats en dos columnes, un darrere l'altre. Dels altres dos documents, només un s'inscriu dins la cronologia d'aquest treball (vegeu el document núm. 1036).

In Dei nomine. Ego Petrus Arnalli vado in quadam galea in Yspaniam et facio meum testamentum. In quo eligo manumissores meos Bonassiam et Arnaldum Sabater et Petrus Iohannis et uxorem meam Peretam, quibus precipio ut si me mori contigerit in itinere isto, ita distribuant res meas et honorem sicut hinc ordino. Primum, debeo Bonassie XVIII solidos, quos uxor mea illi persolvat. Et dimitto ecclesie Sancti Iusti pro anima mea unum moabitinum. Dimitto milicie Templi illum meum mansum de Buadella quem habeo in Calidis et quod uxor mea teneat illum et habeat in vita sua secure et potenter et post hobitum suum sit predicte milicie Templi. Totumque alium meum honorem, domos videlicet terras et vineas et arbores diversi generis et omnem meum avere ubicumque habeo vel habere debeo per vocem genitorum meorum et per alias quaslibet voces, tam in Calidis quam in aliis locis, totum integriter dimitto uxori mee Perete ad cunctas suas voluntates faciendas, sicut facere voluerit absque ullius hominis vel femine vinculo. Et omni tempore, in illo anno in quo habuerit fructum in ipsis meis olivariis, donet uxor mea medium quartanum olei altari

Sancte Crucis[1] Barchinonensis pro anima mea. Si quis homo vel femina hunc testamentum uxori mee infringere voluerit, habeat inde dampnum L morabatinorum, quos illi in vinculum persolvat et componat. Et insuper hoc scriptum semper maneat firmum.

Actum est hoc IIII idus augusti, anno XIII regni Lodoyci iunioris.

Sig+num Petri Arnalli, qui hoc laudo et firmo firmarique rogo.

Sig+num Perete uxoris eius. Sig+num Bonassia. Sig+num Arnalli Sabater. Sig+num Petri Iohannis Sabater. Sig+num Guillelmi de Narbona. Sig+num Arnalli de Canilies.[2] Sig+num Benencase.

Sig+num Petri subdiachoni, qui hoc scripsit die et anno quo supra.[3]

1. Crucis *expressat en el text per mitjà d'una +*. 2. *Primera* i *volada, corregeix* e. 3. B *acaba:* Sig+num Arnaldi sacerdotis, qui hoc rogatus scripsit translatum fideliter translatatum die nonas aprilis, anno XXXVI regni regis Lodoyci iunioris.

887

1149, agost, 11

Definició. *Porcell, batlle del comte, en compliment de l'arbitratge de diversos prohoms, renuncia al cens sobre una peça de terra de Joan de Canyameres.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 218, 115 × 177 mm. Estat de conservació deficient a causa d'algunes taques d'humitat que afecten bona part del pergamí i que provoquen l'esvaniment de la tinta, i d'algun forat.

Post multas vero contentiones et placita [que fuerunt] inter Porcellum, baiulum comitis, et Iohan[nes de] Canemeres super una pecia terre. [Dicens] supradictus Porcellus volens […][1] revertere ad servicium comitis, et dic[ebat] quod ipsa pecia terre erat censalis comitis. Ad hec quoque, intervenientibus probis hominibus, cognoverunt et dixerunt quod comes nec Porcellus in iamdicta petia terre nullum directum habebant, et ipsemet Porcellus in finem recog[no]vit quod ipsa petia terre proprium alodium erat et liberum Iohannis de Canemeres. Eapropter ego, Porcellus, diffinio et evacuo et evacuando pacifico tibi Iohanni de Canemeres et uxori tue Ermesendi et filiis tuis et proieniei atque posteritati tue ipsam peciam terre que est in[2] ipso loco quod nuncupant ad Petregos, ipsam scilicet quam emisti de Bonafemina Ferrera.

Quam prelibatam peciam terre, cum omnibus ar[boribus que ibi] sunt, diffinio tibi sicut iamdictum est, tali modo ut nec me nec [progenie mea nec][3] successorum meorum tibi nec tuis[4] hoc non acclamemus nec ammodo non […][5] supradicta p[e]t[ia terre] cum arb[orum] in sana pace teneas et possideas tu et tui et proienies tua, semper in perpetuum. Si quis hoc disrumpere vel infringere temptaverit, supradicta in duplo componat.

Quod est actum III idus augusti, anno XIII regni [Lodoici] iunioris.[6]

Signum+ Porcelli baiuli. Signum+ Petri Guillelmi. Signum+ Vives. Signum+ Loi. Signum+ Petri Arnalli de Villa Maiore.[7] Signum+ Guillelmi p[resbite]ri.

Petri sacerdotis (*senyal*), qui hoc scripsit, cum litteris suprapositis in linea IIII et in X[a], die et anno quo supra.

1. *Espai d'aproximadament cinc lletres, il·legible a causa del mal estat del pergamí.* 2. in *afegit a la interlínia*. 3. *Interpretem un espai de 55 mm, il·legible a causa d'un forat i de l'esvaniment de la tinta*. 4. nec tuis *afegit a la interlínia*. 5. *Espai de nou lletres, aproximadament, il·legible a causa de l'esvaniment de la tinta*. 6. *Segueix* quod, *sense cancel·lar*. 7. *Segueix* Sig+num, *sense cancel·lar i un espai de 27 mm en blanc*.

888

1149, agost, 23

Donació. *Els germans Guillem de Tavèrnoles, Pere, Guerau, Ramon i Bonet donen al monestir de l'Estany el mas que tenen davant de l'església de Sant Feliuet de Terrassola, excepte la setena part, que és d'aquesta església. Li donen, també, la setena part que tenen en els alous del terme d'Oló o de Sant Feliuet de Terrassola, amb la condició que Arnau de Terrassola tingui aquesta honor pel monestir de l'Estany de per vida, es faci home seu i li proporcioni cada any durant quinze dies un cavall o un mul.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 219, 125 × 372 mm. Bon estat de conservació.

Notum sit cunctis scire volentibus qualiter nos quinque fratres, scilicet Guillelmus de Tavernoles et Petrus atque Gerallus necnon et Raimundus sive Bonetum, donatores sumus domino Deo et ęcclesię Sanctę Marię Stagni. Per hanc scripturam donationis donamus eidem ęcclesię ipsum nostrum mansum que habemus ante ęcclesiam Sancti Felicis Terraciola, exceptus septimam partem qui ęst Sancti Felicis, cum omnia que ad ipsum mansum pertinet vel

pertinere debet, cum exiis et regressiis. Iterum damus iamdicte ęcclesię Stagni ipsam septimam partem quam habemus comunalibus alaudiis infra terminis de Olo sive in parroechia Sancti Felicis Terraciola, in cunctis locis, tali modo ut Arnallus de Terraciola habeat[1] iamdictum honorem per Sancta Maria et per manu eidem prioris et fiat manibus propriis comedaticis homo suus et paret ei per unoquoque anno[2] XV dies equm unum aut mulum et reddat modo ipsa carta impignorationis que nos convenit reddere ad iamdictum priorem. Post obitum suprascripti Arnalli, revertar hec omnis honor in potestate et dominium, sine aliquo impedimento, Sanctę Marię et clericis suis ad illorum volumptatem faciendam. Hanc suprascriptam donationem facimus propter Deum et remissionem omnium peccatorum nostrorum et parentorum nostrorum, ut Deus per intercessionem eiusdem genitricis, dimittat nobis et eis omnia peccata nostra.[3] Si quis hanc nostrę donationis infringere voluerit, nullo modo facere valeat, sed quod temptaverit in duplo componat. Et in antea maneat firmum omni tempore.

Quod ęst actum X kalendas septembris, anno XIII regni regis Lodovici iunioris.

Sig+num Guillelmi de Tavernoles, Sig+num Petri, Sig+num Gerallus, Sig+num Raimundi, Sig+num Bonet, nos qui ista donatione fecimus et firmamus testibusque firmare rogamus.[4]

1. habeat *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix* unum mense, *ratllat, i* XV dies, *afegit a la interlínia*. 3. *Segueix l'espai d'una línia i mitja en blanc*. 4. *Manquen les susbscripcions dels testimonis i la clausura del rogatari*.

889

1149, setembre, 8

Establiment. *Pere de Santa Eugènia estableix a Bernat de Sentfores, anomenat Crespí, el castell de Vic i li dóna els estacaments dels plets i una tercera part d'aquests, tal com ell ho té, i una cavalleria en feu. A canvi, Bernat promet que serà home fidel de Pere i que l'ajudarà, excepte contra el senyor de Taradell i els hereus de Sentfores.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 221 (*olim* caixa segona, *extra saccos*, núm. 190), 148 × 238 mm. Carta partida traçant A, B, C. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat que afecten especialment la part dreta.

Cit. BISSON, *L'impuls,* p. 50.

Hęc est convenientia inter Petrum de Sancta Eugenia et Bernardum de Salliforas, quem dicunt Crespinum. Comendat namque prenominatus Petrus prefato Bernardo ipsum castrum de Vico et donat ei estacamenta placitorum ipsius villę cum tercia parte ipsorum placitorum, sicut ipse habet per ipsos seniores. Insuper donat ei unam cavalleriam pro fevo, videlicet mediam cavalleriam terre quam tenet per Guillelmum de Medaia et quinque moabetinos quos tenet per Guilabertum de Muntar pro alia media cavalleria. Propter hoc donum convenit prelibatus Bernardus sepedicto Petro quod sit suus homo fidelis; et adiuvet ei sine engan cum ipso castro de Salliforas de omni suo honore quem hodie habet et in antea cum suo consilio adquisierit contra cunctos homines vel feminas, exceptis domino de Taradello et ipsis heredibus de Salliforas; et contra unumquemque illorum liberet ei unum militem qui ei valeat sine engan; et faciat ei curtes et placita et sequimenta et cavalcades;[1] et prestet ei unum mulum recipientem in hostem omnibus annis; et in anno quo ipse Petrus non abierit in hostem, prestet ei unum mulum per unum mensem.

Actum est hoc VI idus septembris, anno XIII regni regis Lodovici iunioris.

Sig+num Petri de Sancta Eugenia. Sig+num Raimundi de Benages. Sig+num Geralli de Sancta Eugenia. Sig+num Bernardi de Salliforas. Sig+num Raimundi fratris eius. Sig+num Arberti fratris eius. Bernardus* levita.

Raimundus sacerdos, qui hoc scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

1. *La tercera síl·laba* ca *afegida a la interlínia*.

890

1149, setembre. Setge de Lleida

Donació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dóna a la catedral de Sant Salvador de Saragossa, en mans del bisbe Bernat i dels seus canonges, la vila i castell d'Albalat de Cinca.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia de la primera meitat del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 220 (*olim* [...] arm. Saragossa, sac D, núm. 87), 246 × 321 mm. Estat de conservació regular a causa d'alguns estrips i taques d'humitat.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 41, 99. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, pp. 67, 115.

(Crismó) In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Certum sit omnibus hominibus quod ego Raimundus, Dei gratia comes Barchinonensis, princeps Aragonensis et Tortose marchio, cupiens habere partem regni celestis meritis et intercessionibus sanctorum, propria animi deliberatione, dono et concedo in perpetuum Deo et Sancto Salvatori Cesaraugust[a]ne sedis et Bernardo, eiusdem episcopo, et canonicis ibi Deo servientibus et successoribus eorum villam atque castellum que dicitur Alballat cum omnibus suis terminis heremis et populatis et cum silvis et cum aquis et cum pascuis suis et cum omnibus redditibus et iuribus suis, sicut unquam melius habuit vel habere debuit in tempus de mauros. Dono et [conce]do illis ut habeant eam per hereditatem. Similiter dono per fevum et per honore Deo et supradicte ecclesie Sancti Salvatoris et Bernardo[1] episcopo et successoribus suis illo castello de Alballat cum omnibus redditibus et directis suis omnibus diebus vite mee; et post obitum meum, dono et concedo illud supradictum castrum et villam ut habeant et possideant per hereditatem. Adhuc autem dono et concedo totum donativum, sicut superius scriptum est, ut habeant illud salvum et ingenuum et liberum et franchum, salva mea fidelitate et de omni mea posteritate, per secula cuncta. Amen.

Signum+ Raimundi comes.

Facta carta Era M^{a} C^{a} LXXX^{a} VII^{a}, in mense september, in obssidione Ilerde, dominante me, Dei gratia comite, in Barchinona et in Aragone, in Super Arbi et in Ripa Curcia atque in Tortosa. Episcopo Bernardo in Cesaraugusta. Episcopo Dodo in Oscha. Episcopo Guillelmi Petri in Rota. Episcopo Michael in Taraçona. Comite Arnald Miri Paliarensem in Buile et in Ricla. Vicecomite de Gavarret et de Bearn in Oscha et in Bespen. Don Gomiz in Iacha et in Agierb. Ferriz in Sancta Eulalia. Garçia Ortiz in Cesaraugusta et in Fontes. Artal in Alagon. Peire de Castellaçolo in Calataiub. Sançio Necones in Darocha. Fortunio Acenariz in Taraçona. Galin Xemenez in Belgit. Galindo Ximinones in Alcala. Pelegrin in Alkeçar. Fortun Dat in Barbastro. Pere Ramon in Estata. Frontin in Elson. Domno Petro de Rueira, magister milicie Templi, in Monçon et in Corbinos.

Sunt testes visores et auditores de hoc super scriptum comite de Paliares et Guillelmi Raimundi, dapifer, et don Gomez et Petrus, magister de milicie Templi, et don Fredul et Frontin et

Pere de Stopanian et Auger et Guillelm Arnal fratri suo et Galindo Iohanne de Roda et Raimundus, prior Sancti Salvatoris, et Martinus canonicus.

Et ego Andree de Agierb, scriptor, hanc cartam scripsi et de manu mea hoc signum (*senyal*) feci.

1. B *corregeix* l.

891

1149, octubre, 18

Venda. *Els germans Pere, Berenguer i Ponç de Fonollar venen a l'orde del Temple tot el que tenen a Sant Vicenç de Jonqueres i a Sant Martí de Riudeperes, que els pervingué de Ponç de Jonqueres, pel preu d'un cavall i quaranta morabatins*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 222, 120 × 169 mm. Bon estat de conservació.

+ Sit notum cunctis quod nos utrique fratres Petrus et Berengarius atque Poncius de Foneiar, bono animo et voluntate, damus, vendimus atque tradimus Deo et milicie Templi Ierosolimitani et fratribus universis honorem nostrum quem habemus in episcopatu Barchinonensi, videlicet in parrochia Sancti Vincencii de Ioncheres, et in episcopatu Ausonensi in loco qui vocatur Riudeperes. Quantum in supradictis locis habemus et habere debemus, cultum et incultum, cum terminis et afrontacionibus, cum ingressibus et egressibus suis, tradimus vobis per alodium franchum, sicut melius dici vel intelligi potest, sine engan, ad utilitatem domus et fratrum. Advenit autem nobis per donacionem Poncii de Ioncheres consanguinei nostri. Et est manifestum. Et convenimus vobis ut si aliqua persona contra hoc venerit ad perturbandum, nos simus vobis adiutores et defensores secundum posse nostrum. Manifestum est quod nos supradicti venditores accepimus propter hoc I equum XL[a] morabetinorum a fratribus. Et hoc supradictum damus et eciam totum quantum est in Vallensi et in Ausona, ubicumque sit, de honore ipso qui fuit Poncii de Ioncheres, nostri consanguinei.[1]

Factum est hoc in manu Petri de Roveria, eiusdem milicię fratris et ministri, et in presencia fratrum qui in obsisione Dertose convenerunt, videlicet Petri de Ripa Alta et Ugonis de Panaz et Bertrandi de Alost atque Arnalli de Stopaia et aliorum fratrum. Si quis hoc fregerit, in duplo componat. Et postea hec carta firma permaneat.

Que est facta XV kalendas novembris, anno MºCºXLºIXº Dominice Incarnacionis.

Sig+num Petri de Foneiar, Sig+num Berengarii fratris eius, Sig+num Poncii de Foneiar, qui hoc tradimus, firmamus et testes firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi Berengarii. Sig+num Bernardi filii eius. Sig+num Berengarii de Grana[ta].

Sig+num Geralli sacerdotis, Barchinonensis episcopi capellani, qui hoc scripsit.

1. Manifestum est quod nos... Poncii de Ioncheres, nostri consanguinei, *escrit al text entre les subscripcions dels testimonis i la clausura del rogatari.*

892

1149, novembre, 16

Dotació. *Dalmau cedeix a la seva esposa Ermessenda els drets sobre el castell de Montargull i la quadra d'Albió, per valor de mil cinccents sous, en concepte d'aixovar.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 223 (*olim* arm. 23 dels Templers, sac A, núm. 62), 101 × 195 mm. Bon estat de conservació.

a SANS I TRAVÉ, *Col·lecció diplomàtica*, núm. 37, pp. 115-116.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes,* p. 64.

Hec est dote que fecit vir onestus nomine Dallmad ad esponsa sua Ermesen. Mito in dote meos dir[e]ctos[1] de castro de Munt Orgul vel in suo termine et meos dir[e]ctos[2] de ipsa quadra de Albi et de suis terminis, que ego abeo vel abere debeo et in ante debeo avere. Mito in dote per mil e VC solidos de exovar. Et si diminuerit de Dalmad sine infante de legitime coniugi de Ermesen, teneat Erm[es]en[3] vel suos ipsa onore quomodo suprae[s] criptum[4] est, tantum tro parentes de Dalmad doned ipso avere. Et si diminuerit de Ermesen sine infante de legitime coniugi de Dalmad, qui non guaris, que teneat Gombad de Olluga vel suos ipsa onore, tantum tro que siant ipso avere qui est suprascriptum pagad.[5] Et est manifestum.

Facta ista carta vel dote VIX kalendas december, anos ab Incarnacione Domini Mº Cº XLº VIIIIº.

Sig+num Dalmad, Sig+num Ramon fratre meo,[6] Sig+num Ramon de Grada, qui ista carta mandavimus scribere et ad testes firmare fecimus.

Sig+num Gombad de Olluga. Sig+num Pere de Figerola. Sig+num Bernad de Guardia. Sig+num Almoravid. Sig+num Ramon de Muntblanc. Sunt firmatores.

Arnaldus presbiter, qui hoc (*senyal*) scripsit.

1. *Manca.* 2. *Manca.* 3. *Manca.* 4. *Manca;* suprramecriptum *al text.* 5. *Segueix una línia en blanc.* 6. *Segueix* qui ista, *sense cancel·lar*.

893

[1148, desembre, 31 – 1149, novembre, 30]

Carta de poblament. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, atorga carta de poblament als habitants de Tortosa.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 2 (*olim* arm 14 Tortosa, sac D, núm. 150), 100 × 140 mm. Bon estat de conservació.
a *CODOIN*, IV, doc. CXXXIX.
b FONT RIUS, *Cartas*, I-I, doc. 68.

Cit. BAYERRI, *Historia,* VII, p. 5.

Creiem que aquest document podria ser una primera redacció de la carta de poblament. El datem per la data de la conquesta de la ciutat i la data de la versió definitiva de la carta de poblament.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Raymundus Berenguarius, comes Barchilone, princeps Aragonensium, marchio Tortose, dono villam Tortose illis qui modo habitant et omnibus qui postea habitabunt Tortosam. Do illis francament et liberam villam Tortose cum intratis et exidis et cum aquis et cum pascuis et cum linearíis et montanis et cum piscariis. Et super hoc totum dono illis hanc libertatem quod non donent in Tortosa usaticum aliquod neque leudam neque portaticum neque passaticum. Et adhuc dono illis quod non sint forzati nisi de iusticia tantummodo et illa talis sit qualem ego constituam cum consilio proborum hominum ville. Istam donationem sicut in carta ista scriptum est dono bono animo et bonam voluntatem et sine fraude, per me et successores meos, vobis presentibus et vestris successoribus ut ita habeatis sicut scriptum est vos et successores vestri et libere possideatis semper, ita quod vos fideles sitis mihi et posteritati mee et illis qui per me sunt ibi et erunt et eorum posteritati, bona fide et sine omni enganno, ad honorem Dei et gloriose matris eius.[1]

1. *Segueix, escrit per una mà posterior, de finals del segle XII:* Et ego Guillelmus Raimundus dapiferus, sicut dominus meus comes facit vobis hanc donacionem et in hac carta scriptum est, laudo et concedo et dono bono animo, sine omni enganno, vobis et vestris successoribus.

894

1149, novembre, 30

Carta de poblament. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, atorga carta de poblament a favor dels habitants de Tortosa.*

A [Original no localitzat.]

B Còpia del 24 de febrer de 1158. Tortosa, AHCTE, fons Ajuntament de Tortosa, perg. núm. 463 (*olim* Calaix de Privilegis III, núm. 6), 585 × 387. Bon estat de conservació malgrat la presència de dos forats a la part central del pergamí.

C Còpia figurada del final del segle XII. Madrid, AHN, Clero, carp. 2000, Poblet, perg. núm. 12 (signatura antiga: lligall 1446, núm. 105).

D [Trasllat del 31 de maig de 1256, perdut.]

E Còpia del segle XIII. ACT, Cartoral núm. 8, doc. 74, ff. 125-126.

F Còpia del segle XIII. ACT, ms. núm. 154, f. 3.

G Trasllat del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 224 (*olim* arm. 14 Tortosa, sac E, núm. 194), 2638 × 211 mm. Pergamí constituït per cinc membranes de pergamí cosides horitzontalment. Estat de conservació deficient a causa d'alguns estrips i mutilacions als marges superiors dret i esquerre, i de l'esvaniment de la tinta. Aquest trasllat altera l'ordre d'alguns paràgrafs amb relació al text *B*.

H Còpia del final del segle XIV. Madrid, AHN, Còdices i cartularios, núm. 662-B (Signatura antiga: núm. 495), f. 45.

I Còpia de 1418 en paper. ACT, caixó Benifaçà, Procés entre la ciutat de Tortosa i el monestir de Benifaçà, ff. 24-28.

J [Trasllat del 20 de març de 1462, segons un inventari del segle XVI, actualment perdut].

K Còpia del final del segle XV. ACA, Reial Patrimoni, classe 5A, núm. 2, Registre de Provisions reials de Pere Beçet, f. a.

L Còpia legalitzada del trasllat *D*, del final del segle XV, en paper. Tortosa, AHCTE, calaix de Privilegis V, núm. 68.

M Trasllat del final del segle XV en paper. Tortosa, AHCTE, fons Ajuntament de Tortosa, paper núm. 1930 (*olim* calaix de Privilegis II, núm 70).

N Còpia del segle XV en paper. ACT, Cartoral núm. 9, ff. 49-50.

O Còpia dels segles XIV-XV. ACT, Cartoral núm. 5, doc. núm. 5, f. 1.

P Trasllat del 1508 en paper. Tortosa, AHCTE, fons Ajuntament de Tortosa, paper núm. 339 (*olim* calaix del Comú I, núm. 70).

Q Còpia autèntica del segle XVI en paper. Tortosa, AHCTE, fons Ajuntament de Tortosa, paper núm. 1913 (*olim* calaix de Privilegis I, núm. 61 A).

R Còpia simple del 1792 en paper timbrat. Tortosa, AHCTE, fons Ajuntament de Tortosa, paper núm. 1910 (*olim* calaix de Privilegis I, núm. 55).

S Còpia del segle XVIII en paper. ACT, Cartoral núm. 9 A, ff. 108-112.

T Còpia simple del final del segle XVIII en paper. Tortosa, AHCTE, fons Ajuntament de Tortosa, paper núm. 1909 (*olim* calaix de Privilegis I, núm. 54).

a *Libre de les costums generals*, f. CXI.

b MARCA, *Marca Hispanica*, col. 1303, ap. CCCCVII (edició fragmentària).

c FLÓREZ, *España Sagrada*, XLII, p. 285.

d *CODOIN*, IV, p. 144.

e OLIVER, *Historia del derecho*, IV, p. 484.

f BAYERRI, *Carta puebla de Tortosa* (amb una reproducció fotogràfica del trasllat de 1158).
g FONT RIUS, *Cartas de población*, núm. 75.
h MASSIP, *Costums*, núms. 1 i 1 bis.
i ALTISENT, *Diplomatari de Poblet*, núm. 120.
j VIRGILI, *Diplomatari*, núm. 20.

Cit. *Colección de fueros*, p. 257. — FLÓREZ, *España Sagrada,* XLII, p. 116. — BALAGUER, *Historia de Cataluña*, I, p. 735. — MARICHALAR, *Historia de la legislación,* VI, p. 426. — FERNÁNDEZ, *Anales,* p. 322. — BOFARULL, *Historia... de Cataluña,* III, p. 35. — OLIVER, *Historia del derecho,* I, p. 50 i s.; II, p. 25 i s. — O'CALLAGHAN, *Anales de Tortosa,* III, p. 289. — O'CALLAGHAN, *La catedral de Tortosa,* p. 286. — MORERA, *Tarragona cristiana,* I, p. 411. — BROCÀ, *Historia del derecho,* I, p. 193. — ROVIRA I VIRGILI, *Historia,* IV, p. 266. — BAYERRI, *Carta puebla de Tortosa*. — BAYERRI, *Historia de Tortosa,* VII, p. 39 i s. — FONT RIUS, *Cartas de población*, I, p. 771 i s.

Presentem el text a partir de la còpia *B* i indiquem les fórmules introductòries i de clausura del trasllat *F*. Hem seguit la taula de tradició documental i la relació d'edicions i citacions que dóna Font Rius i l'hem completada amb la de Virgili.

Editem per separat la versió catalana d'aquesta carta de poblament. Vegeu el document núm. 895.

Ad[1] honorem Dei omnipotentis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Raimundus Berengarii, comes gratia Dei Barchinonensis, princeps Aragonensis atque Ylerde et Tortose marchio, dono vobis omnibus habitatoribus Tortose cunctisque successoribus vestris in perpetuum, in civitate Tortosa, domos et casales, ortos et ortales, campos et vineas, cultos et heremos, cum omnibus earum pertinenciis in hereditate propria, libera, franca et ingenua, sicut unicuique dabo per donationes meas et cartas quas facturus sum vobis. Dono etiam vobis montes et planos, et boschos[2] et ligneamina, ad omnes vestros usus proprios, tam domorum quam navium. Dono etiam vobis prata et paschuas[3] et venationes. Et habeatis hec omnia vos et omnes successores vestri post vos libere et ingenue, cum omnibus ingressibus et egressibus, sicut habentur et continentur per terram, de collo Balagerii usque ad Ualldichona[4] et sicut pervadit de Roca Foletera usque ad mare. Dono iterum vobis omnibus aquas dulces et mare ad piscandum et navigandum, exceptis stagnis et salinis, in quibus retineo solam meam novenam. Dono insuper omnibus vobis quod non donetis amodo in Tortosa leudam neque portaticum neque passaticum. Et quod non faciam vobis nec successoribus vestris aliquam forciam vel districtum in personis vestris vel in possessionibus, mobilibus aut immobilibus, neque per me neque [per][5] personas mihi subditas, nisi quod sola iustitia rnihi dictaverit, quam iusticiam tenebitis etobservabitis secundum mores bonos et consuetudines quas subterius vobis dedi

et scribi feci. Omnia quoque suprascripta vobis integriter dono et firmiter laudo, simul cum ipsis stagnis et salinariis in quibus solam meam novenam [retineo].[6] Primus siquidem modus Tortose civitatis hic est. Quicumque alicui extiterit debitor et ad terminum noluerit eum paccare postquam exactor querimoniam suam super hoc curie exposuerit, causam suam debitor integre ei restituat, et postmodum quantum constaverit quinta pars illius debiti quod reddiderit tantum de proprio suo idem debitor curie reddat. Si quis etiam minando vel irascendo contra alium, cultellum vel ensem vel lanceam traxerit, LX solidos curie donet aut manum dexteram perdat. Qui autem prendiderit latronem in latrocinio, teneat[7] eum donec sua recuperet et postea illum ad iusticiam curie reddat. Pignera vero debitorum coram testibus accipiantur ad terminum; que si tunc non fuerint redempta, conserventur inde post terminum X dies; que si tunc redepta non fuerint, sit deinceps licitum eis qui tenuerint eam vendere vel impignerare sine alicuius contrarietatis obstaculo. Et si quis miles alicui homini vel femine Tortose fuerit dator vel debitor per se vel per alium et, statuto termino, noluerit reddere quod debuerit postquam exactor semel fuerit de eo fatigatus ad curiam, pigneret deinde suum datorem vel debitorem de cavallo suo aut de mulo aut de quibuslibet rebus suis quas cum eo vel sine eo invenire potuerit. Et ipse dator vel debitor pignus ei non deffendat neque contendat. Et si quis apellaverit alterum cucurbitam, hoc est, cuguz aut renegatum aut baudatorem et eadem[8] ora percusserit eum, ille cui hoc verbum protulerit nulla de eis vindicta vel iusticia requiratur. Contentiones vero et alia malefacta que fuerint infra habitatores Tortose sit licitum probis hominibus aptare et pacificare ad invicem, si voluerint, antequam curie manifestentur vel ad sacramentum deveniant. De iniuriis et malefactis que facte fuerint postquam clamor fuerit factus ad curiam, firment inde directum et faciant per iudicium curie et proborum hominum Tortose. Pro inventione vero fugitivi sarraceni qui inventus sit de Terrachona usque Iberum flumen, unum morabetinum accipiatur. Et de Ibero usque ad Uldichona, duos. Supradicta omnia vobis dono francamente et libera et sine vestro engano modo prescripto ut ea potenter et firmiter teneatis et habeatis ac iure perpetuo possideatis salva in omnibus mea fidelitate et meis directis. Et amodo ero vobis bonus rector et bonus dominus et amabo semper atque honorabo et defensabo personas vestras et omnia vestra ubicumque per me vel per meos posse habuero sicut meos proprios et michi karissimos. Addo ite-

rum vobis quod per clamorem aut per ullum reptir quod vobis facerem non faciatis mecum bataiam neque cum ullo seniore aut baiulo de Tortosa. Propter hec omnia dona superius comprehensa, nos omnes habitatores Tortose convenimus vobis domino nostro Raimundo comiti suprascripto ut simus vobis fideles in omnibus.

Facta ista carta II[e] kalendas decembris, die festo sancti Andree, anno Dominice Incarnationis millesimo C[mo] XL[mo] VIIII.

Signum+ Raimundi comes.

Signum+ Bernardi, Tarrachonensis archiepiscopi. S+ignum Guilelmi, Barchinonensis episcopi +. Signum+ Guielmi Raimundi dapiferi. Signum+ Petri Bertrandi. Signum+ Petri Sancti Minati. Signum+ Bernardi de Bello Loco. Signum+ Poncii de Cervera. Signum+ Guilelmi de Copons, baiuli comitis.

Sig+num Poncii, qui hoc scripsit, die annoque prescripto.[9]

1. G *comença:* [Hoc est translatum scertum et] fideliter translatatum VII idus marcii, anno ab [incarnatione Domini…]. 2. h *afegida a la interlínia*. 3. h *afegida a la interlínia*. 4. h *afegida a la interlínia*. 5. *Manca*. 6. *Completem, segons* G, *aquesta paraula il·legible a causa d'un forat en el pergamí.* 7. *Entre* a *i* t, n *expuntuada.* 8. *Entre* a *i* d, n *expuntuada*. 9. B *acaba:* Signum+ Arberti, qui hoc translatum scripsit VI kalendas marcii, die festo sancti M[at]hie apostoli, anno M C LVII ab Incarnatione Domini, cum literas rasis et emendatis in linea IIII et in VI, die et anno prescripto. — G *acaba:* Petrus de Almenar, presbítero, pro teste subscribo et sig+num meum facio. Sig+num Dominici Abbatis, subscribentis pro teste. Dominicus Mirabeti, diachonus, hoc translatum fecit atque translatavit et hoc sig+num fecit.

895

1149, novembre, 30

Carta de poblament. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, atorga carta de poblament a favor dels habitants de Tortosa.*

A [Original no localitzat.]

B Versió catalana de la primera meitat del segle XIV. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 1 (*olim* arm. 14 Tortosa, sac D, núm. 144), 320 × 260 mm. Bon estat de conservació.

C Versió catalana del segle XIV. Madrid, AHN, Códices y cartularios, núm. 597-B (signatura antiga: núm. 1312), f. 182.

D Trasllat del 15 d'octubre de 1373. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, extrainventari, núm. 3611 (*olim* arm. 14 Tortosa, sac C, núm. 135), 490 × 610. Bon estat de conservació.

a FONT RIUS, *Cartas de población*, doc. 75.

El trasllat *D* conté altres documents de cronologia posterior a la d'aquesta edició.

Per a completar la taula de tradició documental i la relació d'edicions i citacions, vegeu el document núm. 894, del qual, aquest, és la traducció catalana, que presentem independentment.

A[1] honor de Déu lo Pare omnipotent, del Ffiyl et del Sant Esprit, amen. Nós en Ramon Berenger, per la gràcia de Déu comte de Barcelona, príncep d'Aragó et marquès de Tortosa, don a vós tots abitadors de Tortosa et a totç los succesors, per totç temps, en la ciutat de Tortosa, cases et casals, ortç[2] et ortals, camps et viynes, laurades, ermes, ab totç los seus pertinentç en la ciutat, pròpria, liure, franca et noble, axí com a cada un donaré per donacions mies et cartes, les quals vos faré. Don encara a vós muntç et plans et boscs et leynes a totç vostres ús propris, axí de cases com de naus. Don encara a vós pratç et pastures, cases. Et ajatz totes aquestes coses vós et totç los vostres succesors aprés vós liurament et francament, ab les entrades totes et exides sues, axí com és agut et contengut per terra del col de Balager entró a Uayl de Cona et axí com va de la roca Foletera entró a la mar. Don encara a vós totes les aygues dolces et la mar a pescar et a navegar, esters los estayns et les salines, en les quals a mi retenc sola la novena. Don sobre totes aq[u]estes[3] coses[4] a vós que no donetz leuda en Tortosa ne portage ne pasatge et que no faca a vós ni als vostres succesors força alcuna ni destret en les persones vostres o en les possessions moventç et no moventç, ni per mi ni per perssona a mi sotçmesa, sinó so que justíia me darà, la qual justíia tendretç et observaretç segons bons costums, los quals davant done et escriure fiu. Totes les coses damun dites a vós entegrament don et fermament lou, ensems ab los estayns et a les salines, en les quals sola la mia novena retenc. Lo primer, so és a saber, costum de la ciutat de Tortosa és aquest: Aycel qui a altre serà deutor et al terme no·l volrà[5] pagar pus, que·l creedor se'n clam a la cort sobre aysò aurà demostrat lo deutor tot lo pleyt, lo restituesca et en aprés aytant com costa la quinta part del deute, lo qual rendrà aytant del seu propi, aquel metex deute a la cort rendrà. Aquel qui menacat or exent contra altre coltel o lansa o espaa traurà, LX sòlidos don a la cort o la man dreta perda. Aquel qui pendrà ladre en ladronici, tenga'l tant entró recobre·l seu et pux a la justícia de la cort lo renda. Peynores deutores davant testimonis sien preses a terme et si adoncs no seran reemudes aprés el terme de X dies, si ladoncs no seran reemudes, ajen plen leer aquels qui les tendran de les vendre et d'enpeynorar sens contrarietat et contrast. E si alcun cavaller o

alcun homne o ffemna de Tortossa serà donador o deutor per si o per altre et establit terme no volrà redre so que deurà pusque l'actor una vegada d'el serà fadigat a la cort, peynor[ar]-lo[6] d'aquí avant de son caval o de son mul o de quals coses li trop sues que li plaurà, ab el et sense el, et aquel donador o deutor no li deffena peynora. E aquel qui apelarà a altre coguç o bare o renegat et aquela ora lo feirà aquel a cuy esta peraula aurà dita, neguna venjansa o justíia li fasa hom. Contensions o altres males fetes que seran dintre·ls abitadors de Tortosa sia leer als prohòmens de Tortosa adobar et apasificar entre·ls si·l volran enans que a la cort sien maniffestades o a sagrament vingen. Dels tortç les males feytes que feytes[7] seran pus que·l clam serà feyt a la cort, fermen d'aquèn dret e·l facen per judici de la cort et dels prohòmens de Tortosa. Per trobar de sarrayn fugetiu que sia trobat de Tarragona d'entró al flum d'Ebre, I morabetin ne sia pres, et d'Ebre entró a Uayl de Cona, II morabetins. Totes les coses damundites a vós do francament et liura et senes vostre engan et axí com és escrit d'aqueles poderosament et ffermament tingats et ajats et per dret perpetual posseescats, salva la mia feeltat e·ls meus drets. E d'aquí enant seré a vós bon governador et bon senyor et amaré per totç temps et honraré et deffendré les vostres persones et totes les vostres coses en tot loc, per mi et tots los meus. Enadesc de res caps a vós que per alcun clam ni per algun repta que a vós ffasa, no ffacats ab mi batayla ni ab algun seynor ni ab alcun batle de Tortossa. Totes aq[ue]stes[8] cosses do axí com damunt és declarat. Nós, tots abitadors de Tortosa, covenims a vós senyor nostre en Ramon, comte, que siam a vós feels en totes coses.

Feyta aquesta carta lo dia et la festa de Sent Andreu de l'any MC[9] XL et IX.[10]

Senyal d'en Ramon comte.

Senyal d'en Bernat de Tarragona. Senyal d'en Guillem de Bar[c]helona[11] bisbe. Senyal d'en Guillem Ramon. Senyal d'en Pere Bertran. Senyal d'en Pere Senmenat. Senyal d'en Bernat de Bel Loc. Senyal d'en Ponç de Çervera. Senyal d'en Guillem de Copons, batle del comte.

Senyal d'en Ponç scrivà, qui açò escrishc.[12]

1. D *comença:* Hoc est translatum bene et fideliter sumptum a quibusdam instrumentis inventis et reconditis in archivio regio palacii Barchinone quarum tenores seriatim secuntur in hunc modum. 2. *Segueix* ortotoç, *ratllat, i* ortç *afegit a la interlínia*. 3. *Manca*. 4. coses *omet* D. 5. volirà *al text*. 6. *Manca*. 7. que feytes *omet* D. 8. *Manca*. 9. M CC *al text*. 10. M CC et XL et IX D. 11. *Man-*

ca. 12. D *afegeix al final dels quatre documents que trasllada:* Sig(*senyal*)num mei Guillelmi Venrelli, notarii publici auctoritate regia, huius translati testis. Sig(*senyal*)num mei Petri Geronesii, notarii publici auctoritate regia per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, qui visiis originalibus transuptus predicti hic pro teste me subscribo. Sig(*senyal*)num Petri Bartholomei, scriptoris illustrissimi ac magnifici principis et domini, domini regis Aragonum ac tenentis claves dicti archivi sui eiusque auctoritate notarii publici per totam terram et dominacionem suam, qui hoc translatum de mandato vicecancellarii, facto per Iohanem de Bellmont, portarium ipsius domini regis, a predictis suis originalibus sumptum et cum eis de verbo ad verbum legittime comprobatum, scribi fecit in civitate Barchinone, XV[a] die octobris, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo septuagesimo tercio, cum raso et emendato in linea XII[a] ubi legitur «avayl», et in XIII[a] linea ubi dicitur «enant», et cum supraposito in XVII[a] linea ubi legitur «cuius tenor talis est», et in XXVII[a] linea ubi dicitur «sig+num Guillelmi Rubeo», et in linea XL[a] ubi legitur «factum», et in XLI[a] ubi legitur «que appellatur», et in XLIIII[a] ubi dicitur «vayl», et cum supraposito in IX[a] linea ubi legitur «alcun», et clausit.

896

[Abans de 1150]

Capbreu. *Capbreu de les franqueses que Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, té a Corró de Dalt, a Corró de Baix i a Marata.*

A [Original no localitzat.]
B Còpia de c. 1162. ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 2502, 202 × 114 mm. Bon estat de conservació.
a BISSON, *Fiscal accounts*, doc. 14.

Datem segons la propota de Bisson.

Hec est capud breve de totis franchedis quas habet Raimundus Berengarii, chomes Barchinonensis, in parroechia Sancti Mameti de Korrono Superiori fideliter notate. In primis, Girbertus Arnalli emina I cibarie et lads I de carne et parilia II[a] de gallinis et media quartana tritici et sextarium I de vino. Mansus Raimundi Mironis migera I cibarie et perna I et emina I de vino et quartana I tritici et parilium I de gallinis. Mansus Mironis Bonucii similiter. Mansus de Pegara similiter. Petrus Paschualli similiter. Petrus Ermenardi similiter. Belliardis similiter. Guillelmus Raimundi similiter. Petrus Bernardi media quartana cibarie et parilium de gallinis et placentas II[a] sicilicet fogaces. Poncius de Prato media alberga et manet in parroechia Sancti Andręę de Samalutio.

De parroechia Sancte Columbe: Mansus de ipsis Cunils emina I annone et medium porc et media quartana tritici et sextarium I de vino et parilia[1] II[o] de gallinis. Petrus Salomoni migera I annone et perna I et quartana I tritici et emina I de vino et parilium I de gallinis. Petrus de Oldzed similiter. Vives Raimundi similiter.

De parroechia Sancte Eulalie de Korrono Inferiori: Arnallus de Solario sextarium I cibarie et quartana I tritici et quatuor pernas et quatuor parilia de gallinis et sestario I de vino et solidos III per exercitum. Mansus de Valloria similiter. Mansus Lobatoni similiter. Mansus de Solario similiter. Mansus Suniarii alberga I. Mansus Gerovardi alia. Mansus Iohannis de Riba Alta alia. Mansus Petri Geraldi alia. Mansus Guillelmi Guitardi alia. Mansus de Oldzina media alberga. Mansus Guifredis Boni Hominis media quartana cibarie et quarter de vino et gallinam I et denarios III per carnem et medietatem de media quartana tritici. Berengarius de Arundineto tercianam I cibarie et placentam I et denarios II per carnem et medium quarter de vino et mediam gallinam. Iohannes de Serra totidem.

In supradictis locis omnia chomitalia censata fideliter hic sunt notata.[2]

1. *La darrera* a *corregeix* um. 2. *Segueix, escrit per una altra mà posterior:* Summa cibarie VIIII [sestarios] minus [p...] I. De tritico VIIII [quartanas].

897

1150, gener

Carta de poblament. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, i Ermengol VI, comte d'Urgell, atorguen als habitants de Lleida les seves possessions en franc alou i ordenen el procediment judicial pel qual s'ha de regir la ciutat.*

A Lleida, Arxiu Municipal, armari reservat, doc. núm. 156 × 515 mm.
B Còpia, sense data. Lleida, Arxiu Municipal, armari reservat, doc. núm. 2.
C Còpia autoritzada pel rei Alfons I. Lleida, Arxiu Municipal, Armari reservat, doc. núm. 3.
D [Còpia del final del segle XII, perduda. ACA, Liber feudorum maior, f. 153.]
E Trasllat de l'11 de novembre de 1209, fet per Berenguer de Vilanova. Barcelona, ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 225 (*olim* arm. 3 Lleida, sac A, núm. 34), 417 × 562 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat a la part inferior.
F Còpia del segle XIV. Lleida, Arxiu Municipal, Llibre verd menor (signatura: núm. 1376), f. 93.
G Còpia del segle XIV. Lleida, Arxiu de la Catedral, Liber concordiarum et privilegiorum (signatura: Armari A, núm. 3), f. 32.
H Còpia del 17 de juliol de 1506. Lleida, Arxiu Municipal, armari reservat, doc. núm. 4.
I Còpia de 1691. Lleida, Arxiu Municipal, Llibre verd major (signatura: núm. 1374), f. 1.

J Còpia del segle XVIII, autoritzada per Gabriel Roig, notari. Lleida, Arxiu Municipal, volum de trasllats diversos (signatura núm. 718).
K [Còpia del segle XVIII, feta per J. Caresmar, Instrumenta varia, manuscrit destruït a Vic el 1936].
L Còpia de 1705. Barcelona, BC, ms. 729, J. PASCUAL, Sacræ Antiquitatis Cataloniæ Monumenta, vol. VIII, f. 203.
a MARCA, *Marca Hispanica*, doc. 409, cols. 1305-1306.
b *CODOIN*, IV, p. 136.
c SISCAR, *La carta*, ap. II, p. 174.
d GRAS, *La pahería*, p. 225.
e VALLS TABERNER, *Las «Consuetudines»*, pp. 62-72.
f VALLS TABERNER, *Les fonts*, p. 145.
g MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, p. 170, doc. 162.
h FONT RIUS, *Cartas*, I, doc. 79.
i RIU *et al.*, *Textos comentados*, p. 666.

Cit. BALAGUER, *Historia*, I, p. 735. — BROCÀ, *Història*, p. 193. — ROVIRA I VIRGILI, *Història nacional*, IV, p. 265.

Hem seguit la taula de tradició documental i la relació d'edicions i citacions que dóna Font Rius. Només hem fet les variants de la còpia *E* respecte de l'original.

Sit[1] notum omnibus hominibus quod ego Raimundus, comes Barchinonensis, princeps Aragonensis atque Ilerde et Tortosæ marchio, et ego Ermengaudus, comes Urgelli, qui per manum comitis Barchinonensis Ilerdam habeo, donamus vobis omnibus populatoribus et habitatoribus sive statoribus Ilerdæ civitatis, tam presentibus quam futuris, casas et casales et ortos et ortales et totam civitatem Ilerdæ, tam constructam quam destructam, tam infra muros quam extra muros, ut ibi habitetis et populetis et mansiones edificetis. Etiam damus vobis totum territorium civitatis Ilerdæ, tam cultum quam eremum, cum omnibus terminis et pertinenciis omnesque introitus et exitus suos, ut habeatis ibi mansiones et hereditates vestras, sicut unicuique vestrum eas dabimus per cartas nostre donacionis, per alodium proprium et franchum, cum prole et sine ea, ad faciendum exinde quiquid volueritis tamquam de propriis hereditatibus vestris, ad dandum vel vendendum sive inpignerandum quibuscumque velitis, exceptis militibus et sanctis. Donamus iterum vobis prata et paschuas, fontes et aquas, boschos et legnamina et venaciones, plana et montana, ad omnes vestros usus et ad omnia vestra pecora pascenda et conducenda. Donamus iterum vobis omnibus ut deincebs in civitate Ilerdæ et in termino eius non donetis leudam nec ullum usaticum, nec aliqua persona hoc a vobis requirere audeat in perpetuum. Et quod nos aut aliquis senior vel castlanus sive vicarius aut baiulus Ilerde, homo vel femina, non faciamus vel faciant ullam forciam vel districtum in

personis vestris neque in possessionibus vestris. Et quod nos aut ullus senior vel baiulus Ilerde non possimus vel possint vos inculpare aut increpare de aliquo absque legitimis et idoneis testibus. Et quod non[2] faciatis nobiscum aut cum aliquo seniore vel baiulo Ilerdæ bataiam. Et quod sitis deincebs securi, liberi et franchi cum omnibus hereditatibus vestris atque possessionibus vestris, absque aliquo retentu quem ibi non facimus, preter fidelitatem et solam rectam iusticiam quam ibi retinemus; quam iusticiam et fidelitatem ita tenebitis et observabitis sicut inferius scriptum est et constitutum. Primus siquidem modus institucionis et observacionis iusticie hic est: Si quis eduxerit cultellum aut ensem aut lanceam adversus alium, minando vel irascendo, aut donet curiæ LX solidos aut manum perdat. Qui autem prendiderit latronem suas causas[3] ei furantem, tandiu eum teneat donec sua recuperet et postmodum illum ad iusticiam curie reddat.[4] Et si quis tenuerit pignus alterrus[5] et ipse qui debitor fuerit noluerit debitum ad terminum redere, teneat ipsum pignus qui tenet decem diebus post illum terminum; post quos, si noluerit debitor reddere debitum, ex tunc sit licitum ei qui pignus tenuerit vendere vel inpignerare illud cui voluerit unde suum recuperet. Si quis vero fuerit debitor aut fideiussor alicui habitatori vel statori Ilerde et ad terminum noluerit eum pachare, si clamor de eo venerit ad curiam, cogatur debitor ille vel fideiussor totum ei reddere debitum et tantum curiæ de suo proprio dare quantum fuerit tercia pars illius debiti. Quod si curia nollet aut non posset ipsum debitorem vel fideiussorem distringere, ex tunc sit licitum habitatori Ilerdæ pignerandi debitorem ipsum vel fideiussorem in cavallis aut mulis aut in omnibus propriis rebus ipsius quascumque invenerit. Omnes vero iniurias[6] et omnia malefacta que fuerint infra habitatores Ilerdæ habeant licenciam probi homines Ilerdæ ea ad invicem adaptare et pacificare si voluerint, antequam ad curiam querimonia inde feratur. De illis autem iniuriis et malefactis de quibus fuerit clamor curie factus, firment inde directum secundum quantitatem malefacti et faciant illud per iudicium curiæ. Et si quis fuerit captus in adulterio cum uxore alterius, currant ambo, vir et femina, per omnes plateas civitatis Ilerdæ, nudi et verberati, nec aliud dapnum honoris vel pecunie inde sustineant. Et nos prescripti comites Barchinonensis scilicet et Urgellensis convenimus vobis omnibus habitatoribus Ilerdæ omnia suprascripta tenere firmiter et atendere[7] bona fide, sine vestro engan, et manutenebimus et defensabimus corpora vestra et omnia vestra in omnibus locis maris et [te]rræ,

ubi potenciam habeamus, contra omnes homines et feminas,[8] sicut nostros proprios atque karissimos homines. Et nos omnes pariter populatores atque statores Ilerde civitatis, maiores et minores, convenimus vobis senioribus nostris, Raimundo comiti Barchinonensi et Ermengaudo comiti Urgellensi, quod ab hac die in antea simus vobis fideles in omnibus directis et iusticiis vestris, bona fide et sine aliqua fraude, nobis scientibus; et quod adiuvemus vos tenere et conservare civitatem et villam Ilerdæ secundum posse nostrum. Et si quis hoc disrumpere vel violare temptaverit, nichil proficiat, sed in duplo omnia supradict[a] componat, et postmodum hoc firmum permaneat [o]mne per evum.

Facta ista carta mense ianuarii, anno Dominice Incarnacionis millessimo centessimo XLºVIIIIº.

Signum+ Raimundi comes. Signum Adefonsi +, regis Aragonensium +[9] et comitis Barchinone.[10] Signum+ Petri, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone.[11]

Sig+num Ermengaudi, comitis Urgelli, qui hanc donacionem fecit, firmavit testesque firmare mandavit. Sig+num Ermengaudi filii sui, comitis U[r]gelli,[12] qui hoc laudat et firmat.

Sig+num Arnalli Mironis, comitis Palearesis. Sig+num Guilelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Raimundi de Pug Alt. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Geralli de Iorba. Sig+num Guilelmi de Cervera. Sig+num Guilelmi de Castel Vel. Sig+num Arnalli Berengarii de Anglerola. Sig+num Berengarii Arnalli de Anglerola. Sig+num Gonballi de Ribeles. Sig+num Arnalli de Ponts. Sig+num Berengarii de Torroia. Sig+num Arnalli de Lercio.

Sig+num Pontii scriptoris, qui hoc scripsit die annoque prescripto.[13]

1. E *comença:* Hoc est translatum bene et fideliter factum III idus novembris, anno Domini millesimo ducentisimo VIIIIº. 2. non *afegit a la interlínia*. 3. *En lloc de* casas. 4. reddat curie E. 5. *En lloc d'*alterius. 6. *Entre* u *i* r, *traç mal esborrat que ha deixat una taca en el pergamí*. 7. ad atendere E. 8. et feminas *afegit a la interlínia*. 9. + *afegit a la interlínia*. 10. Signum Adefonsi + regis Aragonensium et comitis Barchinonensium *afegit posteriorment*. 11. Signum+ Petri, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinonensis *afegit posteriorment*. 12. *Manca*. 13. E *acaba:* Sig+num Petri de Betesa, presbiteri ecclesie de Villanova, Guilelmus Palentianus scripsit se pro teste et hoc sig+num fecit, qui huius translati sunt testes. Sig+num mei Arnaldi Mironis, qui hoc translatum cum eodem autentico comprobavi. Berengarius de Villanova translatavit et hoc (*senyal*) fecit cum literis suprapositis in Xª linea.

FUNDACIÓ NOGUERA

898

1150, març, 23

Venda. *Guillem de Sant Vicenç i la seva mare Elvira venen als esposos Ramon de Mataró i Calva tot el que tenen a Sant Andreu de Palomar, a Vilapiscina, pel preu de cinquanta morabatins mercaders.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 226 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Maria, núm. 1093), 130 × 185 mm. Bon estat de conservació malgrat l'esvaniment de la tinta.

Sit notum cunctis qualiter ego Guillelmus de Sancto Vincentio et Gelvira mater mea[1] venditores sumus tibi Raimundi de Matero et uxori tue Calve omnem meum honorem quem habemus[2] vel habere debemus[3] in comitatu Barchinone, in parroechia Sancti Andree de Palomar, in loco vocitato Villa Pecina. Advenit matri mee per vocem viris sui[4] et mihi[5] voce paterna ac materna sive aliquibus vocibus. Terminatur autem ab oriente in rivo Bisocii, a meridie in villam de Provincialis, ab occiduo in Orta, a circio in Romanet. Quantum iste affrontationes includunt et terminant et ambiunt et sicut melius mihi advenit vel advenire debet, suprascriptum omnem honorem, videlicet terras et vineas et mansos et arbores diversis generibus, cultum et incultum, aquis et pascuis, pronum et planum, et garrigas, sic integriter et sine omni enganno, ad vestrum vestrorumque salvamentum et intellectum vendo vobis legaliter. Et ut melius dici vel intelligi potest ad vestrum salvamentum, de meo iure et dominio in vestrum trado dominium et potestatem, per vestrum proprium liberum et francum alodium, ad omnem vestram voluntatem omni tempore faciendam et sine aliqua voce a me vel meis inibi retenta, et sine obstaculo ullius contrarietatis. Accipio a vobis pro hac venditione L morabetinos mercatarios. Si quis hoc disrumpere voluerit, nil valeat, sed ea que fregerit in duplo componat. Et insuper omni tempore.[6]

Actum est hoc X kalendas aprilis, anno XIII regni regis Leduici iunioris.

Sig+num Guillelmi de Sancto Vincentio, qui hanc venditionem laudo et firmo et testes firmare rogo. Sig+num Gelvire matris eius.

Sig+num Berengarii Guadalli. Sig+num Iohannis Martini. Sig+num Petri Ricardi. Sig+num Raimundi presbiteri. Sig+num Iohannis Tota. Sig+num Grigorii.[7]

1. et Gelvira mater mea *afegit a la interlínia*. 2. m *corregeix* o. 3. m *corregeix* o. 4. matri mee per vocem viris sui *afegit a la interlínia*. 5. mihi *corregeix* nobis. 6. *Fórmula incompleta*. 7. *Manca la clausura del rogatari*.

899

1150, maig, 15

Establiment. *Els esposos Domènec, moler, i Maria prometen a Pere Ricard que, com a cens de la terra que els ha cedit per a construir-hi cases, li pagaran, mentre visqui, tres mancusos cada any i, després de la seva mort, un als seus successors.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 227, 95 × 233 mm. Bon estat de conservació.

a CONDE, *L'archivio*, doc. 99.

Cit. RUIZ-DOMÈNEC, *Ricard Guillem*, p. 175.

Sit notum cunctis quod ego Dominicus molarius et uxor mea Maria convenimus tibi Petro Ricardi, domino nostro, ut annuatim, in festivitate Pentecostes, in vita tua, donemus tibi mancusos III denariorum Barchinonę propter illam peciam terre quam nobis per cartam precarię dedistis ad condirigendum domos iuxta domos nostras. Post obitum tuum donemus unum mancusum successoribus tuis sicut in nostra precaria resonat. Si quis hoc fregerit supradicta in duplo componat. Et insuper maneat firmum.

Actum est hoc idus maii, anno XIII regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Dominici molarii, Signum+ Marię uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus firmarique rogamus.

Signum+ Bernardi de Agello. Signum+ Bernardi eius nutriti. Signum+ Iohannis Martini. Signum+ Iohannis Tota. Signum+ Iohannis Arberti.

Sig+num Petri de Corron scriptoris, qui hoc scripsit die et anno quo supra.

900

1150, juny, 17

Convinença. *Arnau de Sanaüja encomana a Roger de Montanyana els castells de Panyelló, Foradada, Vivó, Terrassa, Vacamorta i Besaun, li dóna un terç de les dominicatures i també li encomana els cavallers que tenen aquestes fortaleses, que hauran de donar la potestat a Roger. Al seu torn, Roger promet servir a Arnau i donar-li la potestat dels castells.*

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del primer quart del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer III, carp. 30, núm. 155 (*olim* arm. 29 tercer Regne de València, sac P, núm. 239), 180 × 230 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 262. — BISSON, *L'impuls*, p. 48.

Hec[1] est convenientia que est facta inter Arnal de Sanauga et Roger de Monta[na]na.[2] Comandat namque Arnallus a prefato Roger ipso castro de Pannello et de Foratata et de Vivo et de Terraza et Bacha Morta et Besaun. Et donat ei Arnallus ad Roger terciam partem de ipsis dominicaturis que Arnallus habebat in prescripta honore ad ipso die quando se achordavi cum Roger, exceptus in ipsa hereditate que habet in ipsa honore. Et comandat ei Arnallus a Rroger ipsos chavallarios, salva sua fidelitate. Et donent ei ipsos cavallarios potestatem ad Roger de prescriptos castros quantasque vices eis quesierit et si prefato Arnallo quesierit potestatem de ipsa honore, et erat Roger de Nochera Primera usque a chastro Muncones, Arnallus quesiset a Roger ipsam potestatem de ipsos chastros per se aut per suum nuncium, et Roger donasset ei ipsam potestatem de ipsa honore. Et si Arnal aut suum nuncium non potuerunt trobar Roger de Nochera Primera usque ad chastro Muncones e[t][3] Rroger non erat in isto termino suprascripto, chavallarios dedissent potestatem ad iamdicto Arnallus de ipsa honore suprascripta et ipsos chavallarios demandassent ipsa honore ad iamdicto Arnallo per Roger. Et si Arnallus voluerit reddere ista honore a Rroger, chavallarios recuperasent ipsa honore per Roger in ista convenientia qui suprascripta est. Et si quesierit potestatem seniorem per que Arnallus tenet prescripta honore, cavallarios donassent potestatem de predicta honore ad Arnal. Et propter hoc donum qui suprascriptum est, convenit Roger ad Arnal que la li servia et que la li ajut a tenere et ad defendere contra cunctos homines vel feminas per fidem rectam, sine enganno. Et que donet ei potestatem de suprascripta honore Roger ad Arnal quantasque vices eam quesierit per se vel per suum nuncium. Et in ipso servicio ubi Roger fuerit cum Arnallo cavallarios sint cum Roger. Et alia honore que habet Arnal vel in antea adquesierit apud suum consilium, adiuvet ei a tenere et defendere contra cunctos homines vel feminas, exceptus suos seniores unde honore tenet. Et ista convenientia suprascripta así o tenré e t'o ate[n]deré[4] per directa fide, sine tuo enganno, a te vel cui tu dubitaveris.

Facta carta convenientia V°X° kalendas iulii, anno[5] M°[6] C° L°, anno regnante comes de Barchinona princeps[7] in Aragon, in primo anno erat episcopus Guillem Pere in Islerda.

Sig+num Arnal de Sanauga, Sig+num Roger de Montanana, nos qui ista convenientia mandavimus scribere et cum manus nostras puntos firmavimus et ad testes firmare rogavimus.

Sig+num Gombal de Entenza. Sig+num Arnal Berenguer de Siscar. Sig+num Pere Arnal de Fontova. Sig+num Ramon Berenger de Ager. Sig+num Guillem Arnal de Panello. Sig+num Pere de Mur. Sig+num Arnal Pere de Gia.

Joan, sacerdos de Lomberes, rogatus scripsit et hoc fecit,[8] cum litteris suprapositis in XIIII[a] linea.

1. B *comença:* Hoc est translatum sicut in originali continetur fideliter translatatum. 2. *Manca*. 3. *Manca*. 4. *Manca*. 5. era *al text. L'any 1150 va ser el primer de l'episcopat de Guillem Pere de Ravidats a Lleida*. 6. *Segueix* C, *raspada*. 7. princebps *al text*. 8. *Entre* hoc *i* fecit *espai en blanc d'aproximadament set lletres, per a posar-hi el senyal*.

901

1150, juny, 27

Testament. *Ermetruit atorga testament. Fa diversos llegats a institucions eclesiàstiques i nomena hereus, a parts iguals, el seu germà Pere de Montpaó i Carbonell, i deixa el seu espòs Pere Ramon com a usufructuari.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 235 (*olim* arm. 23 Templers, sac A, núm. 78), 152 × 191 mm. Estat de conservació regular a causa de l'esvaniment de la tinta a la part superior.

In nomine Domini. Ego Ermetruit femina iaceo in egritudine, spero misericordia Dei, timeo ne subito ven[ia]t mihi mors repentina et ideo facio meum testamento. Et eligo manumissores meis, hi sunt, Petro Raimundo viro meo et Bernardo sacer et domina mulier de Bernardo de Monte Phaoni. Quibus precipio ut si mors mihi advenerit antequam alium testametum fatiam, ita distribuant omnes res meas et honorem sicut hic invenerit ordinatum. In primis, dimito corpus meum ad sepeliendum in ecclesia Sancti Petri de Arcellis, cum VIII solidos denariorum. Et ad[1] ecclesia Sancte Marie, IIII[or] solidos per missas de Monte Phahoni. Et ad Sancti Iacobi Gallicie, XII denarios. Et ad Sancte Marie Pugensis, XII denarios. Et ad Sancti Petri de Rodas, similiter. Hoc totum relinquo pro anima mea et per missas. Et dimito omnem meum honorem ubicumque habeam ad iamdicto viro meo Petro Raimundo, que habeat et teneat de sua vita; et de post obitum suum, abeat frater meus Petro, que vocantur de Monte Phaoni, et ad Carbonel per equaliter, exceptus ipsa plana de alaudio qui est supra era, de torrente usque ad pereras, que habeat et teneat Petro iamdicto vel suis, fratri meo, sine ulla diminutione. Sic relinquo[2] quo est

scriptum. Si quis hoc testamentum infringere temptaverit, efficere non valeat, sed, ut in legibus continetur, in duplo [componat].[3]

Actum est hoc testamentum V kalendas iulii, anno XºIIIIº regnante Ledovico rege iuniore.

Sig+num Ermetruit, qui istum testamentum feci scribere et firmavi et ad manumissores firmare rogavi.

Sig+num Petri Raimundi, Sig+num Guillelmi Bernardi presbiteri, Sig+num domina de Monte Phaoni, nos qui sumus manumissores, visores et auditores.

Raimundus sacer, qui scripsit sub die et anno quod supra (*senyal*).

1. *Segueix* ece, *sense cancel·lar. L'escrivà, probablement, volia escriure* ecclesia. 2. relinlinquo *al text*. 3. *Manca*.

902

[c. 1150], juliol, 30. Arles

Convinença. *Pere, abat de Ripoll, promet a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, que en els afers de Ripoll complirà i farà complir les seves ordres. Juraments semblants fan l'abat Sancti Saturnini, el prepòsit Miró, Benet de Cervera i Arnau de Mataplana.*

A [Original no localitzat.]

B Copia de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, sense data, núm. 4 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Santa Isabel, núm. 704), 115 × 178 mm. Bon estat de conservació.

a *CODOIN*, IV, doc. CXXXII.

Datem el document c. 1150, any de l'abadiat de Pere a Ripoll, en què consta que el comte era a Arles (Liber feudorum maior, doc. 887).

Hec est carta conveniencię quam fecit Petrus, abbas Rivipollensis, Raimundo, comiti Barchinonensi et Aragonensium principi, in Provincia, apud urbem Arelatensem, in palacio comitis quod apellatur Truila, infra ecclesiam Sancti Salvatoris de ipsa capella que ibi est sita, in presencia Guillelmi Raimundi dapiferi et Bernardi de Bellog et Petri Bertrandi de Belloch et Arnalli de Lercio atque Raimundi Arnalli de Villa de Muls ac Guilelmi Ibiloti. Convenit namque iamdictus Petrus, abbas Rivipollensis, prenominato Raimundo, comiti Barchinonensi, per fidem suam et per ordinem suum, quod de causa et de negocio Rivipollensi ita se contineat et ita faciat de se et de illis omnibus de quibus districtum vel

potenciam habeat, sicut comes prenominatus ei mandaverit per se aut per alium vel per alios. Hoc idem similiter ei convenit abbas Sancti Saturnini in fide et ordine suo. Miro prepositus similiter. Benedictus de Cervera similiter. Arnallus de Mataplana similiter.

Facta est hec conveniencia apud urbem Arelatensem III^{cio} kalendas augusti, anno.[1]

1. *El document acaba en aquest punt, sense completar l'any.*

903

1150, juliol, 31

Testament. *El prevere Guillem atorga testament. Disposa que l'enterrin a la casa del Temple, a la qual llega l'alou de Gualamers, situat a Granollers de la Plana, amb la condició que el retinguin els seus germans Ramon i Bernat i els seus nebots, fills de Rossell, a canvi del quart de totes les collites. Es reté una peça de terra anomenada Clapers i unes cases i deixa la resta dels seus béns als seus germans i nebots.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 239, 128 × 247 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

L'altra carta partida és la donació que el prevere Guillem va fer el mateix dia a l'orde del Temple de l'alou que tenia a Granollers de la Plana. Vegeu el document següent, núm. 904.

In Christi nomine. Ego Guillelmo presbitero facio meum testamentum et eligo manumissores amicis meis, id sunt, Miro Iohanni et Petro Geraldo presbitero et Geratlo Petro, ut isti sciant testes sicut ego subtus facio scribere. In primis, dimito meum corpus ad milicie Templum Iherosolimis et, insuper, dono et concedo meas hereditates et meos directos de alodio francho que ego abeo vel abere debeo in villa Gualamers et in eius terminis, sicut venit per ienitorum meorum et per ullas voces, sicut ego abeo in parroechia Sancti Stephani Granollarii et in omnibus locis. In tale conventu ut teneant et abeant ad laboracione fratres meos Raimundo et Bernardo et filiis de Rosel equalitermente et reddant ad Milicie prescripta quartam de omnibus expletis quod ibi Deus dederit, fideliter, omni tempore. Et retineo ad meum opus, ad meam voluntatem, unam peciam terre[1] qui[2] vocant Clapers, cum ipsas mansiones Sancte Marie, ubi abito. Et dimito meam honorem vel tenedones vel hereditates que ego abeo per paterna vel materna

voce per Sancte Marie Rivipollensi et per Sancti Petri sede Vici et Sancti Petri cenobii Barchinone inter meos fratres et nepotos suprascriptos, ut abeant equalitermente. Et si opus michi est per ullam necessitatem omnia honore superius scripta qualicumque hora voluerit recuperare, abeo licencia sine illa contrarietate hominis vel femina.

Actum est hoc II kalendas augusti, anno XIIII[3] regnante Ledovico rege iuniore.

Sig+num Guillelmi, qui istum testamentum facio et firmo.

Sig+num Miro Iohannis. Sig+num Pere Gerat. Sig+num Gerat Pere. Sig+num Raimundo. Sig+num Bernardo. Sig+num Guillelmo.

Guillelmus presbiter, qui hoc scripsit, cum litteras suprapositas in VIII linea, die et anno quo (*senyal*) supra.

1. unam peciam terre *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix* e[st], *raspat*. 3. *L'escrivà, quan va traçar el número IIII, ajunta els dos primers traços, tot fent caure el segon per sota la línia, de manera que en resulta el número V. Aquesta particularitat no es dóna en la redacció de la donació que acompanya el testament, on el número IIII està ben traçat*.

904

1150, juliol, 31

Donació. *Guillem, prevere, dóna a l'orde del Temple l'alou que té a Granollers de la Plana, a la vila de* Gualamers*, amb la condició que el retinguin els seus germans Ramon i Bernat i els seus nebots, fills de Rossell, a canvi del quart de les collites*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 240, 72 × 241 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat.

L'altra carta partida és el testament del prevere Guillem fet el mateix dia. Vegeu el document anterior, núm. 903.

In nomine Domini. Ego Guillelmo presbitero dono et concedo ad domino Deo et ad milicie Templum Iherosolimis omnem meum alodium franchum, totum ab integrum, cum meos directos de domos qui intus sunt. In tale conventu ut teneant et abeant fratres meos Raimundo et Bernardo et nepotos meos filiis Rosel et proienie eorum et reddant ad milicie suprascripta omni tempore[1] quartum de omnibus expletis quod ibi Deus dederit, pro redempcionem anime mee et parentorum meorum, fidelitermente. Et est

in comitatu Ausone, in parroechia Sancti Stephani Granollarii, in villa Gualamers et in terminis eius. Si quis hoc fragere voluerit, in duplo componat.

Actum est hoc II kalendas augusti, anno XIIII regnante Ledovico rege iuniore.

Sig+num Guillelmo presbitero, qui hoc donum facio et firmo.

Sig+num Raimundo. Sig+num Bernardo. Sig+num Guillelmo. Sig+num Miro Iohannis. Sig+num Petri Geralli. Sig+num Gerat Pere. Et faciant meos fratres omnibus censis et serviciis qui debent exire de honore suprascripta.

Guillelmus presbiter, qui hoc scripsit die et anno quo (*senyal*) supra.

1. omni tempore *afegit a la interlínia*.

905

1150, setembre

Promesa de pagament. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona, reconeix que deu a Guilhem Ibilot sis mil quatre-cents morabatins, que es compromet a pagar dels diners de la primera paria d'Hispània, així que els hi porti Bertran de Castellet; si no pot fer-ho, promet que el pagarà per la festa de Sant Andreu. Si en aquesta data tampoc no els torna, li donarà com a fiadors Arnau de Llers, Ramon de Pujalt, Guerau de Jorba i Bernat de Bell-lloc. Si ni així no pot pagar, promet que li donarà en penyora tot el que té a la Camarga, a* Silva*, Tarascó i Sant Romieg. El deute no comprèn, però, els cent vint-i-cinc marcs de plata que li deu pel seu germà Berenguer Ramon I, comte de Provença, pels quals té en penyora els drets sobre les naus que remunten el riu Roine des de Bellcaire.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 229 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 987), 77 × 258 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 99.

Sit notum omnibus quoniam ego Raimundus, comes Barchinonensis ac Provincie marchio, debeo tibi Guillelmo Ibiloti VI milia morabetinos et CCCC^{tos}. Et convenio tibi reddere eos de ista paria Ispanie [quando] aferet Bertrandus de Castelet; quam si non haberem modo, reddam tibi eos ad primum festum Sancti Andree. Quos si tibi tunc non[1] redderem, mito tibi plevios Arnaldum de

Lercio et Raimundum de Podio Alto, et Guillelmum de Iorba et Bernardum de Belong, qui ex tunc redirent in tuam potestatem,[2] cum per te vel tuos comoniti essent, ubi eos venire mandares et a te non discederent donec pachatus esses. Et si tibi totum non attenderetur sicut superius est dictum aut predicti plivii mentirentur, ex tunc teneas et possideas pro pignore quidquid habeo aut aliquis per me in Camarges et quiquid habeo in ipsa Silva aut aliquis per me et quiquid habeo in Tarascone et in territorio eius aut aliquis pro me et quiquid habeo aut aliquis per me in Sancto Remegio vel in territorio eius, quousque ego aut nepos meus Raimundus Berengarii reddam tibi vel reddant VI milia morabetinos et CCCC^{tos}, sine tuo engan. In isto debito non sunt C et XXV marche argenti quas tibi debeo pro fratre meo, pro quibus tenes in pignere ipsa navigia que ascendunt de Belchaire in susum.

Facta carta mense septembris, anno ab Incarnacione Domini M C L.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Arnaldi de Lerc. Sig+num Bernardi de Belog. Sig+num Raimundi de Pug Alt. Sig+num Geralli de Iorba.

Sig+num Poncii, qui hac scripsit.

1. non *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix* tuam*, sense cancel·lar*.

906

1150, novembre, 2

Acta de consagració i dotació. *Pere de Redorta, bisbe de Vic, Berenguer de Llers, bisbe de Girona, i Guillem de Torroja, bisbe de Barcelona, consagren i doten l'església de Sant Joan de les Abadesses*.

A [Original no localitzat.]

B Trasllat del 28 de març de 1359. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 4 (*olim* arm. Sant Joan de les Abadesses, *sacco signato huiusmodi*), 345 × 420 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia de 1751. Barcelona, BC, ms 729, vol. IX, ff. 451-453.

D Còpia de 1759. Sant Joan de les Abadesses, AM, volum de pergamins dels segles X-XII, ff. 71-72.

E Còpia del segle XVIII. Bellpuig de les Avellanes, Casa Marista, Col·lecció Caresmar, vol. B-10.

F Còpia de 1804. AMSJA, volum de pergamins dels segles X-XII, ff. 69-70.

G Còpia de 1806. Madrid, RAH, Colección Villanueva, vol. V, ff. 327-328.

a VILLANUEVA, *Viage*, VIII, ap. 19.

b *CODOIN*, IV, doc. LXIV.
c MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XI, doc. 501.
d ORDEIG, *Dotalies*, III, primera part, pp. 153-156.

Anno[1] ab Incarnacione Domini nostri Ihesu Christi millesimo C°L°, era M^aC^aLXXXVIII^a, indictione XIII^a, quarto nonas novembris, feria V^a, precibus et instinctu dompni Poncii, abbatis ecclesie Sancti Iohannis cenobii Rivipullensis, venit venerabilis Petrus, Ausonensis episcopus, cum suo clero et reverentissimi Berengarius, Gerundensis episcopus, et Guillelmus, Barchinonensis episcopus, quos supradictus abbas Poncius convocavit ad dedicandam prefatam Sancti Iohannis ecclesiam. Ffulti igitur presencia et consilio religiosorum virorum Petri, Sancte Marie Rivipullensis abbatis, Gaufredi, abbatis Sancti Ruffi, et Raymundi, Ariolensis abbatis, et Bernardi, Bisillunensis abbatis, aliorum quoque magnatum nobilium et sapientum[2] virorum, confirmaverunt et laudaverunt eidem ecclesie quicquid autenticis romanorum pontificum privilegiis, vel episcoporum concessionibus, vel largicione regum ac principum, seu quorumlibet dono vel oblacione fidelium iuste adquisierat, vel quolibet modo usque in finem seculi iuste adquisierit. In quibus hec proprie adnotaverunt, videlicet in episcopio Ausonensi: ecclesiam sanctorum Iohannis et Pauli cum decimis et primiciis et oblacionibus et omnibus pertinenciis suis; ecclesiam Sancti Martini de Surrocha similiter; ecclesiam Sancti Martini de Aguaza similiter; ecclesiam Sancti Ilarii de Vidra similiter cum pertinenciis suis; ecclesiam Sancti Pauli de Seguriies similiter; ecclesiam Sancti Iuliani de Valle Fecunda similiter; ecclesiam Sancti Bartholomei de Ladess similiter; ecclesiam Sancti Cirici similiter; ecclesiam Sancti Petri de Mogrog similiter cum membris suis. Et in episcopio[3] Gerundensi: ecclesiam Sancti Salvatoris de Biania similiter cum membris suis; ecclesiam Sancti Romani de Ionetes similiter; ecclesiam Sancte Lucie de Podio Malo similiter. Et in episcopio[4] Elnensi: ecclesiam Sancti Petri de Telieto similiter; ecclesiam Sancti Stephani de Pruneto similiter; cellam quoque Sancti Nicholay. Decreverunt insuper et confirmaverunt ut in eodem cenobio regularium clericorum vita et ordo secundum privilegia et institucionem romanorum pontificum Benedicti, Urbani, Paschalis et Innocencii perhenniter observetur.[5] Libertatem quoque suam in omnibus omnino locis, causis et negociis suis, in quibuscumque eam iure habebat vel habere debebat similiter corroboraverunt. Horum igitur omnium adiutorem et observatorem de parte Dei omnipotentis et Sancti Iohannis Babtiste et aliorum

sanctorum et sua benedixerunt et in perpetuum salvus fieret Domini clemencia imploraverunt. Si quis autem, quod absit, ausu temerario effrangere vel violare quolibet modo hoc quod superius ab eis constitutum est, vellet hunc a liminibus sancte Dei ecclesie extraneum iudicaverunt et ab omni consortio christianorum illum segregaverunt atque de parte Dei omnipotentis et sancti Iohannis Babtiste illum excomunicaverunt, donec digna p[l]enitudine[6] Deo et beati Iohanni satisfaceret, insuper et legalis illum pena coherceret et sacrilegii censura constringeret et in antea hec dos constitucionis eorum stabilis et inconvulsa permaneret.

Petrus, Dei gracia Ausonensis episcopus, (*senyal*). Berengarius, Dei gracia Girundensis episcopus. Sig+num Guillelmi, Barchinonensis episcopi.[7] + Berengarii, Girundensis archidiaconus. Bisullunensis probat hoc levita Guielmus (*senyal*). Guillelmus, Gerundensis ecclesie caput scole. Arnallus de Rogacionibus levita. Sig+num Bernardi, Tarrachonensis archiepiscopi. Signum Guillelmi, Vicensis primicherii. G[erallus] scriptis favet archidiaconus istis (*senyal*). Guillelmus, prior Stagnensis ecclesie (*senyal*). Scripta libens ista Petrus confirmo sacrista. Bertrandus Cuncta.[8] Bernardus sacerdos +. Bernardus de Sau firmo (*senyal*). Signum+ Raimundi comes. Sig+num Petri, Dei gracia Rivipollensis abbatis. Ego Gaufredus, ecclesie Sancti Ruphi servus (*senyal*).

Scripta per manus Arnalli, presbiteri[9] et monachi, cum literis superpositis in linea VI[a] et VIII[a] et VIIII[a] et emendatis in III[a] linea, die et anno + quo supra.[10]

1. B *comença:* Hoc est translatum fideliter sumptum vicesima octava die mensis marcii, anno a nativitate Domini millesimo CCC° quinquagesimo nono, a quodam publico instrumento cuius tenor talis est. 2. *Manca*. 3. *En lloc d'*episcopato. 4. *En lloc d'*episcopato. 5. observetur *afegit a la interlínia*. 6. *Manca*. 7. *A l'edició* a *segueix*: Signum+ Bernardi, Tarraconensis archiepiscopi. 8. *Els autors que van poder veure l'original transcriuen* levita. 9. *Segueix* f, *sense cancel·lar*. 10. B *acaba:* Ego Petrus de Monte Lauro, iudex ordinarius monasterii Sancti Iohannis de Abbatissis et tocius honoris eiusdem, huic translato a suo originali publico instrumento rite et legitime sumpto, auctoritatem meam iudiciariam interpono pariter et decretum manu mea propia subscribendo. Ego Arnaldus Martini, publicus notarius Sancti Iohannis de Abbatissis, qui hoc translatum a suo originali fideliter sumptum et cum eodem de verbo ad verbum legitime comprobatum et autenticatum sive auctorizatum ut supra patent per dominum iudicem antedictum scripsi, die et anno quibus supra, et clausi et hoc sig(*signe*)num feci. Et constat de literis suprascriptis in linea XII ubi dicitur observetur.

FUNDACIÓ NOGUERA

907

1150, novembre, 9

Definició. *Berenguer de Queralt, la seva mare Sança i la seva germana Berenguera reconeixen a Guillem de Mecina i a la seva esposa Maria l'alou que Guillem tenia per herència del seu avi patern Berenguer Ruf, anomenat el mas Noguera, a Gurb de la Plana, amb la condició que Guillema, vídua del seu pare, ho tingui com a violari de per vida. Reben per aquest reconeixement trenta sous de moneda de Barcelona.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 230 dupl., 112 × 265 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia de mitjan segle XIII. Barcelona, ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 230, 121 × 213 mm. Bon estat de conservació.

C Còpia del segle XIII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 36, núm. 144c, 790 × 227. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat.

La còpia *C* forma part d'un conjunt de sis documents copiats en dos pergamins cosits l'un a l'altre, dels quals només corresponen a l'època estudiada quatre documents, inclòs aquest. Vegeu els documents núms. 802, 874 i 1027.

Sit notum cunctis presentibus et futuris quoniam, in Dei nomine, ego Berengarius de Cher Alto et mater mea Sancia ac soror mea Berengaria, nos pariter recognoscimus, concedimus, laudamus et auctorizamus tibi Guillelmo de Mecina uxorique tue Marie et infantibus vestris ac proieniei illorum omnem ipsum alodium francum quod tibi advenit per avum tuum Berengarium Ruffum sive per paternam vocem, infra parroechiam Sancti Andree de Gurbo, nominatim omnem ipsum mansum quem vocant Nogera, cum omnibus suis pertinenciis et affrontationibus et exitibus et regressibus[1] que ad illum pertinent et pertinere debent, sicut terminatur a parte orientis in Basilla,[2] a meridie in ipsam serram, ab occidente in strata publica, a circea vero parte in pratum de Bugo. Quantum infra omnes predictas affrontationes prefatum mansum pertinet et qualicumque[3] modo pertinere debet, totum vobis prescriptis concedimus,[4] laudamus et auctorizamus ad vestrum francum alodium solidum et liberum, sicut avus[5] tuus et pater melius tenuerunt et habuerunt illum, ad[6] omnes voluntates faciendas.[7] Et nos vel nostri ibi nichil abeamus vel requirere valeamus. Et Guillelma, quae fuit coniugem patris tui, habeat ibi suum violarium in vita sua. Et si illa in vita sua relinquere voluerit vobis ibi suum violarium totum vel partem, semper habeatis quomodo superius resonat. Et propter hoc quod superius est scriptum[8] accipimus a vobis XXX[9]

solidos denariorum bone monete Barchinone. Si quis vero hoc[10] dirrumpere voluerit, nullo modo facere possit, sed si temptaverit in duplo componat. Ac deincebs firma persistat omni tempore.

Que est facta V idus novembris, anno XIIII regni regis Lodovici iunioris.

Sig+num Berengarii de Cher Alt, Sig+num Sancie matris sue, Sig+num Berengarie sororis eius, nos qui hoc facimus et firmamus firmarique rogamus.

Sig+num Bertrandi de Villa Granata. Sig+num Berengarii Cocti, baiulo. Sig+num Petri de Villa Freder. Sig+num Berengarii Arnalli de Serra. Sig+num Bafeti. Sig+num Mironis de Pestaneis.

Guillelmus[11] sacerdos, qui hoc scripsit die et anno (*senyal*) quo supra.[12]

1. egressibus B. 2. Silla B. 3. qualicuque C. 4. concedimus et B. 5. avus *repetit* B. 6. ad *repetit* B. 7. faciendas *afegit a la interlínia* B. 8. scriptum est B. 9. XIX B. 10. hoc *omet* B. 11. Guillaius C. 12. supra *afegit a la interlínia* C.

908

1150, novembre, 27

Definició. *Els esposos Ramon Bernat de Gurb i Saurina, amb els seus fills Bernat, Ramon i Berenguer, renuncien a favor de l'orde del Temple, en mans de Pere de Ruera, mestre de Provença, de Bertran d'Alost i de Berenguer de Sant Vicenç, a tots els drets sobre l'alou que Pere Vell va llegar a l'orde en el seu testament. Reben a canvi dos-cents sous de moneda de Barcelona.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 231, 217 × 180 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 27.

In Christi nomine. Notum sit cunctis quod ego Raimundus Bernardus de Gurb et coniux mea Saurina, una cum filiis nostris Bernardo videlicet Raimundo atque Berengario, relinquimus et gerpimus ac definimus libenti animo ac spontanea voluntate absque dolo, in manu Petri de Rovera, magistri Provincię, et in manu Bertrandi de Olost et in manu Berengarii de Sancto Vincentio, omnes voces et rectitudines quas nos aut proienies nostra habemus vel habere debemus vel possumus in illo alodio quod Petrus Vetus in die obitus sui mansioni Templi, redemptione animę suę, reliquit, quod est in parrochia Sancti Stephani de Parietibus,

scilicet fratribus Templi, tam presentibus quam futuris, ut habeant et possideant in perpetuum, sicut melius et utilius ad utilitatem mansionis Templi intelligi valeat. Hoc etiam addito quod nos neque proienies nostra aut aliquis homo propter nos aliquam m[o]lestiam vel contrarietatem eis inferamus. Pro hac autem difinitione accepimus a fratribus Templi, scilicet a Petro de Rovera et Bertrando de Olost, CC solidos monete Barchinonę. Si quis autem hanc definitionem seu gerpitionem infringere attemptaverit, nil ei valeat, sed suprascripta omnia in duplo componat.[1]

Facta carta in anno Incarnationis Domini M° C° L°, apud Barchinonam, in Milicie domo, V° kalendas decembris, in presencia subscriptorum testium.

Sig+num Raimundus Bernardus de Gurb, Sig+num Saurina coniux eius, Sig+num[2] Bernardi filii eius, Sig+num Arsendis coniugis eius, Sig+num Raimundi filii eius, Sig+num Berengarii filii, Sig+num Laurete filie eius, Sig+num Guillelme filie eius, Sig+num Beat[r]icis,[3] Sig+num Ermessendis filie eius, Sig+num Petri de Villa Gelans viri eius, nos qui hanc cartam definitionis sue gerpitionis scribere iussimus et firmamus atque subscriptos testes firmare rogamus.

Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Otonis dapiferi. Sig+num Berengarii de Cher Alt. Sig+num Mironis de Lucia. Sig+num Bernardi de Salfors. Sig+num Bertrandi de Villa Granata. Sig+num Petri Bertrandi de Belloco. Sig+num Petri de Sancto Minate.

Raimundus, eiusdem Milicie sacerdos, iussione Bernardi de Gurb scribsit (*senyal*) die anno prescripto.

1. Si quis autem hanc definitionem seu gerpitionem infringere attemptaverit, nil ei valeat, sed suprascripta omnia in duplo componat *escrit al text a continuació de la data.* 2. *Entre* Sig *i* +, num *ratllat*. 3. *Manca.*

909

1150, desembre, 13

Empenyorament. *Pere de Montpaó i la seva esposa Adelaida empenyoren a Arnau de Moixac cinc peces de vinya situades a Cervera, als Quadrells, per raó d'un deute de trenta morabatins i deu mitgeres de blat.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 41, apèndix, núm. 5 (*olim* arm. 21 Regne de València, sac M, núm. 544), 110 × 230 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 65.

Document cancel·lat, tal com ho indiquen els talls fets a la part central.

In nomine Domini. Ego Pere de Monte Pao et coniux mea Adaled impignoratores sumus vobis Arnallo de Moxag et tuis dubitantibus petias V de vineis cum terras in quem sunt plantatas et cum ipsas capzadas de alaudio culto et eremo, quem sunt super vineis quem abemus ad Quadrels, subtus plano Bernardo Peregrini et de Guillelmo de Conillo. Et adveniunt nobis de parentibus nostris et per planta et per omnes voces. Et abet affrontaciones petia I de vinea de oriente et de occiduo in alodium et vinea de Berenger Orset, de meridie in plano de Bernardo Pelegrino, de circii in alodium de Rossa Manigosta. Et secunda pecia afrontat de oriente in vinea de Berenger Orset, de meridie in plano de Bernardo Pelegri, de occiduo in vinea de Arnall Bover, de circii[1] in alodium de Rossa Manigosta. Et tercia pecia afrontat de oriente in vinea de Arnall Bover, de meridie in plano de Guillelmo de Conillo et de Bernardo Pelegri,[2] de occiduo in vinea de Guillem Bernard, de circii in alodium de Rossa. Et alias II pecias de vineis et de terris afrontant de oriente in vinea de Guillelmo Bernard, de meridie in plano de Guillelmo de Conillo, de occiduo in vinea de Arnall Bover, de circii in torrentum. Quantum inter istas afrontaciones includunt, sic metemus nos vobis in[3] pignora istas V petias de vineis cum terras in quem sunt plantatas et cum ipsas capcadas de alodio cultum et eremum, per morabetinos XXX bonos in auro directis marinos et melechenos et per X migeras de frumento bonum et recipiente de istas kalendas ianuarii ad II annos. Et si ad caput de isto termine si nos o nostris non abemus persolutos tibi et tuis dubitantibus istos XXX morabetinos bonos in auro directis marinos et melechenos, sine vestro engan, et migeras X frumenti, quem tantum teneatis de hic ad in antea vestrum pignus de kalendas in kalendas ianuarii de anno in annum usque redimere possumus nos o nostris de tibi et tuis. Et qualem missionem feceritis in closuram de vineis deves alodium de Berenger Orset, quem nos o nostris reddamus vobis antea quam redimamus sine contencione. Si quis hoc dirumpere voluerit, in duplum vobis componat.

Acta ista carta idus decembris, anno XIIII regnante Lodovicho reie iunioris.

Sig+num Pere de Montpao, Dig+num Adaled, nos qui hoc fecimus scribere et firmamus et ad testes firmare rogamus.

Sig+num Bernard Pelegri. Sig+num Ramon Sancti Ermengaudi. Sig+num Gualter. Sig+num Cervero.

Petrus sacerdos qui hoc scrip(*senyal*)sit.

1. ii *corregeix* u. 2. Perlegri *al text*. 3. im *al text*.

910

[Després de 1150, desembre, 13]

Memòria. *Relació dels deutes de Pere de Montpaó i del seu germà Carbonell.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3404 (*olim* arm. 21 Regne de València, sac M, núm. 554), 115 × 380 mm. Bon estat de conservació.

Datem per l'empenyorament de la vinya de Quadrells. Vegeu el document núm. 909.

Hec est rememoracione de ipsos debitos de Pere de Monte Paone: debet in ipso feum de Cervera a Pere Arnall, meum seniore, CCL solidos et XVI morabetis, et quando potuero reddere ipsos morab[e]tis[1] siant soluta ipsa pignora II partes. Et debet a Guillem Huc in ipsas[2] pignoras que illi tenet per me CCCC solidos et X mi[geras] forment. Et debet a Guillem de Chunil VIII morabetis in ipsas casas et insuper, in uno feragenal, III morabetis, et quando reddit siant solutum cum ipso expleit. Et debet a mulier Berenger Dalmat XI morabetis in I vinea; et Arnall Cartempus et ad suo frater, VII morabetis in I vinea; et a Bru, L solidos in VIII parilios galines et II fogaces; et Arnall de Moxags, XXX morabetis et X mi[geras] forment in ipsas vinea de Quadrels; et a Guillem Arnall, VIIII solidos per I parilio de galines et I parilio I fogaces et quartera I [triti]ci;[3] et a Guillem Huc, XX mi[geras] ordii et V de forment in ipsa pignora de Castel Asinos, blant per balant. Et debet Carbonel a Guillem Huc XV morabetis in ipsas pignoras que tenet; et a Pere Terragona, XX morabetis et XII solidos in ipsas vineas. Et debet Pere de Monte Pao a Pere Gerall LXX solidos per ipso chap et in[4] ipsos Torrens V mi[geras] forment et in una vinea X solidos; et a Guillem Ermegod, I sester forment et VII solidos in uno feragenall; et Arnall Iovan, II mi[geras] ordei et III quarteres forment in I vinea; et a Pere Ponc de Segura, XL morabetis in meum dominicum de Turre.

1. *Manca*. 2. i *afegida a la interlínia*. 3. *Manca*. 4. in *afegit a la interlínia*.

911

[1145-1150]

Greuges. *Els homes de Terrassa presenten al comte de Barcelona els seus greuges contra el castlà Deudat.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3275 (*olim* arm. 5 Tarragona, sac M, núm; 77), 140 × 215 mm; Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 10.

Cit. BISSON, *Fiscal accounts,* I, pp. 171-172. — BISSON, *L'impuls*, pp. 82, 79, 80, 88, 90, 91. — BISSON, *Veus turmentades,* pp. 14-15. — BISSON, *The crisis*, pp. 155, 156, 158, 163, 165, 166.

Datem el document segons Bisson.

Hec sunt querimonie quas faciunt homines de Terracia de Deodato, chomiti Barchinonensi. In primis, Raimundo Arnalli de Brugerols, quinquaginta solidos abstulit Deusdedit. Petro Guillelmi de Ruvira, VI solidos et I moltonem et duo[1] paria gallinarum. Carbonel de Font de Coloma, XV solidos. Guillelmo Gerovart, VI quarterias de blad et I moltonem, et matri sue unam dentem de ore suo fregerit. Et Miro Giriberti de Buada, I asinum et V solidos. Et Iohani Mironi de Cote, LVIII solidos et III quarterias de blad. Et Iohani Amati de Ruvira, VI quarterias de blad et VI solidos et mediam quarteriam frumenti. Et Guillelmo Arnaldi Rotundo, XII solidos. Et Bernardo Oller, XV solidos et III migeras ordei. Et Guillelmo Sancio, III migeras ordei et XVIIII[2] solidos et I porcum vetulum et III fetas. Et Raimundus de Paradiso, I espallar de porco et duos arietes obtimos et V quarterias ordei. Et Petro Arberti de Olivariis, quem pater comitis dedit Sancte Cecilie cum suo manso, et III migeras ordei et VIII solidos et IIII[or] fetas; et fregit capud Raimundo Uldrici. Et Guillelmo Gitart de Valle Corba, XXV solidos. Et Boneto Ferrario, VI solidos. Et Pecuvino de Valle[3] Oliva, unam exatam et I capram. Et Ermengarde Sage, VI solidos. Et Raimundo de Canneto, VI solidos et fregit capud. Et Carbonello de Valle, XX solidos. Et Bernardo Ferrer, unam asinam et III migeras ordei et II fetas. Et Petro Guillelmi de Brugera, III solidos et III migeras ordei; et uxori sue verberavit. Et Ermengaudo de Rogada, XII solidos et III migeras ordei. Et Guillelmo de Arenis, XII solidos. Et Petro Isarni, III migeras ordei et I arietem. Et Petro de Puiada, I porcum magnum et IIII[or] pernas obtimas et I sextarium de civata et II fetas et XXX solidos. Et Petro Bernardi de Palacio, I quercum apreciatum quinquaginta solidos. Et Bordono de Buadella, CC solidos.

1. duo *corregeix* ovo. 2. IIII *afegit a la interlínia*. 3. a *afegida a la interlínia*.

912

[1145-1150]

Greuges. *Relació dels greuges presentats contra Guillem de Sant Martí pels homes de Gavà, Sant Climent de Llobregat i Viladecans.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3451, 176 × 145 mm. Bon estat de conservació.

Cit. BISSON, *Fiscal accounts,* I, pp. 169-172. — SABATÉ, *Judici*, p. 138. — BISSON, *Veus turmentades,* pp. 13-14 i reproducció fotogràfica.

Datem el document d'acord amb la proposta de Bisson.

G[uilelmo] de Sancto Martino frangit villam Gavani et Sancti Clementis et de Villa de Canibus et per vim abstradit inde asinos et facit inde suos traginos. Et sui armigeri talant messes suorum pagensium de domino comite in erba et in garbas. Et auffert Bernardo Mironis de campo X quarteras ordei quia suas vineas deffendebat ad suos homines. Et auffert domino comiti I pariliatam de columbario que est ad Cigar et ipsum ortum de Fontanles. Et auffert comiti fabrigam Sancti Clementis unde annuatim exiebat ei per censum taurum I quem dedit[1] pater Geralli de Fabrica et Petri, fratris eius. Et tollit Adalbertus IIII sestarios ordei; P[etrus] Guillelmi et Bernardo Gilaberti, I kaficium ordei. Et tollit Arnallo Ruscheti VIII[2] solidos. Iterum Guillelmus Sancti Martin auffert honorem quem tenet Arnallus Bunucii, et baiuli sui verberant homines suos et tribanarent tonnas Petri Guilaberti Farfai et Guillelmi Berengarii. Et abstulit ad Petrum Vedre I porcum. Et Guillelmus de Riellis requisivit baiulum comitis et iactaverit sibi lanceam. Et desemparavit G[uilelmus] de Sancto Martino illum honorem que Ticio emparavit per mandamentum comitis. Iterum G[uilelmus] de Sancto Martino abstulit A.[3] de Plano et matri sue suum honorem et verberavit homines comitis quoniam ad taia suum non[4] volunt ire. Et franxit baiulus de G[uilelmi] de Sancto Martino domum Bertrandi Sancti Clementis et traxit I porcum, et capit albergas in villas comitis et multa alias forifacturas quod non debebat facere. Et ad homines[5] qui venerunt et tornaverunt in villa comitis abstulerunt eis oves et capras et fecerunt eas[6] redimere per ordeum et per denarios. Et abstulerunt R. Arnalli sestarios II ordei.

1. *Segueix una lletra ratllada.* 2. *Segueix* I, *raspat.* 3. *Deixem sense desenvolupar algunes inicials de noms propis perquè no tenim la certesa del nom a què fan referència.* 4. *Segueix* vult ire, *ratllat.* 5. volunt ire... ad homines *escrit per una altra mà.* 6. *Segueix* de, *ratllat.*

913

1151, gener, 26

Establiment. *Ponç, abat de Sant Joan de les Abadesses, estableix a Bernat de Vinya i als seus fills la dominicatura que el monestir té al mas de Bernat Martí, a canvi d'un cens d'un pernil. Es paguen cent sous de Besalú d'entrada i, a més, Bernat renuncia als seus drets sobre el mas de* Carcasses.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 232, 171 × 255 mm. Bon estat de conservació.

Presentibus et futuris sit notum quod ego Poncius, abbas Sancti Iohannis, cum communi consensu et voluntate fratrum eiusdem ecclesię, dono tibi Bernardo de Vinea filiisque et filiabus tuis legitimis omnem illam dominicaturam quam habet Sanctus Iohannes in manso quem tenet Bernardus Martini, hoc est medietatem de vino et tascam de pane et decimum, sicut ibi melius habet aut habere debet Sanctus Iohannes. Tali conveniencia ut teneas et habeas et possideas tempore vitę tuę in securitate pacis et dones annuatim pernam unam censualem Sancto Iohanni; post decessum vero tuum, remaneat filiis tuis et filiabus, si eos vel eas de legitimo coniugio habueris. Si autem filii vel filie legitime non fuerint, decimum et tasca revertatur ad Sanctum Iohannem. Medietatem quippe predictam liceat tibi dimittere uni ex propinquis tuis manenti in honore Sancti Iohannis. Et ut hoc firmius habeatur, accipio a te C^{m} solidos optimę Bisildunensis monetę et difinitionem mansi de Carcasses,[1] quem actenus tenueras. Si quis hoc violaverit, in duplo componat. Et postea firmum persistat.

Actum est hoc VII kalendas februarii, anno XIIII^{o} regni regis Leudovici iunioris.

Sig+num Guillelmi* prepositi. Sig+num Rodballi* prioris. Poncius*, abbas Sancti Iohannis +. Sig+num Blancarii*. Sig+num Berengarii de Biania*. Sig+num Milonis de Moled. Sig+num Arnalli de Lu[sa]*. Sig+num Guillelmi de Matta*. Sig+num Guillelmi de Ausona*.

NOGUERA

Sig+num Arnalli de Vinea. Sig+num Guillelmi de Prato. Sig+num Andree de Prato. Sig+num Raimundi de Kaseles. Sig+num Basset*, baiuli de Redonela.

Bernardus sacerdos scripsit hoc sub die et anno *(senyal)* quo supra.

1. [r] *afegida a la interlínia*.

914

1151, febrer, 25. Vilamajor

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Vilamajor, Cardedeu i Tagamanent*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233a (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1A.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 175, 393-394, 550, 551, 591, 593, 621, 625, 626, 627, 628, 646, 668, 673, 675, 677, 728, 729, 731. — BISSON, *The organized peace,* p. 299. — BISSON, *L'impuls,* pp. 50, 53, 62, 113. — BONNASSIE, *Catalunya,* I, pp. 81, 139, 392; II, p. 233.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 916 a 930 i 933. La relació de citacions la donem conjuntament aquí, sense repetir-la en els diferents documents.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de omnibus eximentis et usaticis quem Barchinonensis comes habet in Villa Maiori et in omnibus suis terminis. Habet in termino de Ville Maiori LXXXªII mansos. Et exeunt de omni isto honore censualiter LXXªII porcos et XV pernas et I arietem et IIII solidos de censo et VI paria gallinarum. Et habet ibi IIII albergas et sunt de fevo baiuli. Et habet comes medietatem in omni decima de omni illo honore Villę Maioris et I fabricam et forestadges[1] Et habet ibi in dominium suam dominicaturam de Vilalgoma.

Et habet comes in Cartitulo VIII mansos. Et exit de manso Valentini I pernam et I lats de carne. Et de manso Arnalli de Munteils, I lats de carne et I par gallinarum et I migeram vini et II fogazas et quartera I cibarię. Et mansum Guillelmi Bermundi, I pernam et I migera cibarię et II migeras vini et I quartanam frumenti. Et donat Raimundus Ferrer similiter. Et Raimundus de

Ledo, I lats de carne et III quarteras cibarię et II paria gallinarum et I emina vini et media quartera frumenti. Raimundus Iovan, emina I de ordeo et I quartera frumenti et I pernam. Petrus Rami, I paria gallinarum et media quartera cibarię et I quarter vini. Petrus Geral, III puineras cibarię et I migera vini et I par gallinarum et mediam pernam. Berengarius Sinfredi, III puineras cibarię et I pernam et I gallinam et quartariam I frumenti et migeram I vini. Dorcha, I quarteram cibarię et I pernam et I gallinam et I quarter vini et mediam quartanam frumenti. Guillelmus Cabal, I par gallinarum. Arnal Erovad, I par gallinarum. Carbonel, II paria gallinarum. Arnal Tixidor, I paria gallinarum. Ermengards de Prato, I par gallinarum. Petrus Bernard presbiter, I par caponum.

Et est in grosso, VI pernas et mediam et III lats de carne et XV^{cim} paria gallinarum et II sestarios cibarię et I migera frumenti et media quartera et II sestarios et III quarters vini. Et habet in isto honore agrarios panis et vini.

Et habet comes in Tagamaneto XXX^{a}VIII mansos. Et exeunt inde censualiter XXX^{a}II porcos et medium et XIIII paria gallinarum de trescol. Et exeunt inde II albergas et agrarios panis et vini et de fructibus terrarum. Et habet ibi, preter ipsos mansos supradictos, I mansum quem tenet Ferrarius de Gerunda pro fevo comitis.

Acta est ista carta supradictę comemorationis V kalendas marcii, anno XIIII regni Lodoyci iunioris, ante ecclesiam Sancti Petri Villę Maioris.

In presencia Petri Raimundi de Alfacio et Olivarii de Sancto Licerio et Guillelmi Raimundi presbiteri et aliorum proborum hominum Ville Maioris et Arssendis et filii sui Bernardi baiuli et in presencia Petri Arnalli et de Oluga et Petri Poncii baiulorum, qui hanc comemorationem supradicti honoris iuraverunt esse fideliter scriptam et textatam in manu Bertrandi de Castelleto.

1. d *afegida a la interlínia*.

915

[Abans de 1151, febrer, 26]

Capbreu. *Relació dels censos en cansalada que el comte de Barcelona rep a Caldes de Montbui.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Extrainventari, núm. 3438, 112 × 164 mm. Bon estat de conservació malgrat la presència d'alguns petits forats i de la tinta esvanida al dors.

Document opistògraf. Datem amb relació al document 916, atès que considerem aquest com a preparatori d'aquell.

Hoc est breve de ipsa carne que donant ipsos homines de Calidas ad comitem. Primo mansum de Geribertus Suniari, lads III. Mansum de ipsa Ruira, lads III. Bonefilii Bernardo cum suis eres, quartos III. Mir Guillem de Riba, quartos III. Rodbal Amalrici, quartos III. Borda que fuit de Adalberto, lads I et quartos I. Remon Igiga cum suis eres, lads II. Petro Guillelmo, lads I. De Curtes, lads II. Mas de Remon Oliba, lads IIII et quartos. I. Mas que fuit[1] de Petrus Fruga, lads III. Mir Domnucio cum suos eres, lads III. [Mas que] fuit de Guillem Giscafre cum suis, quartos III. Ermengards de Rexag, lads I. Re[n]ardus, lads I. Johannes Atto cum suos eres, lads I. De Pugio Redon, lads I. Mas que fuit de Atroarii de Pins, lads I. Dalmacio Iohan cum suos eres, quartos III. Mas que fuit Rodbal[2] de Criniano cum suos eres, lads III. Ramon Guadamir, lads I. Guillem Onofre cum suos eres, quartas III. Guitard de Organellas cum suos eres, lads I. Mansum que fuit de Sendre Mir cum suis eres, lads II et quarto I. Mas que fuit de Guadamir Ansemmo cum suos eres, lads II. De Nogera, lads I. Mansum que fuit de Guinardo cum suos eres, lads III. Borda de Vidal cum ipsa de Curnutos, quartas III. De Fonte Gomberto, quarto I. Borda que fuit de Seniofret faber, quarto I. Borda que fuit de Dela, quarto I. Borda que fuit de Mir Pedres, quarto I. Borda que fuit de Seniofre Galin, quarto I. Mansum que fuit de Bonefilium Livula [et] suos eres, lads II. Borda que fuit de Geribert de Rio cum suos eres, quartos III. De Ferles, quarto I. De Atto Centurii, lads III. Mas que fuit de Savilet, lads III. Borda que fuit de Oggarii Carduca cum suos eres, lads I. De Monte Mafomato, lads III. De Arnallo Surigarii, quarto I. Mas que fuit de Rodlando, lads III.[3]

Mansum de Guitard Languard, quartos III. M[as] de Folc Da[c], quartos III. Arnal Mi[r] et Brodeval, lads I. O.[4] Mir, lads I. M[as] de Magerdach, quartos V.[5] M[as] de Adaulfo, lads I. M[as] de Corte Bernard, lads I. M[as] de Bernard Belias, lads I. Aquacenosa, lads II. Mansum de Ozalog, quartos III. Mansum de [...] arieg,[6] quartos III.[7]

1. que fuit *repetit*. 2. Rodbal *afegit a la interlínia*. 3. *A partir d'aquest punt el text segueix al dors, escrit per la mateixa mà*. 4. *Deixem aquesta abreviatura sense desenvolupar perquè no estem segurs a quin nom fa referència*. 5. *Segueix* Mansum de Tozbleg cum heredes suis, lads III, *ratllat*. 6. *Espai d'aproximadament quatre lletres, il·legible*. 7. III *afegit a la interlínia*.

916

1151, febrer, 26

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Caldes de Montbui i els seus termes.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233b (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1B.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 917 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de omnibus eximentis et usaticis quem Barchinonensis comes habet in Calidis et in omnibus suis terminis. Habet namque ibi XXV mansos et IIII bordas, de quibus exeunt censualiter LX[a] V lats de carne et I quarter et medium.[1] Et preter hos predictos mansos, habet ibi II mansos de quibus tenet unum Poncius scriptor et Sancta Maria alium. Et exeunt de isto honore II paria caponum et III[2] gallinas. Et habet in isto honore, quando facit hostem, uniuscuiusque mansi singulos moabitinos, exceptus III mansos.[3] Et accipit decimam istius honoris. Et habet comes in Calidis in do[mi]nio I fabricam. Et accipit in isto honore duas partes placitorum. Et habet in isto honore et accipit fevos de cibariis et de gallinis et ioves, quas accipit baiulus et tenet pro comite.

Acta est ista carta supradicte comemorationis IIII kalendas marcii, anno XIIII regni Lodoyci iunioris. In presencia Ferri et Guillelmi de Callers et Petri Guillelmi de Calidis et Raimundi Arnalli de Pratellis et aliorum proborum hominum de Calidis. Quam supradictam comemorationem iuraverunt super IIII[or] Evangelia Porcellus baiulus et Petrus Guillelmi de Calidis et Vives de Calles[4] esse fideliter scriptam et testatam in manu Bertrandi de Castelleto.

1. et I quarter et medium *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix* par, raspat. 3. exceptus III mansos *afegit a la interlínia*. 4. et Vives de Calles *afegit a la interlínia*.

917

1151, febrer, 28. Gavà

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Gavà, Sant Climent de Llobregat i Viladecans.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233c (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1C.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916, 918 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de omnibus eximentis et usaticis quem Barchinonensis comes habet in Gavano et in omnibus suis terminis. Primum, exeunt de isto honore censualiter LXXIII paria caponum et I pernam, quę est de fevo baiuli, preter dominicaturas et laborationes[1] et agrarios quos ibi habet.

Et exeunt ad comitem de honore Sancti Clementis censualiter XXII paria caponum et VIIII porcos et II pernas et agrarios panis et vini et fructuum terrarum et I sestarium ordei per censum.

Et exeunt ad comitem de honore de Villa de Canibus XLVIIII[2] paria caponum censualiter[3] et VII pernas et agrarios panis et vini et de fructibus terrarum et V sextarios ordei de censo.

Acta est ista carta supradicte comemorationis II kalendas marcii, anno XIIII regni Lodoyci iunioris, ante ecclesiam Sancti Petri de Gavano. In presencia proborum hominum de Gavano et de Tidone et in presencia Bertrandi Hecii et Petri Guillelmi et Raimundi de Palacio, qui supradictam comemorationem totius predicti honoris de Gavano et de Sancto Clemente et de Villa de Canibus, cum censibus, super quatuor Evangelia iuraverunt esse fideliter scriptam et testatam in manu Bertrandi de Castelleto.

1. n *afegida a la interlínia corregeix* [i]. 2. VIIII *afegit a la interlínia corregint* VI, *ratllat*. 3. c *afegida a la interlínia corregeix* o.

918

1151, març, 1. Església de Sant Pere de Gavà

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Sant Feliu de Llobregat i als seus termes.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233d (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1D.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les

unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916, 917, 919 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio de honore et de censibus et usaticis quem Barchinonensis comes habet apud Sanctum Felicem et in omnibus suis terminis. In primis, exeunt inde ad comitem censualiter LI[1] paria caponum et V pernas et XIII denarios de censo[2] et II porcos, preter agrarios panis et vini aliorumque fructuum terrarum. Quem honorem monstravit totum fideliter per sacramentum Arnallus Berengarii cum aliis probissimis hominibus ipsius honoris ad Bertrandum de Castelleto, in presencia Raimundi Bermundi et aliorum proborum hominum.

Quam supradictam comemorationem Arnallus Berengarii baiulus et Raimundus Poncii et Gerallus Ferrer iuraverunt super IIII^{or} Evangelia totam esse fideliter scriptam et testatam ad fidelitatem comitis ante ecclesiam Sancti Petri, in manu Bertrandi de Castelleto, kalendas marcii, anno XIIII regnante Lodoyco rege iuniore.

Et exit ad comitem censualiter de honore Sancti Vincencii III paria caponum et agrarios panis et vini aliorumque fructuum terrarum.

1. LI *escrit sobre una xifra anterior, raspada*. 2. et XIII denarios de censo *afegit a la interlínia*.

919

1151, març, 2

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Vilafranca del Penedès.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233f (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a COY I COTONAT, *Vilafranca del Panadés*, pp. 34-41.

b BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1F.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 918, 920 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de censibus et usaticis quem Barchinonensis comes habet in Villa Francha et in

suis terminis. Et exit ad comitem de isto honore censualiter II porcos et X paria caponum et agrarios panis et vini et aliorum fructuum terrarum et suas dominicaturas, quas Petrus Berengarii baiulus cum probissimis hominibus eiusdem villę monstraverunt Bertrando de Castelleto per sacramentum ad fidelitatem comitis. Quam supradictam comemorationem predictus Petrus Berengarii baiulus et Adalbertus[1] et Petrus Raimundi et Guillelmus Petri iuraverunt super IIII^{or} Evangelia, in manu Bertrandi de Castelleto, esse fideliter scriptam et testatam ad fidelitatem comitis.

Fuit facta ista comemoratio VI nonas marcii, anno XIIII regni Lodoyci iunioris.

1. et Adalbertus *afegit a la interlínia*.

920

1151, març, [2]. Piera

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Piera i als seus termes*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233e (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1E.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 919, 921 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de censibus et usaticis quem Barchinonensis comes habet in Apiera et in omnibus suis terminis. In primis, exeunt inde censualiter XXX^{a}IIII porcos, de quibus sunt II de fevo baiuli. Et ex alia parte exeunt inde VIIII porcos censualiter, quos stabilivimus noviter. Et exeunt inde censualiter XX[1] paria caponum et medium et II solidos de censo. Et preter hoc, habet in isto honore VII mansos qui donant agrarios panis et vini et de fructibus terrarum. Et accipit comes in omni isto honore de Apiera decimam, preter de suis dominicaturis, de quibus accipit ecclesia Sancte Marie decimam. Et accipit in isto honore duas partes de placitis. Et habet in isto honore suas dominicaturas, de quibus accipit taschas; quas dominicaturas totas Aianricus baiulus et Raimundus de Apiera et Berengarius de Api-

era monstraverunt[2] per sacramentum ad Bertrandum de Castelleto cum allis probissimis hominibus de Apiera. Et exeunt modo de Apiaria L et I porcos.[3]

Quam comemorationem supradictam supradictus Aianricus baiulus et Raimundus de Apiera et Berengarius de Apiera iuraverunt super IIII^{or} Evangelia esse fideliter scriptam et testatam ad fidelitatem comitis, in manu Bertrandi de Castelleto, [VI^{to}] [4] nonas marcii, anno XIIII regni Lodoyci iunioris. Fuit facta ista carta ante ecclesiam Sancte Marię, in presencia proborum hominum de Apiera.

Et exeunt ad comitem de honore de Cabraria V paria caponum et agrarios panis et vini et de fructibus terrarum. Et habet ibi I molinum in dominio.[5]

1. [XX] *escrit a sobre d'una xifra anterior raspada i ratllada*. 2. *La primera* r *corregeix* a. 3. Et exeunt … porcos *afegit posteriorment per una altra mà al principi del text, abans d'*Hec est comemoratio. 4. VI^{to} *escrit a sobre d'un altre numeral, ratllat*. 5. Et habet ibi I molinum in dominio *afegit per una altra mà*.

921

1151, abril, 2. Caldes de Malavella

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Caldes de Malavella i als seus termes i a Llagostera.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233g (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1G.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 920, 922 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de censibus et usaticis quem Barchinonensis comes habet in Calidis de Mala Veia et in suis terminis. Habet namque comes in isto honore CXV mansos. Et exeunt de isto honore censualiter CLX^{a}VIIII porcos et medium[1] et LXXX^{a}VIII paria gallinarum et XLVI pernas et XVIIII paria gallinarum et LX^{a}I quartera cibarię de alberga; et hoc est de fevo vicarii. Et donat unusquisque mansus de isto honore I gallinam de trescol. Et accipit comes in omni isto honore[2] taschas et quartam partem de decimo. Et habet in isto honore III fabri-

cas de quibus comes accipit loceum, exceptus directum ferrarii. Et habet comes in isto honore alias laborationes terrarum quas tenet vicarius Arnallus de Perella per eum, sicut tenebat et habebat Raimundus Guillelmi.

Et habet comes in Lacustaria XLVII mansos, qui sunt de baiulia de Calidis. Et exeunt de isto honore censualiter LXX[a]IIII porcos et XLVII paria gallinarum. Et preter hoc, exit inde XVIII pernas et mediam, que sunt de fevo vicarii, et VII paria gallinarum et XVIII quarteras cibarię. Et exit de unoquoque manso I gallina de trescol, q[u]e[3] est de fevo vicarii. Et accipit comes in isto honore taschas et decimam de fructibus terrarum. Et habet in isto honore II fabricas, de quibus accipit loceum comes. Et habet vicarius in omni isto honore singulos arbores glandiferos in unoquoque manso pro comite et ioues de hominibus.[4] Hanc comemorationem iuraverunt Petrus de Pino et Raimundus de Pinitensi super IIII[or] Evangelia esse fideliter scriptam et testatam, in manu Bertrandi de Castelleto, ad fidelitatem comitis ante ecclesiam Sancti Felicis de Lacustaria, in presencia proborum hominum ipsius honoris. Et de istis mansibus supradictis habet ibi Sancta Maria de Amer I et Sanctus Daniel alium et Sanctus Petrus de Catserres alium; et exeunt inde V porcos. Et domus Milicię alium mansum, de quo exit unum porcum.

Acta est ista carta supradictę comemorationis IIII nonas aprilis, anno XIIII regni Lodoyci iunioris. Et fuit facta ante ecclesiam Sancte Marie de Calidis, in presencia proborum hominum eiusdem honoris. Quam supradictam comemorationem[5] Arnallus Granelli et Bernardus Vives iuraverunt, ad fidelitatem comitis, super IIII[or] Evangelia, in manu Bertrandi de Castelleto, esse fideliter scriptam et testatam.

1. et medium *afegit a la interlínia*. 2. honores *al text*. 3. *Manca*. 4. et ioues de hominibus *afegit a la interlínia*. 5. mo *afegit a la interlínia*.

922

1151, abril, 3. Llagostera

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Llagostera i als seus termes*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233h (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1H.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 921, 923 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de censibus et usaticis quem Barchinonensis comes habet in Lacustaria et in omnibus suis terminis. Habet namque comes in isto honore CXXII[1] mansos veteres. Et exeunt de isto honore censualiter CC porcos minus IIII et LXXXVIIII paria gallinarum. Et preter hoc, exeunt de isto honore XXX[a] et IIII pernas et XIIII paria gallinarum et VII sextarios et III migeras cibarię Et hoc est de fevo vicarii. Et in unoquoque manso I gallina de trescol, et singulos arbores glandiferos in unoquoque manso. Et accipit comes in omni isto honore supradicto medietatem de locedo quod inde exit. Et accipit comes in isto honore[2] taschas et decimas de omnibus fructibus terrarum. Et de isto decimo de Lacustaria, preter de pane et vino, accipit Bernardus decimarius totum aliud quod inde exit. Et donat inde annuatim ad comitem per censum XXX[a] porcos. Et tenet vicarius in isto honore I mansum per fevum, de quo exeunt II porcos; et tenet I vineam quam plantavit. Et accipit comes in isto honore, quando ibi moritur bestia salvadga, quarters de unaquaque. Et habet comes in isto honore I conaminam in dominio, de expleto cuius accipit medietatem cum medietate seminis et cum ioues quas ibi donat ad laborandum.

Acta est ista comemoratio III nonas aprilis, anno XIIII regni Lodoyci iunioris. Et fuit facta ante ecclesiam Sancti Felicis de Lacustaria, in presencia proborum hominum eiusdem honoris. Quam comemorationem iuraverunt Guillelmus Poncii et Raimundus Ianeto et Petrus Bernardi super IIII[or] Evangelia, in manu Bertrandi de Castelleto, esse fideliter scriptam et testatam ad fidelitatem comitis. Et hoc iuraverunt pro iussione Berengarii Mironis baiuli et Petri Tosa baiuli. [3].פלד

1. XII *escrit a sobre d'una raspadura*. 2. *Segueix* s, *raspada*. 3. PLD. *És la transcripció hebrea (només les consonants, i sense matres lectionis) del topònim "Palad" (<Palatium) tal com era pronunciat a mitjan segle* XII*, topònim que esdevingué "Palau" posteriorment seguint el procés de vocalització de la fricativa sonora* ð *en final de síl·laba. Aquí es refereix a Palau-sacosta, que és esmentat en el document següent, en el qual figura un "Mosse bajuli" que devia ser qui va escriure el nom en hebreu. La transcripció d'aquestes tres lletres hebrees ja la va fer* T. N. BISSON, *Fiscal Accounts*, vol. II, p. 12, *però no del tot correctament. El fenomen de transformació de la* d *final en* u *ha estat molt estudiat i debatut. Vegeu* J. COROMINES, DECat, s. v. "palau"; idem, *Onomasticon*,

VI, p. 134; P. D. RASICO, *El català antic*, Girona, 2006, pp. 171-175; J. M. NADAL i M. PRATS, *Història de la llengua catalana*, Barcelona, 1982, vol. I, pp. 276-277. *Hi ha altres casos en què la transcripció hebrea de mots romànics reflecteix llur pronunciació en una època determinada, per exemple: "Sed = Seu" en un document de Girona de 1252, o "Bonafed", que esdevingué "Bonafeu", etc., talment com la transcripció d'antropònims hebreus amb lletres llatines reflecteix també llur pronunciació a l'edat mitjana: "Abram", "Issac", "Mossé", etc. Curiosament, quan aquesta* d *final esdevingué* u*, el canvi s'aplicà, per extrapolació, a alguns noms hebreus antics, com ara "David" que esdevingué "Daviu".*

923

1151, abril, 5. Girona

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Palau-sacosta i als seus termes.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233i (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1I.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 922, 924 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio de honore et censibus et usaticis quem Barchinonensis comes in Palacio habet et in suis terminis. Habet namque in ipso honore XXIIII mansos. Et exeunt inde XXXVI porcos et V paria caponum et I pernam et I emina cibarię et II fogazas. Et exit de unoquoque manso I gallina de trescol. Et accipit comes in ipso honore taschas de fructibus terrarum. Et habet ibi I conaminam in dominio, de expleto cuius accipit medietatem, cum ipsis ioues quas ibi donat ad laborandum, et medietatem seminis.

Et habet comes in honore de Quart XXXVII^{tem} mansos. Et exeunt de isto honore XXX^{a}VII porcos et medium,[1] et VIIII albergas, de quibus exeunt VIIII pernas et VIIII paria gallinarum et XXXVI fogazas et VI sextarios cibarię et I quartera. Et ex alia parte exeunt inde de censo II pernas et II paria caponum. Et exit de unoquoque manso I gallina de trescol. Et accipit ibi taschas de fructibus terrarum et medietatem de locedo. Et in istis mansibus supradictis habet unus mansus ad ipsam Rocham, qui de fructibus terrarum donat quartum et braciaticum.

Et habet comes in terminio de Monte Alto IIII mansos. Et exeunt inde VI porcos et taschas de fructibus terrarum et de unoquoque manso I gallina de trescol.

Et habet comes ad ipsos Cremats IIII mansos. Et exeunt inde VII porcos et taschas de fructibus terrarum et de unoquoque manso I gallina de trescol.

Acta est ista carta supradictę comemorationis nonas aprilis, anno XIIII regni Lodoyci iunioris. Et fuit facta in civitate Gerundę, in domo Porcelli, in presencia Raimundi de Gerundella et Mosse baiuli atque Porcelli et rusticorum eiusdem honoris supradicti.[2] Quam comemorationem Ollerius, baiulus de Palacio, et Bernardus Ferrer, baiulus de Quart, et Guillelmus Bernardi, baiulus de Monte Alto, et Gaucfredus de Riard, baiulus de ipsis Cremats, super IIII[or] Evangelia iuraverunt, in manu Bertrandi de Castelleto, esse fideliter scriptam et testatam ad fidelitatem comitis.

1. et medium *afegit a la interlínia*. 2. *Segueix* s *raspada*.

924

1151, abril, 6. Palafrugell

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona al terme de Llofriu.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233j (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a *Els castells catalans*, II, doc. 16.

b BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1J.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 923, 925 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio de honore et censibus et usaticis quem Barchinonensis comes habet in terminio de Lofriullo[1] per omnia loca. Habet namque ibi XX[ti] mansos. Et exeunt de isto honore censualiter XVI porcos et V gallinas, que sunt de fevo baiuli. Et accipit in isto honore totum decimum et in una partita de ipso honore taschas et medietatem in placitis et de locedo frabricę. Et accipit comes stachamenta ipsius honoris.

Et habet comes in honore de Asclania et accipit decimum totum de terra et de mare medietatem.[2]

Et habet comes in honore de Palacio Frugello L mansos in dominio. Et exeunt ad comitem de honore de Palacio Frugello LX[a]IIII porcos. Et habet comes et accipit in ipsis ruptes de Prato quartum de fructibus. Et habet comes in omni isto honore decimum de omnibus fructibus terrę et de decimo maris medietatem. Et accipit comes in omni isto honore omnia stachamenta et medietatem de placitis et medietatem de locedo.

Acta est ista carta supradictę comemorationis VIII idus aprilis, anno XIIII regno Lodoyco rege iuniore. Et fuit facta ista comemoratio ante hostium ecclesię Sancti Martini de Palacio Frugello, in presencia Raimundi de Gerundella et proborum hominum de omni ipso honore. Quam comemorationem supradictam Berengarius Petri, baiulus de Palad Frugell, et Peretus et Guillelmus Benedicti, baiulus de Lofrillo, super IIII[or] Evangelia iuraverunt esse fideliter scriptam et testatam ad fidelitatem comitis, in presencia presbiterorum eiusdem ecclesię Sancti Martini, in manu Bertrandi de Castelleto.

1. Lo inicial *afegit a la interlínia*. 2. terra et de mare *escrit a sobre d'una raspadura*; medietatem *afegit per una altra mà*.

925

1151, abril, 8. Besalú

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Besalú i als seus termes.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233k (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.
a MONTSALVATJE, *Noticias históricas*, XV, pp. 369-372.
b BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1K.
c *Catalunya romànica*, IV, p. 76.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 924, 926 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de omnibus eximentis et usaticis et leddis sive dominicaturis quem Barchinonensis comes habet in Busullonensi et in omnibus suis terminis. Habet in villa de Busullone unum furnum[1] in dominio. Et accipit comes in Busullone leddas et mercatum, preter illud quod ibi habent pro

eo Gaucerandus de Sales et Poncius de Cervaria.[2] Et accipit comes in isto honore omnia stachamenta[3] et duas partes de placitis et de iusticiis. Et habet comes in dominio in isto honore ipsas vineas, sicut tenent de ipsa Buada usque ad ipsos ortos subtus viam. Et habet comes super iamdictas vineas, vineas et campos quos tenet Perella baiulus pro eo ad fevum, de quibus donat quartum. Et habet comes omnes guidonaticos de fira Busullunensi in dominio pro unoquoque anno. Et habet comes per albergam in monasterio et in honore de Ridadre IIII porcos et IIII sextarios frumenti et I quarta de vino et modios II cibarię. Et habet comes in villa de Busullone LI porc.[4]

Et habet comes et accipit in terminio Iuviniani et Ursiani et de Fornellis et de Parets III porcs et III migeras ordei et III quartas de vino et III solidos per censum. Et preter hoc habet ibi baiulus pro illo medium porcum et II sextarios vini. Et habet ad Martins I gallina et II enaps frumenti.[5]

Et habet comes in honore de Boscherons et Portell et de Martins et de Sirina et de Albuzan et de Merlan, et accipit XII porcos, de quibus est unus de fevo baiuli, et III arietes et XIII[cim] sextarios de ordeo, de quibus est unus sextarius de fevo baiuli. Et exeunt inde IIII sextarios de vino, in quo habet baiulus sunt[6] directum; et hoc sunt albergas. Et habet comes ad Merlant I migeram de melle de censo et media quartera frumenti et VI denarios et II enaps frumenti.[7]

Et habet comes in honore de Villa Fedanth et de Villa Auvonnanth IIII solidos et medium comitales et I sextarium de blad per censum. Et habet ad Podols I sextarium de blad censalem. Et habet ad Sanctam Eulaliam I porcum et XI denarios et III eminas de blad per censum. Et habet ad ipsam Costam, in parroechia de Spina Versa, ad ipsum mansum de ipsa Costa, I porcum et II sextarios de blad et I agnum. Et de isto ordeo, est unus[8] sextarius de fevo baiuli et I fogazam et IIII sextarios vini.[9] Et habet comes ad serram de Crispian I sextarium de blad et I quartera[10] ad mensuram censalem. Et ad Sanctum Michaelem de Turre, [V] I porcos et IIII sextarios cibarię, de quibus sunt II ad mensuram censalem et sunt de fevo baiuli. Et ex alia parte habet ibi comes V porcos et V sextarios de blad censualiter, quos archidiachonus Gerundensis abstulit illi. Et habet comes in parroechia Sancti Martini de Campo Maiore IIII sextarios et medium[11] cibarię et I quartera frumenti. Et habet comes inter Brugeroles et Ventaiol VIIII

porcs et X sextarios de blad. Et preter hoc, habet ibi baiulus X^{cem} sextarios cibarię et I quartera frumenti ad fevum. Et ista dominicatura Guillelmus de Campo Maiore eiecit inde unum pagensem, in quo perdit comes I porcum et I sestarium cibarię.

Et habet comes per censum in parroechia Sancti Petri de Mieres XII sextarios de ordeo.

Et habet comes in honore, in villa de Senteins,[12] XIII porcs et XII sextarios de blad et III modios vini et I arietem. Et habet comes in omni isto honore supradicto traginas et operas. Et habet comes in Pedriano X porcos et V arietes et X sextarios cibarie et traginas et operas. Et habet comes in parroechia de Villarig XX denarios comitales et I emina ordei et [XI] scutellas et I enap de amenoles aut de frumento. Et ad Cug[u]lels X denarios et II fogazas et III pullos.[13]

Et habet comes censualiter in honore Guillelmi Raimundi de Crexello XX[14] porcos et VI arietes et I agnum et II ochas et XX sextarios cibarię et XII sextarios vini et traginas et operas. Et habet comes in honore de Lercio censualiter per albergam VI porcos et VI sextarios cibarię. Et habet ibi alias multas albergas quas domina de Ordal tenet pignore. Et habet comes in baiulia Iuviani et Ursiani III migeras cibarię.

Et habet comes honorem de Torrente Malo quem tenet Perella pro illo ad fevum, et mansum de Pidra et mansum de Sabatello et mansum de Casa Mor et trileam de Busullone et ortum[15] et honorem et domos qui fuit Guillelmi Labaruth. Et habet Perella pro comite castlaniam et cibarias de Busullunensi, que sunt XXI-III^{or} sestarii cibarię.

Et habet comes pro custodia de ianua Busullone III migeras frumenti et III migeras inter ordeum et cibariam et IIII paria pullorum et III ochas et V sextarios de vino; et hoc tenet custos ipsius ianuę pro comite. Et habet comes in monasterio Sancti Laurencii de Monte II bacons desdoblats in Natale Domini. Et habet comes in Esponeian X porcs et X sextarios de blad. Et habet comes in Lavanera et in Pumpiano et in Cuguiades placita et iusticias et operas atque cibarias. Et habet comes unum mansum ad Perduts et alium ad Budeleres.

Acta est ista carta supradictę comemorationis totius ipsius honoris Busullunensis VI idus aprilis, anno XIIII regni Lodoyci iunioris. Et fuit facta ista comemoratio in villa Busullonę, in presencia proborum hominum eiusdem villę. Quam supradictam

comemorationem, pro iussione Perellę, super IIII[or] Evangelia iuraverunt Poncius de Saxano, baiulus, et Guillelmus Bernardi et Torro et Petrus Berengarii, vicarius, et filius eius Petrus de Busullone[16] esse fideliter scriptam et testatam, in manu Bertrandi de Castelleto, ad fidelitatem comitis.

1. *Segueix* et leddas, *ratllat*. 2. et Poncius de Cervaria *escrit a sobre d'una raspadura*. 3. *Segueix un espai de 28 mm, raspat i ratllat*. 4. Et habet comes omnes guidonaticos ... villa de Busullone LI porc *afegit per una altra mà*. 5. Et habet ad Martins ... enaps frumenti *afegit per una altra mà*. 6. *En lloc de* suum. 7. et media quartera ... II enaps frumenti *afegit a la interlínia, escrit per una altra mà*. 8. *Segueix* de, *ratllada*. 9. et IIII sextarios vini *afegit a la interlínia*. 10. et I quartera *afegit a la interlínia*. 11. et medium *afegit a la interlínia*. 12. *Segueix un espai de 97 mm, raspat i ratllat*. 13. *Entre* u *i* l, e *ratllada*. Et habet comes in parroechia ... et II fogazas et III pullos *afegit per una altra mà*. 14. XX *corregeix un numeral anterior, raspat*. 15. et ortum *afegit a la interlínia*. 16. et filius eius Petrus de Busullone *afegit a la interlínia*.

926

1151, abril, 12. Prats de Molló

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Prats de Molló i als seus termes.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233l (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1L.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 925, 927 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio de omni illo honore et de censibus et usaticis quem Barchinonensis comes habet ad Prats et in omnibus suis terminis. Habet namque ibi comes LVIII mansos et XLV[1] bordes, de quibus tenet Perella ad fevum III mansos et II bordes et Raimundus Porcelli I mansum et Torro de Busullone I borda. Et exeunt de honore de Pratis censualiter CVII porcos, de quibus tenet Perella IIII[or] ad fevum, et LXXX[a]VII arietes, de quibus tenet Perella III ad fevum. Et exeunt de isto honore censualiter CLVIII pernas, de quibus tenet Perella ad fevum V pernas. Et in omnibus aliis pernis medietatem habet. [Et exeunt] de isto honore XX bacons. Et exeunt inde LIIII paria gallinarum et medium.[2] Et a die Pentescostes usque ad festum Sancti Michaelis exeunt de isto honore censualiter, de XV in XV diebus, CL ova et XL truites. Et

item exeunt de isto honore censualiter ad Pascha, annuatim, CCC ova.[3] Et exeunt de unoquoque urso, quando ibi moritur, cuxes ambe retro et IIII pedes suos. Et de cabirol et de isarn, quarter de retro et espatla ad baiulum. Et habet comes omnes gallos salva[tges]. Et donant III torners[4] qui sunt in isto honore, cum omni censo quod illis dimittitur de [ipsius] mansibus, CCCCL scutellas et XXIII gradals et XXIIII enaps et XXIIII canadeles. Et donant IIII^{or} mansi in isto honore MMC truites salatas. Et comes, propter hoc, reliquit illis IIII porcos et IIII pernas. Et donant ferrarii istius honoris CXX paria de ferris. Et exeunt de isto honore per censum XXX^{a}I paria et medium de circulis. Et exeunt de isto honore per censum VIII modios frumenti et III sextarios[5] et LI modios de cibariis et IIII sextarios.[6] Et accipit comes in [omni] isto honore de pane taschas et de vino quartum. Et accipit comes in omni isto honore decimum, preter VI^{a} parte quam ibi habet Bernardus de Curtsavin ad fevum pro illo. Et habet comes in isto honore traginas et operas. Et preter hoc, habet Perella in isto honore III modios et III quartas de cibaria et II modios et medium de vino et taschas de frumento et cussuras totas et CLX^{a} panes de ordeo. Et habet comes in isto honore suum lavander[ium] et luminarium et fractorem lignorum et auztorerium. Item exeunt de isto honore per censum VII formatges et XII ova. Et habet baiulus de unoquoque urso ancham. Et habet comes in omni isto honore stachamenta et placita et iusticias. Item exeunt per censum in isto honore VI solidos Barchinonenses de tribus [mo]linis drapers.[7]

Acta est ista carta supradictę comemorationis II idus aprilis, anno XIIII regni Lodoyci iunioris. Et fuit facta ante ecclesiam Sanctę Iustę et Sanctę Rufinę, in presencia presbiterorum eiusdem ecclesię et proborum hominum eiusdem honoris. In quam comemorationem supradictam, per mandamentum Perellę, super IIII^{or} Evangelia iuraverunt Bertrandus, baiulus, et Petrus Stephani, saig, atque Petrus Raimundi, saig, et Petrus Bonefilii, saig, et Arnallus de Boxeda et Petrus Sendre et Carbonellus atque Petrus de Terrato et Guillelmus de Box atque Petrus de Molins Renovers omnia directa comitis esse fideliter scripta et testata in hac pagina, ad fidelitatem comitis, in manu Bertrandi de Castelleto.

1. V *afegida a la interlínia, volada a* IIII, *ratllat*. 2. et medium *afegit a la interlínia*. 3. *Segueix un espai de 25 mm, raspat i ratllat*. 4. *La darrera* r *afegida a la interlínia*. 5. et III sextarios *escrit a sobre d'una raspadura*. 6. et IIII sextarios *afegit a la interlínia*. 7. Item exeunt ... [mo]linis drapers *afegit per una altra mà*.

927

1151, abril, 14. Vilafranca de Conflent

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Cornellà de Conflent*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233m (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.
a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1M.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 926, 928 a 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de omnibus censis et usaticis et dominicaturis quem Barchinonensis comes habet in Corniliano et in omnibus suis terminis. Habet namque ibi comes XVI mansos et XXX[a] bordes. Et exeunt de isto honore III porcos et XII denarios et II paria gallinarum et I par de [ferris]. Et habet ibi comes XIIII vineas in dominio, quas laborant sui homines cum cibo quem ad laborandam illis donat. Et habet ibi I ortum. Et habet in ipsa menera de ferro quartam partem cum maneteges quas ibi donat. Et accipit comes in omni isto honore quartum de vineis et omnia stachamenta et placita et iusticias. Et habet comes in parroechia de Verneto I vineieth, de quo laboratores donent illi quartum, et per censum XIIII circulos. Et habet comes in honore de Saorra VIII porcos de precio tribus solidis denariorum Barchinonensium et VIII modios cibarię, de quibus sunt IIII de avena et IIII de ordeo, et IIII modios valespirans de vino. Et habet in ipsis meneres de ferro quartam partem. Et habet in isto honore puncturatges de formatge et XVI paria de ovis[1] et XVIIII pondera de palea.

Et habet comes in honore de Pins VI modios cibarię et XXXII ova et puncturatges de formatges. Et habet comes in parroechia de Ascharo XVII mansos et VIIII bordes. Et exeunt de isto honore [I] porco[2] et arietes II et XVII pernas et II asinos de hoste et IIII asinos qui veniunt facere vindemias apud Cornilianum aut donant VIII solidos. Et fabrica ipsius honoris pro unoquoque anno debet estradere II pondera ferri ad quatrellos faciendos absque missione comitis. Et habet comes in ipso honore XVI paria caponum et XVI fogazas; et hoc est de fevo baiuli. Et habet comes in ipso honore CXIII modios cibarię. Et habet comes in ipso honore pascherium

et pucturatges, qui bene valet XX solidos et C formatges. Et habet comes in ipso honore CCL ova per censum. Et accipit comes in illo honore quartos de expletis frumenti et de segle[3] taschas. Et habet comes in omni isto honore omnes meneras argenti et ferri et X solidos per censum de hominibus de Menteth de una ferrera[4] de Ascharo. Et habet comes in isto honore traginas et operas et ioues et I conaminam in dominio et I vinea. Et accipit comes in illo honore vineas, de quibus accipit [quarters] I et IIII modios de vino censualiter et IIII canades et III quarters de moltone. Et habet in isto honore omnia stachamenta et placita et iusticias. Et habet comes in parroechia de Ionceto per censum VIIII quartals ordei et II modios vini vallespirans et I arietem de pascherio et cavalatge, qui est C garbas fru[men]t[i]. Et habet ad Maredans et ad Purcinans III quartals de ordeo. Et habet comes ad Exelada albergam ad VIII equos.

Et habet comes in Villa Francha mercatum et leddas et guidonaticos et stachamenta et placita et iusticias et I furnum in dominio; et in ortibus qui sunt in ipsa ripera, taschas. Et habet comes in omni isto honore supradicto chestes. Et habet comes albergas ad CXLVIII caballos de Villa Francha usque ad Oletam, quas albergas vel precium accipit quando vult. Et de Oleta usque ad Pertigam,[5] ad CCLXIIII caballos, habet albergam comes in mansibus Sancti Michaelis; et accipit albergas vel precium quando vult. Et habet comes de Villa Francha usque ad Terram Nigram albergam ad CCCXX caballos; et accipit ipsas albergas vel precium quando vult. Et habet comes et sunt sua omnia stachamenta et placita et iusticias et homicidia et adulteria de omni isto honore. Et habet comes in isto honore modios IIII de ordeo et I modium de vino et VII solidos denariorum. Et accipit comes in omni isto honore pascherium et puncturatges de omnibus bestiis quę ibi sunt vel de ipsis que infra iamdictum honorem ab extranea parte veniunt. Et habet comes in terminio de Bardol VI quartals de blad et alios VI quartals ad Gixam. Et habet in omni isto iamdicto honore meneras argenti et ferri. Et habet ad Anierre III quartas de vino. Et habet comes ad Casalons L ova et puncturatges. Et habet ad Gixan II gallinas et I sestarium cibarię. Et ad Ioncetum I gallinam et I eminam cibarię. Et habet ad Arrian II par gallinarum et IIII fogazas et II canatas de vino et cibaria ad II bestias. Et habet ibi II quartals et I sestarium[6] cibarie de parada. Et habet comes villam de Erola. Et valent bene exides eiusdem XL modios cibarię. Et habet ibi albergam de XXV equis. Et habet comes ad Ruptaram VI

sextarios cibarię et VI sextarios vini et VI paria gallinarum et XII fogazas et homicidia et adulteria. Et habet ad Marceval albergam ad VIII equos. Et habet comes ad Bardol XXXIII ova. Et ad Canavel medium quartal cibarie. Et habet ad Tovega I quartal cibarie. Et habet in manso Bernardi Talabug I albergam ad I bestiam. Et habet comes in Villa Francha hostem quando ibi mandare vult. Et in omni isto honore prescripto, chestes.

Acta est ista carta supradicte comemorationis in Villa Francha, XVIII kalendas maii, anno XIIII regni Lodoyci iunioris. Et fuit facta ante ecclesiam Sancti Iacobi de Villa Francha, in presencia Bernardi, prioris de Corniliano, et proborum hominum de Villa Francha. In qua comemoratione, super IIII^{or} Evangelia, Raimundus de Spinavel et Petrus Sinfredi, baiuli, iuraverunt omnia directa comitis esse fideliter scripta et testata, in manu Bertrandi de Castelleto, ad fidelitatem comitis. Et habet comes in omni honore de Conflente, de urso, I cuxa et IIII pedes; et de omnibus allis bestiis feris, I quarter de unaquaque.[7]

1. *Segueix* et VI modios de cibaria de parades de Pins, *ratllat*. 2. porcos *al text*. 3. sengle *al text*. 4. *La segona* e *corregeix* a. 5. ti *afegit a la interlínia*. 6. et I sextarium *afegit a la interlínia*. 7. Et habet comes … I quarter de unaquaque *afegit per una altra mà*.

928

1151, abril, 16. Llívia

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Llívia i als seus termes*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233n (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1N.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data cròonica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 927, 928, 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de omnibus censibus et usaticis quem Barchinonensis comes habet in parroechia de Livia et in omnibus suis terminis. Habet namque ibi comes XV mansos et X bordes. Et exeunt de isto honore XXVIII porcs et XXVI pernas et XXV arietes et VI magencs et agnos XXI et V canatas de vino et XLVI[1] ova et [IIII] par et medium gallinarum.

Et est in isto honore unus mansus de ferrario, qui facit comiti suas operas de ferro et non aliud censum. Et homines de Livia donant quartum de expletis terrarum. Et habet comes ibi II pariliatas in dominio. Et exit de isto honore I quartal de cibaria de parada et II sextarios cibarię. Et exeunt ad comitem MC truites salates. Et pro unaquaque ebdomada, de sancto Iohanne usque ad festum sancti Michaelis, sexaginta truites; et iste sunt de fevo baiuli.[2]

Et habet comes in villa de Serega VIIII mansos et VIIII bordes. Et exeunt inde XX pernas et XIIII agnos et medium et II [pari]lia gallinarum. Et ex alia parte exeunt inde ad baiulum IIII quarters de porco et V de ariete et VIIII fogazas et III canates de vino et, de tercio in tercium annum, III quarters de ariete et III fogazas et I sestarium cibarię et I canata de vino et I quartal cibarię et XI ova et VIIII quartas de segle de parada et VII arietes et I magenc; et per unumquemque bovem exarantem, I sestarium ordei. Et accipit comes in omni isto honore de Livia C modios de taberna, de quibus accipit prior Corniliani XX. Et habet comes in omni isto honore supradicto omnia stachamenta et placita et iusticias et h[o]micidia et adulteria et arsines et chestes et tragines et ostes. Et habet comes mercatum de Ixio in dominio.[3]

Et exeunt ad comitem de honore Sancti Martini de Barida II porcos et II arietes et II paria de *iuntes* salatas et VIII fogas[as] et X solidos de chesta et VII modios et medium de blad et I perna. Et de laborationibus Sancti Martini, tercium et braciaticum. Et de fructu unius vinearii de Arbil, medietatem et II sextarios ordei. Et de vineario de Casa Felith, de fructu eius, in uno loco med[ium] et in alio loco quartum. Et habet comes per totum illum honorem Ermengaudi de Barida botadge. Et ad Aurein I modium vini. Et habet comes ad Aranser botadge. Et habet comes in honore de Baridano stachamenta et placita et iusticias. Et habet comes ad Tadtendre I mansum, quem illi aufert Guillelmus Bernardi. Et habet ad Torrents botadge. Et habet comes in honore Sancti Martini tragines et operas et II capones.

Et habet comes villam de Monteian in dominio, in qua habet conaminas. Et accipit comes in baiulia de Livia leddas de Cerdania et passaticos. Et accipit de sarraceno XII denarios et de bestia honerata VI denarios et de asino honerato IIII denarios et de bestia absoluta VI denarios et de coleron II denarios. Et accipit comes per Cirtaniam cussuras totas et exorchias.

Acta est ista carta supradictę comemorationis XVI kalendas maii, anno XIIII regni Lodoyci iunioris. Et fuit facta ante ecclesiam Sancte Marię de Livia, in presencia presbiterorum eiusdem ecclesię et proborum hominum ipsius honoris. In qua comemoratione Bernardus de Livia, baiulus, et saxones sui Bernardus Sanla et Berengarius Morato, et Iohanes Scaza, baiulus de Serega, et Petrus, baiulus Sancti Martini, et Petrus Putaz, baiulus de Truites, super IIII[or] Evangelia iuraverunt omnia directa comitis esse fideliter scripta et testata in manu Bertrandi de Castelleto.

1. VI *afegit a la interlínia corregeix* II, *ratllat*. 2. Et pro unaquaque … de fevo baiuli *afegit per una altra mà*. 3. Et habet … in dominio *afegit per una altra mà*.

929

1151, abril, 17. Ix

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Querol i als seus termes*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233o (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a VALLS TABERNER, *Privilegis i ordinacions*, doc. XXV, nota (edició parcial).

b BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 10.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 928, 930 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio de honore et eximentis quem Barchinonensis comes habet apud Cherol et in suis terminis. Habet namque ibi VII mansos et V bordas. Et exeunt inde de taberna XLVII modios et I quartal de ordeo. Et accipit ibi de ublies III modios et V porcs et V arietes et XVI pernas et I gallina. Et preter hoc habet ibi XIIII quarters de ariete et III de porco et XVI fo[ga]zas de ublies et XVIIII canatas de vino et II iuntes arietis; et per traginum unius casalis, VI quartals de blad. Et donant omnes ipsi homines qui in isto honore faciunt formatges, unusquisque homo X formatges. Et habet comes in isto honore III asinos preparatos eundi in hostem. Et preter hoc suas tragines et operas. Et de fructu terrarum donant in uno loco tascham et in aliis locis terciam partem. Et habet comes in omnibus gallis salvaticis medietatem. Et habet ibi suas chestes de C solidis. Et preter his habet ibi baiulus X solidos. Et habet ibi comes III quartas cibarię et II sextarios,

et ex alia parte II sextarios rasos et eminam I ordei et I canal de ariete et omnia stachamenta et placita et iusticias et homicidia et adulteria et arsines et XVIIII ova et exorchies. Et habet ad Rialtes IIII sextarios talliatos. Iuravit hanc comemorationem Bernardus Guillelmi, baiulus de Cherol, super IIII^{or} Evangelia, ad fidelitatem comitis, in manu Bertrandi de Castelleto, omnia directa comitis esse fideliter scripta et testata ante ecclesiam Sancti Martini de Ixio.[1]

Et exit ad comitem de valle Annorra per censum XII pernas bonas. Et de Sobergen et de Ax, VIII pernas bonas.[2]

Et habet comes in villa de Ixio stachamenta et placita et iusticias et homicidia et adulteria et tragines et operas et chestes et toltes et forces et cussuras totas. Et habet comes in baiulia quam tenet Ermengaudus de Bulvir VIII^{to} mansos et V bordes. Et exeunt de isto honore II modios et III quartals frumenti et XXX-VI modios et I quartal inter segle et cibariam. Et quando comes donat hominibus istis vinum, super hoc donant illi XVI modios de taberna et III quartas. Et exeunt de isto honore VI porcos et VIII moltons et II parilia gallinarum. Et habet baiulus in IIII^{or} mansibus, in unoquoque manso, albergam ad IIII homines et IIII cavallos. Et in manso de Casales II canatas de vino et II gallinas et II fogazas. Et exeunt de isto honore V pernas. Et habet comes in ista baiulia albergam ad CCXX cavallos et XXXVIII ova et stachamenta et placita et iusticias et homicidia et adulteria et arsines et exorchies et ioues et batedo in III^{bus} mansibus, et borda I[3] et tragines et operas et chestam in istis predictis VIII mansibus et V bordes. Et donat ipse mansus de Navas quart de fructibus, panis terciam partem et de vino medium et quartum. Et habet comes in omnibus illis mansibus in quibus accipit albergam iusticias. Et[4] Bernardus Guillelmi de Baltarga donat de ipsa ioueria quam tenet, de fructu panis terciam partem et de vino quartum et agnum I pro area. Et de istis predictis VIII mansibus sunt duo de fevo baiuli. Et in omnibus expletis que de predicto honore exeunt, habet baiulus suum directum.

Et habet comes Barchinonensis in ipso honore de Allio III mansos, de quibus exeunt per censum I modium et quartal I frumenti et modios III inter segle et cibariam et II porcos et arietes III et medium et albergam ad VI cavallos et stachamenta et placita et iusticias et tragines et homicidia et adulteria et arsines et cussuras et ova et formatge.

Et habet comes Barchinonensis et accipit in baiulia quam tenebat Arluvinus[5] albergas ad CXXX[a]II cavallos, et in V bordes conductum ad X homines. Et habet ibi comes de parades XX[ti] II[6] modios de cibaria et I sacmata de vino et I magenc et V solidos. Et accipit comes in isto honore puncturatges de formatge per ipsas calms. Et exceptus hoc, habet ibi chestes de ous et de formatge.

Acta est ista carta supradictę comemorationis XV kalendas maii, anno XIIII regni Lodoyci iunioris. Et fuit scripta ante ecclesiam Sancti Martini de Ixio, in presencia Raimundi, Urgellensis archidiachoni et Cirritanię iudicis, et in presencia presbiterorum eiusdem ecclesię et proborum hominum ipsius honoris. In quam comemorationem, per mandamentum Ermengaudi de Bulvir, baiuli, super IIII[or] Evangelia iuraverunt Arluvinus et Guillelmus de Fonte omnia directa comitis esse fideliter scripta et testata, ad suam fidelitatem, in manu Bertrandi de Castelleto.

1. Iuravit hanc comemorationem ... Sancti Martini de Ixio *afegit al final del paràgraf*. 2. *Segueix* Et habet comes in alberga baiulia quam tenebat Arluvinus albergam ad CXV cavallos, et exeunt inde XVIIII modios et I sestarium de cibaria et V solidos et I magenc, *ratllat*. 3. et borda I *afegit a la interlínia*. 4. *Segueix* ipse, *ratllat*. 5. in baiulia quam tenebat Arluvinus *afegit a la interlínia*. 6. XX[ti] II *escrit a sobre d'una raspadura*.

930

1151, abril, 20. Ripoll

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Molló i als seus termes.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233p (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

B Còpia de la segona meitat del segle XII. París, Bibliothèque Nationale, ms. latin 5132, ff. 106v-107r (segons referència de Bisson).

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1P.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 929 i 933. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de censibus et usaticis quem Barchinonensis comes habet in terminio de Moion. Habet namque ibi comes mansos XXXI et bordas XLII. Et exeunt de ipso honore censualiter XLVIII porcos et medium[1] et arietes LX[a]VIIII et LXXII pernas. Et exeunt de molindinis per censum

XIII bacons et III solidos et medium. Et exeunt de isto honore modios L de cibaria et VII modios frumenti et XII sextaralios minus quartam. Et de omnibus laborationibus totius ipsius honoris taschas et mille truitas per censum. Et a die Pentecostes usque festum Sancti Michaelis exeunt de unoquoque manso, in unaquaque ebdomada, ova et formatges pro quarebon et XX truites.[2] Et habet comes in omni isto honore stachamenta et placita et iusticias et cussuras totas et tragines et operas et chestes. Et tenent baiuli istius honoris ad fevum II[3] mansoset mediam bordam et unam casam et LXX[a]II espatlas de carne et cussuras totas de ordeo et de cibaria et taschas frumenti et de millo et de canabo et lino; et per censum C ova ad Pascha. Et tenet cellarerius unus qui est in isto honore I bordam ad fevum.

Item exeunt de ipso honore XIIII sexterals cibarię, quos tenet Petrus de Ginestosa ad fevum. Et tenent baiuli ipsius honoris artigas in ipsa Calm ad fevum pro comite. Et solebat habere comes in isto honore tabernam cum vino quod ibi donabat. Et exeunt de manso Cellarerii IIII ulnas de sarzil ad porterium de Busullone. Et habent supradicti baiuli in isto honore II molinos ad fevum.

Acta est ista carta supradictę comemorationis XII kalendas maii, anno XIIII regni Lodoyci iunioris. Et fuit facta ante ecclesiam Sancti Petri de Rivopollo, in presencia presbiterorum ipsius honoris. In quam comemorationem, Berengarius de Moion et frater eius Arnallus, baiuli ipsius honoris, omnia directa comitis fideliter scribere fecerunt et pro eis et pro illorum mandamento saxones eorum, Suniarius scilicet et Raimundus et Petrus atque Berengarius Renover et Iohannes, super IIII[or] Evangelia iuraverunt omnia directa comitis esse fideliter scripta et testata in hac carta, ad suam fidelitatem, in manu Bertrandi de Castelleto.

1. et medium *afegit a la interlínia*. 2. et XX truites *afegit a la interlínia*. 3. *Segueix* [fev], *raspat*.

931

1151, abril, 26. Borja

Convinença. *Taresa de Borja promet a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, que li donarà la potestat de Borja sempre que el comte li demani. El comte li promet que farà que els ordes del Temple i de l'Hospital la deslliurin de les seves obligacions envers ells.*

A [Original no localitzat.]
A' [Original no localitzat.]
B Còpia del darrer quart del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 249 (*olim* arm. 27 Tarassona, sac C, núm. 5), 203 × 314 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.
C Còpia del darrer quart del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 249 dupl. (*olim* arm. 27 Tarassona, sac C, núm. 22), 131 × 225 mm. Estat de conservació regular a causa d'algunes taques d'humitat.
D Còpia del darrer quart del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 249 tripl. (*olim* arm. 27 Tarassona, sac C, núm. 27), 133 × 272 mm. Bon estat de conservació.
E Còpia del final del segle XII. ACA, Liber feudorum maior, f. 9a-b.
a *CODOIN*, IV, doc. LXV.
b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 14.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes*, p. 586. — KOSTO, *Making agreements*, p. 257. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 41, 99.

Hec est memoria que facta est[1] inter Raimundus, comes Barchinonensis et princeps Aragonensis, et domina Taresa de Boria. Convenit namque domna[2] Taresa ad iamdictum comitem ut donet ei potestatem de Boria et de toto alio onore, irata et[3] pagata, per quantas vices ei comes demandaverit per se aut per suos nuncios vel nuncium, per bonam fidem, sine engan, sine ullo retinimento, excepto Sancta Cruce. Et convenit dominus comes ad iamdicta domna[4] Taresa que teneat eam[5] illo onore[6] in vita sua et post obitum suum ad qualicumque dimiserit de suos parentos vel parentas, que habeant et teneant eam per illo comite. Similiter convenit dominus comes ad predicta domna[7] Taresa que faciat eam soltare ad seniores Milicie Templi et seniores Ospitali usque ad festivitatem Sancte Marie[8] de mediante agusto prima qui venit. Et si illos supranominatos seniores noluerint advenire cum dominus comes, quod comes stet eis ad directum. Et si illos noluerint accipere directum, domna[9] Taresa stet ad comite in supradicta conveniencia. Et si dominus comes non potuerit guarire per racionem vel directum de senioribus prenominatis,[10] quod soltet ad domna[11] Taresa Boria cum sua onore[12] et illo hominio quod ei fecit. Et domna[13] Taresa, que reddat ad comite ipso onore[14] et avere que accepit de illo.

Facta memoria Era Mª Cª LXXXVIIIIª, in illa azuta[15] de Boria, die iovis postero de aprile.

Sunt visores et auditores et testes de hoc superscriptum: comite de Paliars et Bertran Reimbal et Rostan Porcellet et Guillem de Castel Vielg et Garssia[16] Ortiz et Raimon[17] de Pui Alto et Fortu-

nio Acenariz de Tarazona et Bernard de Mont Esquivo et Robert de Matalon[18] et Alaman de Luna et Petro Medalia,[19] iusticia de Tarazona, et Ennec Sanz[20] de Burbacana et Rodlan de Spiels et Fortunio Sanz de Bera et Petro de Sancta Cruce et Sancio Abarca et Gazco de Fillera et Ato Banzones[21] et Ennec Sanz[22] de las Serras et Belenger[23] Arnal et Pere de Mont Agut[24] et multi alii qui ibi aderant.[25]

Et ego Andreo scriptor hanc cartam scripsi et hoc signum (*senyal*) feci.[26]

1. Hec memorie que facta est D. 2. dompna D. 3. vel C. 4. dompna C. 5. eam *afegit a la interlínia*. 6. honore C *i* D. 7. dompna C. 8. Marię C. 9. dompna C. 10. pernominatis C. 11. dompna C. 12. honore C *i* D. 13. dompna C. 14. honore C *i* D. 15. azuda C. 16. Garsia C *i* D. 17. Ramon C. 18. Rodbert de Madallon C. 19. Medalla D. 20. Enec Sanc C. 21. Banzons D. 22. Enec Sanc C. 23. Berenger C *i* D. 24. Agrud C. 25. qui ibi aderant *omet* D. 26. Et ego Andreo scriptor scripsi et tale signum (*senyal*) feci C; Et ego Andreo scriptor qui hoc superscriptum translatavi D.

932

1151, maig, 25

Establiment. *Berenguer, prevere, estableix a Guillem una peça de terra a Puig-reig, al lloc anomenat vinya de Sant Martí, a canvi de la tasca, que ha de lliurar als capellans de la parròquia de Sant Martí de Puig-reig. Es paguen dotze diners d'entrada.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 234, 120 × 200 mm. Estat de conservació regular a causa de l'enfosquiment del pergamí com a conseqüència de la humitat.

Cit. BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 65.

In Christi nomine. Ego Berengeru sacer donator sum tibi Guillelmi. Per hanc scripturam donacionis mee dono tibi pecia I de terra qui est de Sancti Martini Podio Regis et fuit iam vinea. Et est ipsa honore in comitatu Bergitano, in apendicio de castrum Podio Regis, in parraohia[1] Sancti Martini, in loco quem dicunt vinea de Sancti Martini. Sic dono ad vos et ad vestra proienia in tale conventu quod bene laboretis et de ipsa expleta que Deus dederit redatis tascam vos et vestros ad Sancti Martini vel suos clericos qui ybidem serviunt per totum tempus. Et per isto accapite accepimus de vestro avere XII^{cim} denarios moneta Barchinona. Et abeatis et teneatis ipso allodio suprascripto cum suis termineis et affrontacionibus includunt. Et est manifestum. Quod si ulus homo

vel femina qui hoc inquietare voluerit, in duplo componat cum omni sua inmelioracione. Et in antea firma stabili modo homni tempore.

Facta hanc carta donacione VIII kalendas yunii, anno XIIII regi rege Ledouvici[2] yuniori.

Sig+num Berenger Issarni sacer, qui ista carta mandavit scribere et ad testes firmare rogavi.

Sig+num Berengarii Fonte Filmera. Sig+num Bernad de Ferriolegs. Sig+num Pere[3] Girbert.

Poncius sacer, qui hoc scripsit sub die et anno quo supra (*senyal*).

1. *En lloc de* parrochia. 2. o *afegida a la interlínia*. 3. Perre *al text; segueix* i, *sense cancel·lar*.

933

1151, juliol, 20

Capbreu. *Relació dels béns i drets pertanyents al comte de Barcelona a Terrassa*.

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 233q (*olim* arm. 2 Barcelona, sac Jesús, núm. 97), 2946 × 225 mm. Bon estat de conservació.

a BISSON, *Fiscal accounts*, II, doc. 1Q.

Aquest capbreu, amb la relació de béns i drets pertanyents al comte de Barcelona en diferents llocs, està integrat per cinc membranes de pergamí cosides les unes a les altres amb una tireta de pergamí. Publiquem les diferents relacions ordenades en funció de la data crònica o tòpica. Vegeu els documents núms. 914, 916 a 930. Per a la relació de citacions vegeu el document núm. 914.

Hec est comemoratio totius ipsius honoris et de eximentis et usaticis quem Barchinonensis comes habet in honore Terracię. Habet comes in honore Terracię per censum XC porcos, de quibus baiulus comitis donat ad Deusde L aut precium, sicut usus ibi est. Et habet ibi baiulus unum porcum ad fevum. Et habet ibi comes VII lats de carne et XII pernas et per censum XVII arietes et medium et XII agnos et LX paria inter capones et gallinas. Et accipit comes in Terracia, per omnia loca, de omnibus rebus tres partes de decima, preter terciam[1] partem quam Sanctus Petrus in minuturis ipsius decimi accipit, et in pane et vino octavum.[2] Et habet ibi comes in dominio V fabricas et duas partes de placitis et de iusticiis. Et accipit comes decimam in Rivopollo de IIII mo-

lindinis. Et accipit comes in omnibus eximentis de ipsis montibus medietatem. Et habet ibi comes suum staticum et pariliatas in circuitu in dominium. Et accipit comes per totam Terraciam, per suas dominicaturas, agrarios panis et vini et fructuum terrarum, hoc sunt, taschas et quarts et quints. Et habet ibi comes suas chestes et I albergam de III^{bus} solidis. Et accipit comes in isto honore III sextarios ordei et eminam et mediam quarteram frumenti de ublies. Et habet comes per Terracia suos tragins et ioues in dominio et operas et duas partes de hostibus quas facere debent.

Acta est ista comemoratio XIII kalendas augusti, anno XV regni Lodoyci iunioris. Et fuit facta in presencia Poncii de Osor et Petri Berengarii de Villa Francha et Primi de Casteldefels. Quam comemorationem Gerallus Alamagni et Raimundus Sendre et Iohannes Gaucberti et Petrus Guilaberti et Guillelmus, saig, iuraverunt super IIII^{or} Evangelia esse fideliter scriptam et testatam, ad fidelitatem comitis, in manu Bertrandi de Castelle[to].

1. terciam *escrit a sobre d'una raspadura*. 2. et in pane et vino octavum *afegit a la interlínia*.

934

1151, juliol, 20

Donació. *Guillem de Sanoguera i la seva esposa Maria atorguen a Ramon Berenguer IV. Comte de Barcelona, el domini sobre l'honor que tenen a Cornellà i a Sant Joan Despí, que posen sota la seva defensa i batllia, a canvi d'un cens d'un porc cada any.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 39, núm. 251 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac H, núm. 651), 126 × 181 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge dret. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Sit notum cunctis quod ego Guilelmus de ipsa Nogera et uxor mea Maria damus tibi Raimundo, Dei gratia Barchinonensi comiti et principi Aragonensi, et tuis et mittimus in tua baiulia et sub tua deffensione totum illum nostrum honorem, cultum et heremum, quem per vocem genitorum uxoris meę habemus in Barchinonensi territorio, apud Lupricatum, in parroechia Sancte Marię de Corniliano et Sancti Iohannis de Pinu, per omnia loca. De quo honore tu, et tui successores post te, sis nobis et successoribus nostris adiutor et deffensor de vestro directo[1] contra cunctos homines vel feminas. Et nos et successores nostri per censum istius

honoris annuatim, in Natale Domini, donemus tibi et tuis I porcum comitalem. Et nullum alium usaticum vel servicium ibi nobis vel nostris non queras. Quem porcum nulli militi vel alicui hominum dare possis set ibi tu et tui omni tempore illum[2] habeas ad tuum dominium. Et quis hoc fregerit, supradicta in duplo componat. Et insuper hoc scriptum semper maneat firmum.

Actum est hoc XIII kalendas augusti, anno XV regni Lodoyci iunioris.

Signum+ Guilelmi de Nogera, Signum+ Marię uxoris eius, qui hoc laudamus et firmamus.

Signum+ Raimundi comes.

Signum+ Berengarii Bernardi vicarii. Signum+ Guilelmi de Sancto Martino.

Sig+num Petri de Corro, qui hoc scripsit, cum litteris supraposittis in linea VI[a] et VIIII[a], die et anno quo supra.

1. de vestro directo *afegit a la interlínia*. 2. illum *afegit a la interlínia*.

935

1151, juliol, 21. Barcelona

Concòrdia. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, signa una concòrdia amb l'orde del Temple sobre els castells de Borja i de Magallón, per la qual l'orde cedeix al comte la donació que Pedro Taresa li havia fet d'aquells castells. A canvi, el comte dóna a l'orde els castells d'Ambel i Alberite de San Juan i reconeix la permuta de Mallén per Novillas, que havia fet l'orde del Temple amb el de l'Hospital.*

A [Original no localitzat.]

A' ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 236 tripl. (*olim* arm. 27 Tarassona, sac L, núm. 33), 304 × 313 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge superior. Bon estat de conservació.

B Còpia imitativa de la segona meitat del segle XII. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 236 dupl. (*olim* arm. 27 Tarassona, sac L, núm. 20), 251 × 461 mm. Bon estat de conservació.

C Trasllat del final del segle XII fet per Andreu, escrivent. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 236 (*olim* arm. 27 Tarassona, sac L, núm. 12), 265 × 287 mm. Bon estat de conservació.

D Còpia del final del segle XII. ACA, Liber feudorum maior, ff. 9b-10a.

a *CODOIN*, IV, doc. LXVI.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 15.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 257. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, p. 40.

Sub eterni Regis nomine. Hec est firma concordia ac spontanea diffinicio que facta est inter illustrem Raimundum, comitem Barchinonensem et Aragonensium principem, et inter venerabiles fratres sanctę milicię Templi Iherosolimitani, tam cismarinis quam ultramarinis partibus comorantes, tam presentes quam futuros, super castro de Boria et omnibus terminis et pertinenciis eius et super castro de Magalon et omnibus terminis ac pertinenciis eius, et super omni honore quem Petrus Taresa tenebat. In primis, predicti fratres milicię Templi,[1] pari voto, comuni voluntate, diffiniunt et dimitunt iamdicto Raimundo, comiti Barchinonensi, illam donacionem sive concessionem vel laxacionem quam Petrus Taresa prenominatę Milicię fecit de supradictis castellis et honoribus ac pertinenciis omnibus. Et absolvunt atque omnino deliberant dominam Taresam, matrem iamdicti Petri, ab hominio et fidelitate quam inde fratribus predictę Milicię fecit,[2] ut ab odierno die in antea predicta domina Taresa ab ipsis Milicię fratribus, presentibus vel futuris, ob hoc non requiratur aut inquietetur in perpetuum; ita dumtaxat[3] ut predicta Taresa et sui heredes prenominato comiti et suis heredibus inde atendant et in eorum fidelitate iugiter perserverent. Propter hanc quoque[4] difinicionem atque absolucionem[5] superius comprehensam, iamdictus comes Barchinonensis princepsque Aragonensis, bono animo ac spontanea voluntante, in remissione suorum peccaminum et salute anime suę, donat atque concedit iamdictę Milicię et omnibus fratribus presentibus atque futuris ipsum castrum et villam quod dicitur Ambel cum omnibus terminis et pertinenciis eius et castrum et villam quod dicitur Albari[n]t[6] cum terminis et pertinenciis suis et cabannas que sunt inter Novellas et Maien[7] cum terminis et pertinenciis suis. Laudat etiam atque concedit eiusdem Milicię fratribus ipsam comutacionem vel excambiacionem quam predicti fratres milicięTempli fecerunt cum Ospitali Iherosolimitano de Maien[8] per Novellas. Et sicut predicta[9] castra et villę terminantur et suis undique afrontacionibus ambiuntur, ita donat et laudat iamdictus comes supradicta omnia, potenter et integre, prelibatę Milicię et fratribus universis in hereditate propria, franca, libera et ingenua, cum omnibus eorum pertinenciis et cum omnibus in se existentibus vel ad se qualicumque modo pertinentibus, cum apopulatis et heremis, cum aquis et aquę ductibus, cum pratis et pascuis, montibus et planis, cum omnibus ingressibus et egressibus, sicut comodius et utilius ad Dei honorem ac prephate Milicie utilitatem intelligi potest vel

nominari, bona fide absque malo ingenio. Si qua autem persona presentem donacionem atque difinicionem disrumpere vel infringere temptaverit, in duplo ea componat. Et hec donacionis sive difinicionis[10] scriptura omni tempore maneat firma.

Que facta est apud Bar[c]hinonam,[11] in manu dompni Petri de Cartiliano, tunc magistri Barchinone et Aragonis, nobilisque Beg, magistri Provincię, ac fratris Rigalli, vicarii qui tunc Novellas tenebat, necnon et fratris Fredolonis ac fratris Eimerici de Torreies et fratris Poncii d·Olon fratrisque Guilelmi d·Albax et aliorum fratrum cum predictis[12] fratribus comitancium, XII scilicet kalendas augusti, anno ab Incarnacione Domini millesimo C°L°I°.

Signum+ Raimundi comes. Sig+num Peronellę, reginę Aragonensis, que hoc laudat et firmat.

Huius rei sunt testes, visores et auditores: Arnallus Mironis, comes Palearensis, Guilelmus Raimundi dapifer, Garcia Ortiz, Bernardus de Belog,[13] At Orella, qui hec viderunt et audierunt et propriis manibus confirmaverunt.

Sig+num dompnę[14] Taresę, que hec laudat et propria manu confirmat. Sig+num Raimundi de Pug Alt. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Raimundi de Villa de Muls. Sig+num Arnalli Mironis,[15] comitis Palearensis. Sig+num Guilelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Garcie Ortiz. Sig+num Bernardi de Belog.[16] Sig+num At Oreia.[17]

Signum+ Poncii scribe, qui hoc scripsit die et anno quo supra.[18]

1. fratres iamdicte milicię B. 2. fecerat B. 3. dumtaxa C. 4. quoque *omet* B. 5. atque absolucionem *omet* C. 6. Alberith B. 7. Mallen B. 8. Mallen B. 9. prephata B. 10. ni *afegit a la interlínia*. 11. *Manca*. 12. predictis *afegit a la interlínia*. 13. Beleog B; Belloc C. 14. domine B. 15. o, *volada, corregeix* [e]. 16. Bellog B *i* C. 17. B *modifica l'ordre de les signatures*. 18. annoque prefato B; Signum+ Poncii scribe, qui hoc scripsit die et anno quo supra *omet* C, *que, en el seu lloc, escriu* Sig+num Andree scriptor, qui hoc translatavit.

936

1151, juliol, 23. Palau comtal de Barcelona

Sentència. *Els jutges de la cúria de Ramon Berenguer IV, en resolució del plet que enfrontava l'orde de l'Hospital i Riambau de Basella pel repartiment de l'honor del Montseny, que Guillem Humbert, germà de Riambau, havia llegat a l'Hospital, ordenen que Riambau faci la partició de l'esmentada honor i que els frares de l'Hospital en triïn una meitat; si no ho fa, aquests podran fer la partició.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 237 (*olim* arm. 2 Barcelona, sac C, núm. 421), 243 × 342 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 397, 399. — CARRERAS CANDI, *Descripció,* p. 890. — KOSTO, *Making agreements,* p. 278. — SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 27, 40, 99.

Hoc est iudicium quod datum est[1] in curia dompni Raimundi, comitis Barchinonensis, Dertosę Ylerdeque marchionis et Aragonensium principis ac Provincie ducis, super querimoniis et responsis fratrum Ospitalis Iherosolimorum[2] et Reamballi, fratris Guillelmi Umberti de Basilia, de controversia que erat inter eos de divisione et particione honoris Montis Signi. Quem videlicet honorem prelibatus Guillelmus Umberti, in vita sua, cum auctoritatis sue instrumentis, prescripti Ospitalis fratribus diligenter tradidit et postmodum, moriens, in testamento suo iamdicto Ospitali evidenter asignando confirmavit. Auditis utriusque partis racionibus et scripturarum perlectis instrumentis et diligenter ventilatis atque discussis, quia pars Reamballi recognovit in iure quod domus Ospitalis debebat habere medietatem tocius honoris Montis Signi et quia Reamballus in asercione sua dicebat se deceptum fuisse prius in divisione prefati honoris Montis Signi, postmodum in difinicione quam frater eius Guillelmus Umberti ab eo extorserat, et quia Guillelmus Umberti in testamento suo recognovit Reamballo fratri suo testamentum Umberti, patris eorum, et Reamballi, avunculi eorundem, sicuti prephatus Guillelmus Umberti et Reamballus et frater sibi adinvicem iuraverant. Ex precepto iamdicti comitis iudices dompnus videlicet Bernardus, Terrachonensis archiepiscopus et Sancte Romanę ęcclesię legatus, ac venerabiles Guillelmus Barchinonensis [episcopus],[3] Petrus, Ausonensis episcopi,[4] Bernardus, abbas Sancti Felicis Gerundę, Arnallus de Lercio, Raimundus VillęMulorum, Berengarius de Turre Rubea et Raimundus de Podio Alto, hi omnes unanimiter convenientes, iuste et legaliter iudicaverunt quod prelibatus Reamballus faciat duas partes de omni honore Montis Signi qui fuit Umberti patris sui et Reamballi avunculi eius, tam de alodiis quam de fevis sive baiuliis, et fratres Ospitalis accipiant quam elegerint. Si vero Reamballus huiuscemodi divisionem facere noluerit, sepedicti Ospitalis fratres prenotatam divisionem nichilominus faciant et Reamballus accipiat quam voluerit. Et si quid[5] ab utroque fratre, Reamballo scilicet et Guillelmo Umberti, de iamdicto honore distractum seu quolibet modo donatum vel alienatum est, totum ab utraque parte in comune redigatur et, ut

iudicatum est, per medium dividatur. Omnisque iamdicta divisio sit facta ex omni parte sine fraude et dolo et sine enganno.

Dato iudicio Barchinone, in palacio comitis supradicti, in presencia eius et aliarum nobilium personarum, tam clericorum quam laicorum, ibidem pariter asistencium, Xº kalendas augusti, anno ab Incarnacione Domini millesimo Cº Lº Iº.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Guillelmi*, Barchinonensis episcopi, +, Bernardus*, abbas Sancti Felicis Gerundę, Petrus*, Dei gratia Ausonensis episcopus, (*senyal*), Sig+num Arnalli de Lercio, Sig+num Raimundi de Villa de Mulis, Sig+num Berengarii de Turre Rubea, Sig+num Raimundi de Podio Alto, qui suprascriptum iudicium iudicaverunt et propriis manibus subscripserunt et subsignaverunt.

Sig+num Poncii scribę, qui hoc, iussione comitis, scripsit et propria manu firmavit die annoque prefixo.

1. est *afegit a sobre de la primera línia*. 2. *En lloc de* Iherosolimitani. 3. *Manca*. 4. *En lloc d'*episcopus. 5. d *afegida a la interlínia*.

937

1151, juliol, 28

Convinença. *Pere de Maçanet, fill de Bernat Ramon de Maçanet i Estefania, dóna a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, el castell de Gallifa. A canvi, el comte li lliura els masos on viuen Arnau Sunifred i Pere Otger, situats a Vilamajor, i cent morabatins; i li encomana també el castell de Gallifa.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 238a (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 745), 220 × 312 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII, cap a la darrera dècada. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 238 dupl. a (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 727), 92 × 422 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 372.]

a *CODOIN*, IV, doc. LXVIII (a).

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 372.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* pp. 69, 653. — KOSTO, *Making agreements,* p. 257.

Tant a l'original com a la còpia, el jurament de fidelitat corresponent està redactat a continuació de la convinença. Els oferim per separat. Vegeu el document següent, núm. 938.

Sit notum cunctis quoniam ego Petrus de Macaneto, filius Bernardi Raimundi de Macaneto et Stephanię uxoris eius, consilio et voluntate fratris mei Bernardi dono tibi Raimundo, comes Barchinonensis, princeps Aragonensis et marchio, omnique tue proieniei sive posteritati ipsum meum castrum de Galifa, cum ipsa rocha in qua fundatum est, cum omnibus edificiis et fortitudine que modo ibi sunt vel in antea erunt et cum omnibus exitibus et regressibus suis. Predictam vero donacionem, sicut melius ad utilitatem et proficuum tuum intelligi potest, facio tibi et omni tuę proieniei sicut supradictum est, sine engan, ad proprium et francum alodium tuum. Propter supradictam vero donacionem quam michi facis, ego Raimundus, comes iamdictus, dono tibi Petre de Mazaneto et omni tuę proieniei duos mansos in terminio Villę Maioris, quos inhabitant Arnallus Seniofredi et Petrus Oggerii, cum omnibus illorum mansatis et pertinenciis, solide et libere, ad tuum alodium proprium. Et insuper addo tibi centum morabatinos. Et comendo tibi supradictum castrum de Galifa ut habeas illud tu et omnis tua proienies per me et per meam proieniem sive posteritatem ad fevum. Et donetis nobis inde potestatem fideliter per quantas vices eam per nos aut per nuncium vel nuncios nostros req[ui]sierimus,[1] irati aut pachati. Et convenio tibi Petre ego comes iamdictus ut sim tibi adiutor et defensor, de predicto castro et de omni honore sibi pertinente et de omnibus tuis directis de omni honore quem deincebs meo consilio adquisieris, contra omnes homines et feminas, sine tuo engan. Et convenio tibi ut inter me et te in prefato castro non ponam alium seniorem et non exigam a te propter supradictum fevum aliquod servicium, preter fidelitatem et potestatem iamdicti castri. Et si tu Petre obieris sine infante legitimo, hoc totum atendam Bernardo de Galifa fratri tuo. Et in termino iamdicti castri non faciam ullam toltam vel forciam in alodio vestro. Et hoc totum sine tuo engan. Si quis autem contra hoc venerit ad irrumpendum, non hoc valeat vendicare quod requisierit, sed predicta omnia in duplo componat. Et postmodum hoc firmum permaneat omni tempore.

Actum est hoc V kalendas augusti, anno ab Incarnacione Domini millesimo CLI regnique Ledovici iunioris anno XV.

Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Petri de Mazaneto, qui hanc donacionem fecit, firmavit firmarique rogavit.

Sig+num Bernardi fratris eius. Sig+num Bernardi de Bellog. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Raimundi de Villa de Muls.

Sig+num Poncii scribę, qui hoc scripsit die annoque prefato.

1. *Manca* requisierimus B.

938

1151, juliol, 28

Jurament de fidelitat. *Pere de Maçanet, fill d'Estefania, jura fidelitat a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, en especial pel castell de Gallifa.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 238b (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 745), 220 × 312 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

B Còpia del final del segle XII, cap a la darrera dècada. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 238 dupl. b (*olim* arm. 2 Barcelona, sac L, núm. 727), 92 × 422 mm. Bon estat de conservació.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 373.]

a *CODOIN*, IV, doc. LXVIII (b).

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 374.

Cit. KOSTO, *Making agreements,* p. 257.

La convinença prèvia està redactada en el mateix document, abans del jurament. Els oferim per separat. Vegeu el document anterior, núm. 937.

Iuro ego Petrus de Macaned, filius Stephanie femine, tibi Raimundo, comiti Barchinonensi et Aragonensium principi et marchioni, quod ab hac ora in antea fidelis ero tibi de vita tua et de corpore tuo et de omnibus membris que in corpore tuo se tenent et de omni honore quem hodie habes vel in antea, Deo iuvante, adquisieris et nominatim de ipso castro de Galifa et de ipsa rocha in qua fundatum est et de omni fortitudine que ibi est vel in antea erit, quod donem inde tibi potestatem fideliter et sine engan per quantas vices eam a me requisieris per te vel per nuncium aut nuncios tuos, iratus et pachatus. Et non vetabo me inde videri vel comoneri et nuncius vel nuncii tui per quos michi hoc demandaveris[1] non habebunt regardum de me vel de meis in eundo vel redeundo. Et sicut superius scriptum est, sic tenebo et atendam tibi Raimundo comiti suprascripto et omnibus successoribus tuis in perpetuum. Per Deum et hec sancta.

Facto sacramento V kalendas augusti, anno XV Ledoici iunioris.

Sig+num Petri de Mazaneto. Sig+num Bernardi fratris eius. Sig+num Bernardi de Bellog.

Sig+num Poncii scribe, qui hoc scripsit die annoque prephato.

1. mandaveris B.

939

1151, agost, 5. Tarragona

Dotació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, dota la catedral de Santa Maria de Tortosa amb tots els delmes i primícies de cristians i sarraïns, els alous i possessions de la mesquita major situats fora de la ciutat, totes les mesquites amb tots els seus béns fora de la ciutat i altres rendes diverses. Dóna també a les esglésies del bisbat els delmes i les primícies dels seus territoris, dels quals en tindrà una quarta part el bisbe, i els alous de les mesquites abandonades.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 241 (*olim* arm. 14 Tortosa, sac B, núm. 119), 179 × 427 mm. Bon estat de conservació.
B Còpia del final del segle XII, principis del XIII. ACT, Cartoral núm. 4, doc. 59, ff. 60-62.
C Còpia del segle XIII. ACT, Cartoral núm. 8, doc. 13 (títol I, d. XIII), ff. 12-14.
D Còpia dels segles XIII-XIV. ACT, Cartoral núm. 6, doc. 1, f. 1.
E Còpia dels segles XIV-XV. ACT, Cartoral núm. 5, doc. 7, ff. 2v-3.
F Còpia del segle XV en paper. ACT, Cartoral, 9, ff. 29-30.
G Còpia dels segles XV-XVI. ACT, Cartoral núm. 3, ff. 1-3.
H Còpia del segle XVIII en paper. ACT, Cartoral, 9A, pp. 62-65.
I Còpia. ACT, Cartoral, 2, títol I, d. I, ff. 8-11.
J Còpia. ACT, Privilegis i donacions reials, 8 (505.325).
K Còpia. ACT, Privilegis i donacions reials, 18.
L Còpia. ACT, Privilegis i donacions reials, 21.
M Còpia. ACT, Comú del Capítol, 1, 16.
N Còpia. ACT, Constitucions, 19.
O Còpia. ACT, Delmes, 10.
P Còpia. ACT, Delmes, 11.
Q Còpia. ACT, Delmes, 13.1.
R Còpia. ACT, Templers, 5.1
a FLÓREZ, *España Sagrada*, XLII, pp. 298-301.
b CODOIN, IV, doc. LXX.
c VIRGILI, *Diplomatari*, núm. 28, pp. 75-77.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 40, 99. — PEDEMONTE, *Notes,* p. 110. — ZIMMERMANN, *En els orígens*, p. 115.

Hem completat la taula de la tradició documental a partir de Virgili, tot indicant, en primer lloc, després de l'original, les còpies datades de l'Arxiu Capitular de Tortosa. Presentem la transcripció a partir d'*A*, sense indicar les variants de les diferents còpies.

Quoniam ad celsitudinem principum specialiter spectare videtur de temporalibus bonis que Divina Clementia temporaliter [illuc]

habenda concesserit ecclesiam Dei dotare atque honorifice[1] ditare. Idcirco ego Raimundus, comes Barchinonensis, princeps Aragonensis, Tortose Ilerdeque marchio, quem divina bonitas exaltare dignata est, concedo domino Deo et ecclesie Sancte Dei Genitricis Marie, que condam apud Dertosam celebris sedes pontificalis fuit et erit deinceps divina prestante clementia, et tibi venerabilis Gaufredo, Dertusensis ecclesie per Dei disposicionem episcope, et successoribus tuis omnibus in perpetuum omnes decimas et omnes primitias omnium fructuum et animalium quos recipiunt vel recepturi sunt christiani in perpetuum, tam de laboracionibus suis quam de redditibus universis quos de laboracionibus sarracenorum habituri sunt. Preter[e]a[2] concedo et dono ecclesie Dertosane[3] iamdicte et tibi Gaufrede tuisque successoribus omnia alodia et omnes possessiones maioris mezquite quecumque habet aut olim habuit in tempore sarracenorum extra prephatam civitatem. Nichilominus etiam dono atque concedo tibi Gaufredo et successoribus tuis et prefate ecclesie omnes mezquitas, tam edificatas quam desertas, quas modo sarraceni non tenent et deinceps dimissuri sunt, cum omnibus alodiis et possessionibus earum que sunt extra civitatem; et duos furnos in civitate, unum ad mensam episcopi[4] et alium ad mensam canonicorum. Preter[e]a[5] do[6] et concedo prefate ecclesie episcopali et tibi Gaufredo tuisque successoribus in perpetuum omnes decimas omnium mearum reddituum Tortose que modo habeo vel in posterum habiturus sum, ego et omnes mei successores, videlicet de leudis, usaticis, portaticis, mensuraticis, ribaticis, molendinis, furnis, balneis, piscibus, salinis et de lignis sive fustibus, et de omnibus quintis meis que ad me pertinent vel pertinebunt de cavalcatis necnon et de universis redditibus meis que modo vel in posterum exeunt vel exitura sunt mihi et successoribus meis apud Tortosam, tam de aqua quam de terra, sicut melius dici vel intelligi potest, exceptis iusticiis et placitis omnibus et etiam questiis in iudeis et sarracenis, que mihi et posteritati mee integre retineo atque reservo. Dono insuper C morabatinos annuatim de paria[7] sarracenorum, quamdiu ego et successores mei illam habuerimus, ad indumenta canonicorum prefate sedis Tortose. Ecclesiis vero que sunt vel erunt extra civitatem in universo episcopatu Tortose dono et concedo omnes decimas omnium fructuum et animantium que christiani habebunt ex propriis laboracionibus suis vel ex redditibus laborationum sarracenorum, ita videlicet quod sedis episcopalis habeat quartam partem predictarum decimarum, et ecclesie que erunt extra civitatem habeant tres partes decimarum et primiti-

arum ad earumdem servitium, necnon et habeant alodia et possessiones que erunt extra castella et villas omnium mezquitarum quas modo sarraceni non tenent vel in posterum sunt dimissuri. Constituo etiam ad honorem Dei et Sancte Marie ut episcopalis sedes Tortose habeat et quiete possideat omnes terminos sui episcopatus sicut melius unquam[8] aliquis rex tempore sarracenorum regnum Tortose possedit vel possidere debuit; et omnes ecclesias et capellas que in episcopatu Tortosensi sunt vel erunt, necnon et omnes decimas et primitias, sicut superius determinatum est, et cimiteria et oblationes et defuncciones et omnia quecumque ad iura episcopatus Tortose pertinent vel pertinere debent, et omnia illa que ex liberalitate mea in presenciarum concessi et donavi vel in posterum, Deo propitio, daturus sum. Hec omnia supradicta dono et confirmo episcopali sedi Tortose et tibi venerande Gaufrede, per Dei gratiam eiusdem sedis episcopo, tuisque successoribus ut a modo et in eternum, ad honorem Dei et salutem anime mee, hec omnia integre habeatis et quiete possideatis.

Actum est hoc apud Terrachonam, nonas augusti, anno Dominice Incarnacionis MºCºLºI, die scilicet qua consecratus est primus episcopus, Gaufredus episcopus, abbas Sancti Rufi, IIIº anno post liberacionem Tortose a sarracenis.

Sig+num Raimundi comes.

Sig+num Bernardi, Terrachonensis archiepiscopi ac Sancte Romane Ecclesie legati, qui hanc donationem confirmo.

Sig+num Guillelmi, Barchinonensis episcopi. + Berengarius, Girundensis ecclesie episcopus. Petrus, Dei gratia Ausonensis episcopus, (*senyal*). Artallus, Helene episcopus.

Sig+num Guillelmi Berengarii. Sig+num Guillelmi Garidel. Sig+num Lombardi. Sig+num Geralli de Salvaniaco. Sig+num Maurini. Sig+num Ollerii. Sig+num Guilaberti. Sig+num Alexandri. Sig+num Guillelmi Pecuz. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Raimundi de Podio Alto. Sig+num Bernardi de Bello Loco. Sig+num Geraldi de Iorba. Sig+num Guillelmi de Cervera. Sig+num Deuete Drimontis.[9] Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Petri Sancti Minati. Sig+num Otonis. Sig+num Guillelmi de Copons. Sig+num Alegret. Sig+num Druet. Sig+num Arnaldi a Dei. Sig+num Bardine.

Signum+ Poncii scribe, qui hoc scripsit iussione prefati comitis Barchinonensis, Aragonensis principis, Tortose Ylerdeque marchionis die et anno quo supra.

1. honorifice *afegit a la interlínia*. 2. *Manca*. 3. Dertortosane *al text*. 4. in civitate, unum ad mensa episcopi *afegit a la interlínia*. 5. *Manca*. 6. do *repetit*. 7. r *corregeix* l. 8. unquam *afegit a la interlínia*. 9. *En lloc de* Deusde Claris Montis.

940

1151, agost, 7. Tarragona

Sentència. *Els jutges de la cúria de Ramon Berenguer IV dicten sentència en el plet que enfrontava l'arquebisbe de Tarragona amb Robert i Guillem d'Aguiló.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 242 (*olim* arm. 5 Tarragona, sac A, núm. 33), 255 × 467 mm. Carta partida, traçant A, B, C pel marge inferior. Bon estat de conservació malgrat la presència d'un estrip a la part esquerra del pergamí.

A' [Original no localitzat.]

B [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 273.]

a *CODOIN*, IV, doc. LXXI.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, 246.

Cit. ROVIRA I VIRGILI, *Història Nacional,* IV, p. 116. — KOSTO, *Making agreements,* p. 278.

Hoc est iudicium quod datum est in curia Raimundi, Barchinonensis comitis, ab ępiscopis videlicet Berengario Gerundensi, Guielmo Barchinonensi, Petro Viscensi, Artallo Elenensi, Gaufrido Tortosensi, abbate Sancti Felicis et a militibus Bernardo de Bello Loco, Raimundo de Podio Alto, Guielmo de Castello Vetulo, de querelis quas habebant ad invicem Bernardus, Terraconensis archiępiscopus, et clerici eius et Rodbertus et Guielmus de Aquilone. Conquestus archiępiscopus de Guillelmo de Aquilone quia fregerat molendina sua et suum reg III^{bus} vicibus; quod Guillelmus de Aquilone dicebat se fecisse propter fadigam de dret. Unde iudicatum est quod si poterit hoc probare Guillelmus per testes, archiępiscopus sufferret dampnum suum et si archiępiscopus aliquod malum propter hoc fecit Guielmo, emendet illi; quod si Guillelmus deffecerit in probacione, emendet archiępiscopo malefactum. Iterum conquestus est archiępiscopus de Guillelmo qui auferebat illi quandam fexam que est infra dominicaturas suas, quam Guillelmus dicebat se habere per compram et iuste possideret propter libertatem quam habent habitatores Terrachone. Set iudicatum est quia non licet Guillelmo emere aliquid de dominicaturis archiępiscopi sine eius consensu, nec archiępiscopo licet aliquid emere de dominicaturis Rodberti et Guillelmi sine eorum consensu. Conquestus Guielmus de Aquilone

de archiępiscopo qui auferebat ei suas iusticias et suos rectos et totum quod habet in Terrachona et in territorio eius; quo totum archiępiscopus plane negavit. Iudicatum est archiępiscopum emendare Guillelmo quicquid Guillelmus poterit probare archiępiscopum sibi abstulisse de iusticiis suis seu de usaticis vel rectis suis; et si Guillelmus in probacione deffecerit, archiępiscopus non debet facere Guillelmo aliquod escundit, quia dominus eius est. Conquestus est archiępiscopus de Guillelmo quia abstulerat suo armigero domum suam et in ea furnum fecerat; Guielmus respondit se hoc fecisse quia armiger ille non venerat ad habitandum domum illam ad terminum ad quem[1] promiserat se venturum, et quia terciam partem habebat in Terrachonam. Iudicatum est quia propter has raciones non debuit hoc facere Guillelmus et si armiger redierit, habeat domos; et si non venerit, non emparet eas Rodbertus vel Guillelmus donec determinetur de cuius sorte debeant ęssę. Conquestus est Rodbertus de archiepiscopo quia expulerat monachos de ęcclesia Sancti Fructuosi, quam Sanctus Oldegarius concesserat Rodberto ut eam daret ęcclesie Sancti Martini de Saixs; et propter hoc Rodbertus dederat ęcclesie Sancti Fructuosi alodia et quasdam possessiones; archiępiscopus vero dicebat hoc non ęssę credendum, quam Sanctus Oldegarius retinuerat sibi, sicut carta eius testatur, omnes ecclesias et possessiones earum. Iudicatum est quod Rodbertus probet hoc per testes et archiepiscopus restituat ęcclesiam et quicquid inde habuit monachis. Et si Rodbertus hoc probare non poterit, remaneat ęcclesia et omnes eius possessiones in potestate archiępiscopi, propter cartam Sancti Oldegarii in qua ecclesias et earum possessiones sibi retinuit. Iterum conquestus est Rodbertus de archiepiscopo, quem dicebat se suscepisse in suo consilio et in suo ducatu de negociis Terrachone et per engan abstulerat illi iusticias Terrachone et totam Terrachonam et seduxerat eum ut faceret cartam per quam auferebat illi totam Terrachonam; archiępiscopus respondit hoc non ęssę verum, set cartam illam per quam Rodbertus conquestus est Terrachonam perdidisse, ipse eam firmavit spontanea voluntate sua et consilio uxoris sue et amicorum, qui ętiam in hac cartam subscripserunt et maxime consilio Guielmi de Aquilone, qui eam suo signo corroboravit. Unde iudicatum est et cartam bonam et omnia firma ęssę debere que in ea scripta sunt, quam et a Rodberto et ab uxore eius et a Guillelmo de Aquilone firmata est. Conquestus est archiępiscopus de Guillelmo de Aquilone qui dederat quasdam domos Ospitali in Terrachona; Guielmus de Aquilone dicebat se hoc fecisse con-

cessione archiępiscopi; quod archiępiscopus negavit. Iudicatum est quia si Guielmus probaverit hanc concessionem factam ęssę per testes, firma sit, et si non, irrita sit secundum cartam Sancti Oldegarii. Iterum conquestus est archiępiscopus de Guillelmo de Aquilone qui in villa Constantini, quam ad dominicaturam suam retinuit Sanctus Oldegarius, suum proprium bovarium et multos alios verberavit et vulneravit et quandam partem illius ville emparavit; Guielmus de Aquilone respondit illam partem non ęssę de terminis illius ville; ad hoc respondit Terrachonensis archidiachonus quod Rodbertus illam partem monstraverat ęssę infra terminos prefate ville quando pedoavit terminus illius. Unde iudicatum est ut archidiachonus probaret hoc ęssę sicut dicebat per testes; et si hoc posset facere, teneretur integre villam, sicut Rodbertus pedoaverat et Guillelmus emendaret malefacta, salvo tamen suo iure, si quod habet in illo vilari. Iterum conquestus est archiępiscopus de Guillelmo de Aquilone, qui, contra cartam Sancti Oldegarii, qui sibi omnes res ęcclesiasticas retinuit, auferebat honorem ęcclesie Viscensi et de Sent Seles et aliarum ęcclesiarum; Guielmus de Aquilone respondit se dedisse I anulum aureum ępiscopo Viscensi precio CXII moabetinorum pro isto honore et dicebat se fecisse hanc compram assensu Rodberti, a quo episcopus habebat hunc honorem per feudum. Iudicatum est quam si Guillelmus poterit hoc probare per scripturam vel per testes, quod iste honor ita ęssęt alligatus Rodberto vel per feudum vel per alium vinculum, quod non posset remanere sue ęcclesie, habeat Guillelmus; si vero non poterit hoc probare, recuperato precio quod dedit pro hoc honore ab ęcclesia Viscensi, ne ipse enganatus sit, predictum honorem recuperet ęcclesia Viscensis. Nichilhominus ętiam iudicatum est et de ęcclesiis et de possessionibus earum, secundum cartam Sancti Oldegarii, quod Rodbertus vel Guillelmus de Aquilone nichil inde sibi vendicare possint. Preterea conquestus est archiępiscopus de Guillelmo de Aquilone, qui accusavit eum de tali crimine propter quod, si probari posset, incurreret periculum honoris et ordinis;[2] affirmabat enim quod Guillelmus Aquilonis imposuerat ei, accusans eum coram omni curia comitis, quod archiepiscopus abstulerat cuidam homini suam uxorem quam legitime habebat et alteri dederat, unde habuit X moabetinos, de quibus non dederat ei partem suam; Guielmus vero de Aquilone dicebat se non ita dixisse. Iudicavit curia quam, si archiępiscopus poterit probare per testes quod Guillelmus de Aquilone predictum crimen sibi imposuerit, quia Guillelmus homo suus erat et sibi iuraverat et ex hoc crimi-

ne, si verum ęsset, nullum comodum sibi contingebat, preter hoc ętiam, si alius huiusmodi crimen archiępiscopo imponeret Guielmus quia fidelitatem illi iuraverat de suo corpore et honore, debuisset eum deffendere. Ideo iudicavit curia quod quicquid benefecii vel comodi Guillelmus de Aquilone ab archiępiscopo fuerat adeptus ammitteret et scripturam illam quam prefatus Guillelmus proferebat ab archiępiscopo subsignatam et subscriptam invalidam et irritam ęssę in perpetuum, salvo tamen iure Guillelmi de Aquilone et Rodberti de civitate Terrachone et eius territorio, secundum tenorem scripture inter beatum Oldegarium et Rodbertum facte.

Dato iudicio Tarrachonę, VII° idus augusti, anno ab Incarnacione Domini millesimo C°L°I°, anno XV regni Ledovici iunioris.

1. quem *afegit a la interlínia*. 2. o *corregeix* b, *raspada*.

941

1151, agost

Donació. *Bernat, arquebisbe de Tarragona, renova a Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, la donació de la ciutat i el territori que l'arquebisbe Oleguer havia fet a Ramon Berenguer III.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 243 (*olim* arm. 5 Tarragona, sac A, núm. 39), 344 × 512 mm. Carta partida per la llegenda «Ad restitucionem Terracone et eccleisis (*sic*) Sancte Tecle» pel marge inferior. Bon estat de conservació.

A' [Original no localitzat.]

B Trasllat del segle XII fet per Sendred, notari de Tarragona. ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 243 dupl. (*olim* arm. 5 Tarragona, sac A, núm. 46), 383 × 542 mm. Bon estat de conservació malgrat la presència d'algunes taques d'humitat i d'alguns petits forats que coincideixen amb els plecs del pergamí.

C [Còpia del final del segle XII, perduda. Liber feudorum maior, f. 274.]

a MARCA, *Marca Hispanica*, doc. 417, cols. 1313-1314.

b MIQUEL ROSELL, *Liber feudorum*, I, doc. 247.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 718. — PEDEMONTE, *Notes,* p. 110. — KOSTO, *Making agreements,* p. 257.

Ad noticiam omnium volumus pervenire qualiter ego Bernardus, Tarrachonensis archiepiscopus, ad honorem Dei et apostolorum principis Petri, laudo, dono et trado, asensu dompni Eugenii, romani Pontificis, et consilio sufraganeorum nostrorum et voluntate cannonicorum nostrorum, civitatem Tarrachonę cum territorio suo tibi Raimundo, illustri comiti Barchinonensi, Aragonensium prin-

cipi, Tortosę Ylerdeque marchioni, propter ipsius civitatis restauracionem et malorum hominum illam perturbancium inquietacionem, ad fidelitatem et utilitatem nostram nostrorumque successorum et ecclesię Sanctę Teclę, sicut[1] beato Oldegario et ęcclesię Sanctę Teclędonata est a venerabili patre tuo Raimundo, Barchinonensium, Bisullunensium ac Provincię comite. Donamus inquam tibi et successoribus tuis, quos Deo annuente ex[2] uxore habueris, ut per nos et ęcclesiam nostram habeas Tarrachonam, cum omnibus terminis et pertinenciis suis,[3] terre et maris, et ipsum senioraticum super omnes milites et alios homines, ut sint tui solidi et heredum tuorum quos ex uxore tua habueris, et faciant tibi exercitus et cavalcatas et quiquid facere debeant suo seniori. Termini vero prephatę civitatis et territorii a parte orientis sunt in termino de Tamarit et de Monte Olivo sicut descenditur ad mare et ascenditur per aquam de Gaiano usque ad montes; et transit a septemtrionali plaga per calcem moncium usque ad ipsum engolador de Cabra et pervenit usque ad ipsum Embotum et ascendit per ipsa cacumina moncium de Carboneria sicut ipsę aque incipiunt vergere ad austrum; et ab occidentali parte transeunt ipsi fines per Montem Rubeum et per collem Balagarii usque ad mare; a plaga meridiana est terminus ipsum mare quod comune est omnibus ipsius terrę habitatoribus ad utendum et expiscandum. Quiquid autem his terminacionibus concluditur, dono tibi iamdicto Raimundo comiti et omnibus successoribus tuis quos ex uxore habueris, ut per nos et successores nostros et ecclesiam nostram habeas hec ad nostram fidelitatem, sine omni engan. Concedimus etiam tibi ut habeas ibi unum furnum et unum casale molendinorum ad dominicaturam tuam. In omnibus vero quecumque amodo in Tarrachona vel infra prenotatos eius terminos, tam per te quam per nos et ęcclesiam nostram aut per voces tuas et nostras, empcione, cambiacione, comutacione vel aliquo alio[4] modo adquirere vel habere potueris, medietatem inde habeas; nos vero et ecclesia nostra alteram medietatem, sine omni missione atque gravamine. De his autem omnibus quecumque nos vel ęcclesia nostra in Tarragona[5] vel in prephatos terminos aliquo modo conquirere vel habere poterimus, medietatem vobis concedimus, exceptis his que ad propria iura ęcclesię spectare videntur et exceptis his[6] que habitatores Tarrachone et eius territorii,[7] pro remedio animę suę, in vita sive in morte, dare vel relinquere ęcclesiis Dei voluerint. De mercatis et feriis sive nundinis, de leudis, pedaticis, toloneis, ribaticis, quarteriis, balneis, cavalcatis, tam terre quam maris, de

placitis, iusticiis et de omnibus consuetudinibus et usaticis sive redditibus universis terrę et maris, sicut melius dici vel intelligi potest, medietatem fideliter habeas; nos et ęcclesia nostra alteram cum integritate medietatem. Baiulus vero vester seu vicarius vel successorum vestrorum accipiat omnes estachamentos ipsius civitatis et tocius territorii et iudicet placita, presente archiepiscopo vel baiulo suo; et quod inde exierit, inter vos et archiepiscopum per medium dividetur. Neque erit vobis[8] licitum in Tarrachona vel eius[9] territorio ponere vicarium sine nostro consilio. Et si aliquis de habitatoribus Tarraconę[10] vel eius territorii forifecerit archiepiscopo vel suis, firmet directum in manu archiepiscopi vel baiuli eius et, presente baiulo comitis, quod inde per iusticiam exierit archiepiscopus et comes habeant per medium. Preterea, si in molendinis, furnis, balneis, tendis, alfondags aut fundis[11] vel aliis augmentacionibus, de quibus omnibus archiepiscopus et ęcclesia medietatem habuerint, expense fuerint necessarię ab utroque fiant comuniter, comuni consilio utriusque. Retinemus vero ad dominicaturam nostram et porcionem omnes ęcclesias, et ęcclesiastica iura et ecclesiasticas personas et familias nostras et clericorum sive monacorum et omnes qui ęcclesiastica predia incoluerint et ibi habitaverint et omnes qui in domibus vel possessionibus ęcclesiasticis habitaverint, ut in his omnibus nullus princeps vel inferior persona laica presumat aliquid iudicare vel distringere seu disponere ullo umquam in tempore absque nostro iussu. Retinemus etiam decimas et primicias omnium fructuum terrę et animalium et piscium et salinarum et quarterię et molendinorum. Retinemus etiam omnes dominicaturas nostras, villam videlicet Constantinam cum terminis suis et stagnum de Lavid cum omni dominicatura que sibi adiacet, sicut eam retinuit beatus Oldegarius, et dominicaturam de Franculi et alias omnes dominicaturas quas habemus vel in antea Deo annuente habebimus. Retinemus iterum quod omnes milites et ceteri habitatores Tarrachonę et tocius territorii iurent nobis et successoribus nostris et ęcclesię nostrę fidelitatem de honore et corpore nostro. Et si villa mutabitur, faciemus ibi prius unum furnum et unum casale molendinorum ad dominium nostrum et ęcclesię nostrę in eo loco quem helegerimus; et postmodum, vos unum furnum et unum casale molendinorum que in dominio vobis concessimus, ubi volueritis faciatis. Ceteros vero furnos et molendina, ubicumque fiant, per medium habeamus, preter illa que nobis et successoribus nostris et ęcclesię nostrę fideliter retinemus. Reliqua omnia, sicut superius determinata sunt,

sine vestro et nostro enganno, vobis et successoribus vestris quos Deo annuente de uxore habebitis, ad honorem Dei et utilitatem et fidelitatem nostram nostrorumque successorum et ecclesię nostrę concedimus, donamus et laudamus. Ea condicione ut si, quod absit, te prephate comes aut aliquem ex heredibus tuis absque filio vel filia de coniuge mori contigerit, omnia que presenti scripto tibi concedimus vel donamus, cum omnibus melioracionibus et adquisicionibus a te vel a tuis heredibus factis, libere et integre in potestatem et ius et dominium nostrum et successorum nostrorum et ęcclesię nostrę revertantur,[12] omni tempore permansura. Filius autem tuus de uxore cui hunc honorem post te habendum dimiseris iuret nobis et successoribus nostris et ęcclesię nostrę fidelitatem de corpore nostro et de civitate Terrachona cum omnibus pertinenciis. Et similiter alii omnes successores vestri legitimi eandem fidelitatem nobis nostrisque successoribus et ęcclesię nostre iurent. Et ne huiusmodi pactum vel conveniencia possit transgredi, differri vel rumpi, quando tu, venerabilis comes, Deo vocante viam universę carnis abieris, statim in potestatem archiepiscopi et clericorum ęcclesie Terrachonensis omnia castra et fortitudines Tarrachonę et omnium terminorum eius, cum omnibus que tibi donamus et concedimus, redigantur. Que archiepiscopus et ęcclesia tandiu teneant quousque filius tuus legitimus cui hunc honorem dimiseris predictam fidelitatem archiepiscopo Tarrachonę et ęcclesię, propria manu faciat. Quo facto, honorem suum habeat eodemque modo inter comites et archiepiscopos successuros et ęcclesiam, de proienie in proieniem, immutabiliter fiat. Quando vero archiepiscopum mori contigerit, nulli comitum vel alicui laicę subiectę sibi personę aliquid honoris vel rerum episcopalium emparare vel tangere vel auferre seu minuere set omnia integre in potestatem clericorum Tarrachonensis ęcclesię illibata permaneant quousque Tarrachonensis ęcclesia alterum habeat archiepiscopum. Propter[13] hec omnia superius comprehensa et determinata, ego Raimundus, comes Barchinonensis, princeps Tarrachonensis et Aragonensis, Tortosę Ilerdeque marchio, promitto atque convenio Deo et ęcclesię Tarrachonensi et vobis domine Bernarde archiepiscope ut ab hac die et antea sim vobis fidelis de civitate Tarrachona et eius territorio et nominatim de his que in dono quod mihi facitis retinetis et de omnibus ecclesiasticis iusticiis et directis et redditibus que ad vos et ęcclesiam vestram pertinent vel pertinere debent; et quod intendam sine enganno edificare et defendere Terragonam[14] et eius territorium contra omnes homines

et feminas qui iusticias et iura ipsius civitatis et territorii vobis et ęcclesię vestrę tollere vel minuere temptaverint et observare iusticiam vestram et ęcclesię vestrę sicut superius determinatum est. Si qua vero in posterum ęcclesiastica secularisve persona contra hunc tenorem paginę ire temptaverit, non valeat, sed iram Dei tandiu incurrat donec satisfaciat.

Facta carta mense augusti apud Tarrachonam, in ęcclesia Sancte Teclę, anno ab Incarnacione Domini millesimo[15] CºLºIº.

Sig+num Bernardi*, Tarrachonensis archiepiscopi. Petrus*, Dei gratia Ausonensis episcopus (*senyal*). Signum+ Raimundi comes.

Sig+num Guillelmi Raimundi dapiferi. Sig+num Guillelmi de Castro Vetulo. Sig+num Arberti fratris eius. Sig+num Raimundi de Pug Alt.[16] Sig+num Berengarii de Torroia.[17] Sig+num Geralli de Iorba. Sig+num Guillelmi de Cervera. Sig+num Bernardi de Belog.[18] Sig+num Petri de Cherol.[19]

Sig+num Poncii, qui hoc scripsit mense et anno quo supra, adiectis literis super XIª et XIIª lineam.[20]

1. sicut a beato B. 2. de B. 3. suis *omet* B. 4. alio *omet* B. 5. Terrachona B. 6. que ad propria iura ecclesie spectare videntur et exceptis his *afegit a la interlínia*. 7. et eius territorii *afegit a la interlínia*. 8. vobis *omet* B. 9. vel in eius B. 10. Terrachone B. 11. alfondags *afegit a la interlínia, volat a* fundis; alfundags B. 12. *Entre* r *i* t, tan *expuntuat*. 13. Preter B. 14. Tarrachonam B. 15. Mº B. 16. Podio Alt B. 17. Torroga B. 18. Bellog B. 19. Petri Cheralt B. 20. Sig+num Poncii, qui hoc scripsit mense et anno quo supra, adiectis literis supra XIª et XIIª lineam *omet* B, *que, en lloc seu, afegeix* Sendredus, notarius Tarrachonensis, qui hoc translatum scripsit sub die et anno quo (*senyal*) supra.

942

1151, setembre, 22

Permuta. *Pere de Montesquiu permuta amb el seu germà Bernat el castell de Montesquiu pel castell de Barberà de la Conca i seixanta morabatins.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 244 (*olim* arm. 10 Manresa, sac M, núm. 540), 104 × 224 mm. Estat de conservació regular a causa d'un estrip i d'algunes taques d'humitat a la part dreta del pergamí.

a SANS I TRAVÉ, *Col·lecció diplomàtica,* núm. 40, pp. 118-119.

Cit. BISSON, *L'impuls,* p. 50.

Omnibus hominibus noschatur qualiter ego Petrus de Monte Eschivo facio comu[ta]cionem Bernardo fratre meo de ipso chastro iamdicto de Monte Esquivo, cum omnibus militibus et ominibus

et terminis et afrontacionibus qui sunt et debent esse de castro predicto, per ipsum castrum de Barberano. Similiter ego Bernardus[1] facio comutacionem fratri meo Petro de castro Barberano cum omni suo honore, cum militibus et ominibus et cum terminis et affrontacionibus suis que abet vel abere debetur, sicut pater noster vel nullam nostram personam melius tenuerat. Et insuper dono ei LX moabetinos.[2] Et ego Petrus, post mortem matris mee, liberabo tibi fratre meo chastro de Monte Esquivo, sicut superius scriptum est. Et ego Bernardus, quando tenuero ipso castro de Monte Eschivo, similiter liberabo tibi fratri meo Petro castrum de Barberano, sine nullo [malo][3] ingenio. Et insuper covenio tibi ut faciam tibi tenere et abere et defendere contra cunctos homines vel feminas. Et ego Agnes laudo et confirmo has comutaciones.[4] Et est manifestum. Qui hoc autem inquietare voluerit, non liceat, sed pro sola presumcione[5] in duplo componat.[6]

Actum est hoc X kalendas octobris, anno XV Leovici iunior.

Sig+num Petri de Monte Esquivo, Sig+num Bernardi de Monte Eschivo, Sig+num Agnes, qui hoc firmamus et firmare rogamus.

Sig+num Bernardi Raimundi de Minorosa. Sig+num Bernardi de Rochafort. Sig+num Berengarii Minorose. Sig+num Raimundi de Fonoied.

Arnallus diachonus, qui hoc scripsit sub prephato die et anno (*senyal*).

1. us *volat, corregeix* o *sense cancel·lar*. 2. *Segueix un espai en blanc de 37 mm al final de la línia que continua al començament de la següent.* 3. *Manca.* 4. *Segueix la resta de la línia i tota la línia següent en blanc.* 5. *Segueix* non liceat, *esborrat*. 6. Qui hoc autem … in duplo componat *escrit en el text entre la data i les subscripcions.*

943

1151, octubre, 30

Confirmació. *Ramon Berenguer IV, comte de Barcelona i príncep d'Aragó, confirma els béns de l'església d'Ullà i la posa sota la seva protecció.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 245 (*olim* arm. 4 Girona, sac A, núm. 235), 220 × 352 mm. Bon estat de conservació.

Cit. SAGARRA, *Sigil·lografia catalana*, I, pp. 40, 99.

Sit notum cunctis presentibus atque futuris qualiter ego Raimundus, comes Barchinonensis, princeps Aragonensis et mar-

chio, ob remedium animę meę et parentum meorum dono atque concedo ęcclesię de Uliano ut omnem honorem illum quem modo habet vel in antea, Deo annuente, iuste et legaliter adquisitura est in Gerunda et comitatu Gerundensi, Bisullunensi, Barchinonensi et in omni honore qui ad dominium nostrum pertinere videtur, libere, quiete et absque ulla diminutione omnium casuum qui in predicto honore evenerint, habeat et possideat. Quam ęcclesiam, cum omnibus quę nunc habet vel ex collatione fidelium vel etiam ex adquisitione eorum qui in eadem ecclesie Deo deserviunt ipso annuente iure adquisivit et adquisitura est, in defensione nostra ponimus et propter Deum suscipimus ne ulla deinceps persona res illius ęcclesię ulterius audeat inquietare diminuere aut temerario ausu invadere.

Actum est hoc III kalendas novembris, anno XV regni Ledovici regis iunioris.

Signum+ Raimundi comes. Signum (*senyal*) Ildefonsi regis Aragonensis, comitis Barchinonensis et marchionis Provincie.[1]

Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Bernardi Guielmi de Luciano. Sig+num Guilelmi Raimundi*, dapifer. Sig+num Petri de Palacio*. Sig+num Raimundi Ville Mulorum*. Sig+num Guilelmi de Castro Vetulo*. Signum+ Poncii scribę.

(*Senyal*) Petrus presbiter hoc rogatus scripsi die annoque prefixo.

1. *Aquesta subscripció correspon a la confirmació del rei Alfons, que s'hauria fet al principi del seu regnat, l'any 1162.*

944

1151, novembre, 2

Testament. *Adelaida atorga testament. Fa una deixa a Santa Maria de Llimiana i llega els béns que té al seu nét Bernat.*

A ACA, Cancelleria, pergs. Ramon Berenguer IV, carp. 38, núm. 246 (*olim* arm. 12 Montblanc, sac Jesús, núm. 803), 247 × 135 mm. Bon estat de conservació malgrat la presència d'algunes taques d'humitat que coincideixen amb els plecs del pergamí.

Cit. BALARI JOVANY, *Orígenes,* p. 701. — BOTET I SISÓ, *Les monedes,* I, p. 64.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Ego indigna et pecatrice Adaleiz, qui iaceo in egritudine et sum memoria plena et loquela intecra, timeo et expavesco penas inferni et cupio pervenire ad aulam Paridisi et ideo mando atque discerno ut si mors

mihi advenerit in isto anno aut in aliis advenientis antequam alium testamentum faciam, fiant manumessores mei, id sunt, Bernard et Petrus priori, nepti mei, potestatem abeant ad distribuere omnem facultatem meam et dare pro anima mea. In primis, dimito ad domum Sancte Marie Liminiane X solidos grossos et mitto in pignora ipso capud manso de G[u]illem[1] Arnall, qui est in ipsa torre de Ramon Bonifilio, qui iam fuit. Et dimitto ad Bernard nepto meo iamdicto capud manso, que donet ipso aure iamdicto ad Sancta Maria, et ipso capud manso iamdicto fiat de Bernard nepto meo suum proprium alaude ad sua voluntate facere quecumque voluerit, propter istum avere iamdictum et propter suum bonum servicium quod fecit mihi in vita mea usque ad obitum meum. Et dimitto ad ipsos clericos Liminiane X solidos grossos et recepto de pane et vino et carne ut orent pro me ad Dominum. Et aduc dimitto ad Bernard nepto meo ipsos omines meos que abeo in ipsa torre iamdicta de Ramon Bonfill qui fuit, id sunt, Ramon Arnall et Petro Arnall, cum suis capud mansis et cum suis alaudis et cum suis pertinenciis que abent vel abere debent et cum suis censis et cum suis usaticis que mihi faciunt vel facere debent, totum dimitto ad eum[2] proprium alaude. Et dimitto ad eum ipsis meis directatibus que abeo in Liminiana, in fevis et in alaudis, quomodo in testamento patrem suum resonat. Si quis contra istum testamentum venerit ad disrumpendum, non oc valeat vindicare, set in duplo componat. Aut[3] in antea firmo et stabilis permaneat modo vel omnique tempore et non sit disrrupto.[4]

Hactum est oc IIIIº nonas novembris, anno ab Incarnacione Domini MºCºLºIº.

Sig+num Adaleiz, qui istum testamentum mandavi scribere et testes firmare.

Sig+num Arnallus sacricustos, Sig+num alium Arnallus Mir Isarn, isti sunt testes.

Arnallus Liminianella rogatus scripsit die et anno quo supra (*senyal*).

1. *Manca.* 2. *Segueix* ade, *sense cancel·lar.* 3. *En lloc de* Et. 4. Si quis contra ... non sit disrrupto *escrit en el text al mig de la clausura del rogatari, entre* scripsit *i* die.

FUNDACIÓ NOGUERA